11. 3. 53

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

11.3.53

B = I

INSCRIPTIONES GRÆCÆ

VETUSTISSIMÆ.

COLLEGIT, ET OBSERVATIONES TUM ALIORUM

TUM SUAS ADJECIT

HUGO JACOBUS ROSE, M.A.

E COLL. S.S. TRIN. APUD CANTABRIGIENSES.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS AC SUMTIBUS ACADEMICIS

EXCUDIT JOANNES SMITH.

VENEUNT LONDINI APUD J. MURRAY.

M. DCCC. XXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILI VIRO

FREDERICO COMITI DE GUILFORD,

ORDINIS IONICI EQUITI,

ET

ACADEMIÆ SUIS CONSILIIS IN IONUM

INSULIS INSTITUTÆ

CANCELLARIO,

QUEM PROPTER DOCTRINAM VEL DOCTISSIMI

MIRANTUR,

PROPTER BENEVOLENTIAM OMNES AMANT,

HUNC LIBELLUM

GRATI ERGO ANIMI,

D. D. D.

HUGO JACOBUS ROSE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quum postea quam hic liber e typographi manibus emitteretur, antea autem quam in lucem edi posset, valetudinis causa, iter in Germaniam atque Italiam suscepissem, pauca in utraque regione inveni, quæ hic cum lectoribus communicare volo.

P. 14. Extat hodie apud Baronem Kollerum, alterum e ducibus Austriaci exercitus regnum Neapolitanum tenentis, virum cujus insignem comitatem silentio prætererire nefas esset, vas magnum in Calabria repertum, et huic Burgoniano simillimum. Ibi Minerva more antiquissimo effingitur—vestis more Etrusco ornatur (); cassidem cum crista permagna et clypeum gerit et hastam minaciter vibrat. Imago inter duas columnas collocatur, quibus in summis effinguntur galli. Harum ad unius latus, hæ literæ leguntur

TONAΘENEΘENAΘVON

Nescio quid de hoc vase statuendum sit. Forsan is in cujus sepulchro inventum est Athenas aliquando concesserat, et ibi ludis vicerat—nisi coloniam quandam Athiensem in Magna Græcia cogitare malumus, atque in ejus ludis præmia a metropoli arcessita proposita esse statuamus, quod haud a vero alienum videtur cum et summos pontifices et ignem sacrum a metropoli in colonias deduci solere sciamus. Nec in Magna Græcia defuere coloniæ Atticæ, e. g. Scylletium et Sybaris.

P. 16. et 423. Inscriptio Leucadia. Hanc inscriptionem (ut in addendis dixi) Petrizzopulus se Venetias misesse atque Nanio dono dedisse, amico cuidam meo dixit.

Digitized by Google

Sed nihil tale in museo Naniano extat, nihil tale Nanius unquam accepit, ut a viro eximio Comite Tiepolo, Nanii socero, didici. Et præterea Petrizzopulus, quod Böckhius mihi indicavit, in suo libello multorum librorum fidem advocat, qui tamen minime extent. Quid ergo de ipsius Petrizzopuli fide judicandum sit ego nescio, cum omnes amici sui ad unum virum eximium esse dicant. Credo quidem auctoritate eruditi cujusdam Itali fretus, nebulonem quendam facetum titulos istos librorum commentitios finxisse ut Petrizzopulum bonum quidem illum at minime doctum ludibrio verteret. Quod inscriptionem attinet, si ulla fides Petrizzopulo habenda sit, viderat E. W. Montague ex Arabia rediens, septuaginta fere abhinc annis. Haud ergo ab ipso Petrizzopulo conficta est. At ille, si suam fidem stabilire velit, ubi gentium hodie extet, nos monere debet.

P. 92. Vasculum Locrense. Köhlerus recte omnino de lectione hujus vasculi statuit. Mihi saltem vas accuratius et pluries inspicienti KAVEΔOKES ibi scribi proculdubio visum est.

ADDENDA QUÆDAM.

I.

Cassis hodie in Museo Neapolitano asservatur, paucis abhinc annis Pæsti reperta. Ibi legi, ut potui, hæc literis perantiquis scripta

EPIΦONAI
KEME+ENAI

Plures forsan literæ ad utriusque vocis initium in Casside extitere.

Digitized by Google

II.

Gellius, cujus doctrinam, litterarum amorem, atque in iis promovendis insignem diligentiam haud opus est collaudare, mihi nuperrime multas inscriptiones dedit, quarum alias nunc cum lectoribus communico, alias posthac ut paullo serioris ævi, in Museo Critico edam.

(1.) Tegeæ.

ΚΛΕΟΝ
ΑϷΚΟΙΑΣ
ΔΑΜΟΚΛΕΣ
ΕΠΙΤΕΛΕΣ
ΣΟΣΙΑΣ
ΚΛΕΤΕΑΣ
ΛΑΝΓΕΤΙ

(2.) Athenis.

ΛΗΜΝΙΩΝΕΓΜΥΡΙΝ[1]
ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΣΟΝΟΝ
ΕΥΤΕΝΕΣ
ΓΕΙΣΙΓΓΟΣ
ΑΙΑΕΔΟΣ[2]
ΑΡΧΙΑΣ
ΚΑΝΝΙΣΘΕΝΕΣ
ΝΕΑΙΟΣ
ΠΑΙΟΝΙΟΣ
ΦΙΝΟΧΣΕΝΟΣ
ΔΡΑΚΑΝΙΟΝ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΝΕΣ
ΗΙΓΟΘΟΝΤΙΔΟΣ
ΟΑΕΝΟΣ[3]
ΑΝΔΡΙΣΚΟΣ
ΟΝΥΜΠΙΧΟΣ
. . . .
ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ
ΦΟΝΝΟΣ
ΔΕΧ(ΣΙ)ΦΙΝΟΣ
ΑΡΤ . . Ε
ΘΟΤΙΝ
ΑΜΕ
Α .

(3.) Athenis apud Fauvelium.

⁝ Δ Ꝑ Α
Θ Ο Ι ⁝
Τ Ε Ϛ Θ
Ο Ϛ Ο Ϛ Α
Ι Ο Τ Τ Ꝑ
Α Ν Μ Ε Α
Ϛ Θ Ο Ϛ Θ
Χ Ꝑ Ι Δ Ꝑ
Ε Ε Κ Τ Ε
Ι Μ Ι Ϛ Θ
⁝ Γ Ꝑ Α Τ Τ
⁝ Ε Ε Υ Θ
Ϛ Θ

(4.) In Minervæ Policidis templo.

C K T O
Σ T E T
N T A Ν A N
E N Δ E K A E T
Δ Δ Δ Ꝑ I I C
T O A P X A I O N
N Δ E K A E T E Σ
Γ O Ν I A Δ O Σ ⁝
Δ O Σ K A I N I K
A I O E N E N Δ E
N E N Δ E K A E T
A Σ I T O I Σ Θ E
Δ E K A E T E

[1] Hæ voces serioris ævi esse videntur.

[2] Lege ΑΙΛΕΙΔΟΣ.

[3] Lege ΟΝΕΝΟΣ.

(5.) Prope fontem Callirhoes (e schedis Fauvelianis.)

KAVVI
XOREA
KEKRO
NIKO

(6.) In Naxo insula

MΩIϥAK
HΛOΦIO

In altero latere.

ƎΦOϥΩΔ

(7.) Basis est apud Fauvelium cujus in binis lateribus hæc videmus OƎMIϚOϚ

Edidit Fauvelius Mag. Encycl. sc. XVIII. tom. V. p. 362.

III.

In Museo Neapolitano extat tabula quædam æneo-cuprea, cujus partem edidit Ignarra de Phratr. p. 160. in Bruttiis repertam esse docens.

Partem autem tantum edidit, et ego hoc apographum accepi a viro doctissimo et amicissimo Panofka cujus de Samo libellus omnibus doctis satis notus est. Ipse, quoque ut potui, quasdam lineas exscripsi. Sed Neapolitani isti academici[1] nec ipsi thesauros suos edunt, nec alii cuivis edendos tradunt, ita ut vix ac ne vix quidem apographa accurata effici queant. Omnia enim festinanter scribenda sunt, ne Musei custodes scribentem reperiant atque abigant.

ΛΙΣΓΡΟΓΟΛΟΙΣ
ΡΙΤΤΕΛΛΟΝΤΟ
ΥΚΛΠΟΔΙΔΟΤΙΚΑΙ
ΧΙΧΡΗΤΑΙΚΛΙΙΣΑΤΙ
ΕΩΑΥΩΔΕΚΑΓΛΟΥΣ 5
ΣΧΜΗΜΤΔΙΜΛ ΙΟΟΓΟΛΙΣΝΟΜΙΞΕΙ
ΜΗΓΡΟΤΕΡΟΝΔΕΛΧΑΙΧ ΙΥΧΑΤΑΙΝΕΙΓΕΧΛΝ

[1] Ex his autem unus est cujus insignem comitatem atque benevolentiam erga omnes silentio præterire nefas esset. Canonicum dico Iorio, Vasorum custodem doctissimum.

ΤΟΙΜΑΓΟΝΕΣΤΕΑΝΘΕΙΗΤΑΙΘΕΩ
ΑΛΙΑΡΙΞΕΙΚΟΛΛΥΡΑΤΑΙΣΓΡΟΓΟΛΟΙΣΤΑΣΟΕΩ
ΤΩΣΤΡΙΣΧΡΥΣΕΩΣΤΩΣΕΛΑΒΕΜΕΛΙΤΑ 10
ΚΑΙΟΥΚΑΓΟΔΙΔΩΤΙΑΝΟΕΙΗΤΑΙΘΕΩΙ
ΔΥΩΔΕΚΑΓΑΟΛϟΜΝΙΕΔΙΜΝΟΙΛΙΒΑΝΟ
ΩΙΠΟΛΙΣΝΟΜΙΞΕΙΝΗΓΡΟΤΕΡΟΝΔΕΤΑΝ
ΨΥΧΑΝΑΝΕΙΗΕΣΤΕΛΝΘΕΙΗΤΑΙΘΕΩ 14
ΕΙΔΕΣΥΝΓΙΟΗΣ

(In sinistra parte, nihil est quod lineæ 7 vel forsan lineæ 8 respondeat. Ego ita lineas 11 et 12 legere mihi visus sum.

ΚΑΙΣΥΝΑΓΟΔΙΔΩΤΙΑΝΘΕΙΗΤΑΙΘΕΩΙ
ΔΩΔΕΚΑΓΛΟΑΣΥΝΜΕΔΙΜΝΕΙ)

Hæc forsan ita legenda sunt; sed plus diligentiæ et peritionem manum adhuc expectant.

(τ)αῖς προπόλοις
(πε)ρίτελλοντο
ο)υκ ἀποδίδωτι καὶ
χιχρητα καὶ ἴσατι
ἀνθείη ταῖ θεῷ, δυώδεκα πλόα
συν μεδίμνῳ (λιβάν)ω ᾧ πολις νομίζει
μὴ πρότερον δὲ τὰν ψύχαν ἀνθείη . . . . .
τῷ . . ἐς τε ἀνθείῃ τᾶι θεῶι.
Ἀνιαρίζει Κολύρα ταῖς προπόλοις τᾶς θεῶ
τὼς τρῖς χρυσέως τῶς ἔλαβε Μελίτα
καὶ οὐκ ἀποδίδωτι, ἀνθείῃ τᾶι θεῶι
δυώδεκα πλόα σὺν μεδιμνῳ λιβάνω
ᾧ πόλις νομίζει, μὴ πρότερον δὲ τὰν
ψύχαν ἀνθείῃ ἐστε ἀνθείῃ ταῖ θεῶι
εἰ δὲ σὺν . . . .

Eadem formula sacerdotibus donandi bis occurrit, paucis

tantum verbis mutatis. Quid sit πλοα ego non capio. In priore loco videtur esse πλοαὶς. Num legendum χόας ex Poll. IV. 168.? Sed cætera emendatione et explicatione egent.

TABULA RERUM.

Prolegomena.

Classis I.

Inscriptiones aut βουστροφηδόν, aut sinistrorsum scriptæ.

1. Inscriptio Sigea.
2. ——— Burgoniana.
3. ——— Leucadia.
4. Galea Olympica.
5. Inscriptio quædam Atheniensis.
6. Inscriptio alia Atheniensis.
7. ——— Didymea.
8. ——— Samothracia.
9. Vasa Hamiltoniana, et Vas Lambergianum.

Classis II.

Inscriptiones vulgari modo scriptæ at vetustate et forma literarum insignes.

1. Inscriptio Elea.
2. ——— Deliaca.
3. Galea Olympica I.
4. ——— II.
5. Lebes Cumanus.
6. Galea Olympica III.
7. Marmor Wrayanum.
8. Vas Dodwellianum.
9. Vas Hopianum.
10. Inscriptio Larissæa.
11. ——— e schedis Fourmontianis.
12. Sigillum Nanianum.

13. Tabula Petiliana.
14. Marmor Siculum.
15. Vas Locrense.
16. Vasa Mastrilliana.
17. Vas Siculum.
18. Vas Agrigentinum.
19. Inscriptio Delphica.
20. Inscriptiones Miscellaneæ.

Classis III. Sect. I.

Inscriptiones Atticæ, quarum ætas satis patet.

1. Inscriptio Nonitelliana I.
2. ——————— II.
3. Fragmenta quædam ejusdem generis ac Inscr. I. et II.
4. Inscriptio Potidæa.
5. Marmor Atheniense e Fourmontii schedis.
6. Inscriptio Choiseuliana I.
7. ——————— II.
8. Inscriptio Architectonica.

Classis III. Sect. II.

Inscriptiones Atticæ, quarum ætas haud omnino patet.

Prolegomena.
1. Marmor Elginianum I. (duplex.)
2. ——————— II. (duplex.)
3. Marmor Atheniense apud Stuartium.
4. ——— Elginianum III.
5. Marmor Elginianum IV. (triplex.)
6. ——— Atheniense Museo Britannico a Societate Dilettanti dicta dono datum.
7. ——————— apud Chandlerum
8. ——— Elginianum V.
9. ——————— VI.
10. ——————— VII.
11. ——————— VIII.
12. ——————— IX.
13. ——— Atheniense apud Chandlerum.
14. ——————— e Fourmontii schedis.

Classis IV.

Inscriptiones Recentiores in quibus Digamma occurrit.

1. Inscriptio Orchomenia I.
2. ——————— II.

Huic subjiciuntur alia quædam marmora, viz.

1. Decretum Corcyræum.
2. ——— Actiacum.
3. ——— Delphicum I.
4. ——————— II.
5. ——— Agrigentinum.
6. ——— ignoto quodam oppido factum.

3. Inscriptio Orchomenia III.

Huic alia quædam marmora subjiciuntur.

1. Inscr. Orchomenia IV.
2. ——————— V.
3. ——————— VI.
4. ——————— VII.
5. ——— Lebadea.

4. Inscriptio Tanagræa I.

Huic subjiciuntur.

1. Inscr. Orchomenia VIII.
2. ——————— IX.

5. Inscriptio Tanagræa II.
6. ——————— III.
7. ——————— IV.
8. ———Thebana.

Classis V.

Inscriptiones brevi post Euclidem incisæ.

1. Marmor Sandvicense (duplex.)
2. Inscr. Telmessensis.
3. Marmor in Stadio Athenarum erutum.

Digitized by Google

	1	2	3	4	5	6	20	21
A	A A A A	A	A	A	A	A A A	A A	A
B						B	B	
Γ	⅄					⅂		⅄
Δ	Δ Δ Δ Δ				Δ		D	Δ
E	E E E E E E E E	E E E	E E	E	E	E E	E F	E
F			I					
Z								
H	H H				B B			
Θ	⊕ ⊙	⊙			⊗	⊕	⊙	⊙
J	I		I		I	I	I	I
K	K K K K						K	K
Λ	⅄ ⅄	⅄	⅄ ⅄		^ ^	⅄		⅄
M	M M M	M	M	M	M			M
N	N N N N	⅄	N		N N	N	N	N

by Google

Digitized by Google

To face Prolegg P XXI

	1	2	3	4	5	6	7	∞
Ξ								
O								
L								
φ								
P								
ξ								
T								
U								
φ								
X								
Ψ								
Ω								

Digitized by Google

Digitized by Google

INSCRIPTIONUM

QUÆ IN HIS TABULIS EDUNTUR

CATALOGUS.

1. Inscriptio Sigea.
2. Inscriptio Burgoniana.
3. Inscriptio Leucadia.
4. Galea Olympica.
5. Inscriptio Didymea.
6. Marmor Samothracium.
7. Vas Hamiltonianum, No. 2.
8. Inscriptio Elea
9. Inscriptio Deliaca.
10. Galea Olympica I.
11. Galea Olympica II.
12. Lebes Cumanus.
13. Galea Olympica III.
14. Marmor Wrayanum.
15. Vas Dodwellianum.
16. Inscriptio Larissæa.
17. Sigillum Nanianum.
18. Tabula Petiliana
19. Inscriptio Delphica.
20. Inscriptio Nointelliana *.

* In hac inscriptione plures errores irrepsisse dolens video. Π sc. haud suo loco ponitur, et S pro Σ scribitur.

PROLEGOMENA.

Nonnulla sunt, L. B. quæ de instituto meo præfari velim, ut ratio operis reddatur, intelligasque quid mihi efficiendum proposuèrim. Quicunque ad vetustiorum literarum Græcarum studium sese accinxerint, quantulumcunque lucis suis laboribus Marmora effundant, illud omne summa diligentia hauriunt atque amplectuntur; quod quidem effecit ut in his Athenis ornandis multi et illi quidem satis docti elaborârint, quorum tamen e laboribus (si unum cum altero forsan excipias) minimus certe fructus, et ille quidem nonnisi summo labore adhibito, colligi potest. Omnia enim omnium temporum monumenta congessere atque in unum conjecere, unde quid sua referat Criticus vix summo labore eruere potest atque extricare. Quæ quidem ad rem Philologicam revera faciunt, pauca sunt, nimium pauca, et, id quod satis patet, ex ima vetustate repetita; quæ autem sui vestigia vetustas (modo ita loqui liceat) junior reliquit, ea plurima sunt, ne infinita dicam. An vere dixerim, illorum sit judicium qui Græciæ antiquæ

monumenta quærentes, Gruteri, Muratorii, vel Donati "monstra illa horrenda" vel oculis perlustrârint. Nec ingentis tantum molis, sed plurimi quoque numero libri evolvendi sunt, quorum quidem si nomina exscribere vellem, nescio plane ipse quem finem laboris habiturus essem. Et præter Inscriptionum farragines, quærenda sunt quoque Itineraria omnium qui in Græcia nuper peregrinati sunt, cum nostræ ætatis homines summam diligentiam in vetustis monumentis exscribendis posuerint. Sed horum omnium librorum ne unum quidem nisi magno pretio, plurimos autem vix ac ne vix quidem apud bibliopolas vel Londinenses vel Parisinos reperire possis. Quod idem de libris Teutonicis et Italicis nuper editis dictum puta, quorum, quamvis et doctrina et utilitate uberrimi sint, ne dimidia quidem pars Britanniam invisit.[1] Id autem omnium maxime incommodum accidit, quod nullam fere *ἀκρίβειαν* aut ipsi in exscribendis marmoribus aut in apographis certæ fidei comparandis[2] adhibuerint plerique farraginum coactores.

[1] Pretium operæ est notare hæc eadem conqueri Burmannum in Præf. ad Gruteri Thesaurum. "Pluribus libris" ait, "quibus continentur inscriptiones, ob pretium et caritatem (docti viri) carere coguntur."

[2] Hoc nomine ante alios reprehendendi veniunt Pocockius, Sponius, Whelerus et Muratorius, quorum opera fœdissimis mendis scatent. Pocockius quidem nullam fere inscriptionem tetigit quam non corrupit; quod idem de plurimis a Whelero exscriptis vere dici potest. Ut Sponium expendas, cf. tres inscriptiones in eadem pagina, (T. III. p. 100.) Quod Muratorium attinet, cf. inscriptionem apud eum (II. 576,) ubi TAMIΔI pro TAMIAI, ΕΓΙΨΥΨΙΕΗΙΝ pro ΕΓΙΨΗΦΙΖΕΙΝ et ejusmodi millia reperies. Sed ut melius intelligas L. B. quas delicias in hujusmodi scriptoribus perlegendis experiri possis, accipe Epigramma a Montfauconio (viro tamen plurima doctrina referto) in Diar. Ital. p. 428, et a Muratorio (II. 1079), publici juris factum.

Quæ cum ita sint, spero me non ingratum Lectoribus doctis esse facturum, si quæcunque exploratæ fidei vel

MONTFAUCON.

Βασιλείδης ἔτων κ. ἥρως χαῖρε.
Πυνθανε ἀντί σεο εὐγένης τισδε εὐγένους
Παροδίτα μεθεστα * Σολσοπτο τάφον
Γέννᾳ μὲν Γλαῦκός με πατὴρ, τίκτει ἐημητὴρ
Χρυσογόνη κλημενδος μος οὐκ ὤνατο
Τηλοθτι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλυσα θύμον
Ναυτιλίῃ κυγρηνη τε μηπισημος
Κειμε δὲ παρὰ Θεῖνα ἅλος νεμοεσαν,
Ὕστατα λύγρῳ ἐμοὶ δεια κείμενος πέλαγος.

MURATORI.

Βασιλείδης ἔτων κγ.
Πυνθάνεαί τισ φων ξένε τισδ' ἐγενήθην
Παρσαποδειτα μάθε στὰς ὀλίγον πρὸ τάφων
Γέννᾳ μὲν Γλαῦκός με πατὴρ, τίκτει δέ με μητὴρ
Χρυσογόνη καί μευ δύσμορος οὐκ οὔνετο
Τήλοθι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλυσα θύμον ναυτιλίῃ
..... νῆϊ τε μη, πισυνος
Κειμε δ' ἐν Σχερίῃ παρὰ
Θεῖν' ἅλος ἠνεμόεσαν
Ὕστατα λύγρον ἐμοὶ
Δερκόμενος πέλαγος.

Jam idem Latine versum accipe.

MONTFAUC.

Accipe o nobilis cujus nobilis tumulus situ
Viator et viso tumulo transeas;
Genuit me Glaucus pater peperitque mater
Chrysogone Cleomedis sed nihil mihi profuit,
Procul enim patria Bithynia animam amisi.
Nautica me Cygrene habet illustris
Jaceo autem ad littus maris ventosi

marmora, vel alia longævæ vetustatis monumenta hodie maneant, ea ex omnibus ad quos mihi pateat aditus fon-

MURATOR.

Basilides annorum XXIII.
Scire cupis hospes quis sim et quis me genuerit,
Accipe parumper stans pro tumulum.
Genuit me Glaucus pater, peperit me vero mater
Chrysogone *sed me infelicem nihil profuit!*
&c. &c. &c.

Jam autem, quod jure mireris, Cyriacus a quo, nisi fallor, uterque suum apographum sumpsit, recte omnino exscripserat, uno tamen atque altero verbo omisso. Cf. Cyriac. Ancon. p. XX. Inscr. 135. Recte quoque ediderat Maffeius (Mus. Veron. LXV.) nisi quod in prima linea (*Πυνθάνεαί τις ἔφυν, ξένε, τισ δ' ἐγενήθην*) unum pedem deesse haud animadverterit.

Aliud autem exemplum forsan notabilius extat quod Corsinius notavit. (Tom. I. p. 380 sq.) En! ejusdem inscriptionis finem prout [1]a Grutero, p. 464. 7, [2]a Muratorio, p. 560. 1, e schedis suis et Cyriaci Barberinis, [3]ab eodem, p. 567, e museo Kempiano, [4]a Sponio Itin. Tom. III. p. 18, [5]a Cyriaco in Inscript. p. 73. No. 10. Sed pauca hic

1. —— *προνοῦντος*
Φλαβίου πρυλάδου
Ἄλου διασεμνοτάτου
Ἄρχοντος.

2. —— *προνοῦντος*
Φλαβίου τοῦ δαδούχου τοῦ σεμνοτάτου
Ἄρχοντος.

3. .... *προνοῦντος*
Φλαβίου προλάδου.

4. *προνοία Φλαβίου Πομ.*
δαδούχου τοῦ διασημο
τάτου καὶ ἀπὸ Κομίτων.

5. .... *προνοίαι*
Φλαβίου δαδουάλου τοῦ διασημοτάτου
Ἄρχοντος
καὶ ἀπὸ Κομίτων.

tibus hausta atque petita in unum haud nimiæ molis nec nimii pretii volumen contraham. Attamen ut certi quidam fines laboribus constituerentur, mecum statui ut nonnisi ad Euclidem Archontem opus perducerem, vel eas tantum inscriptiones adjicerem, quæ, post illum summo magistratu functum sculptæ, vetustam fere orthographiam retinuerint, marmor dico Sandvicense cum paucis aliis, quæ si omitterem, opus forsan mancum atque mutilum videretur. Orthographia quidem quæ postea invaluit haud ubique eodem anno admissa est; sed cum, Euclide archonte, auctoritate quadam publica stabilita sit, haud ineptam metam illum annum duxi, ubi rivos clauderem. Recentiores quidem inscriptiones, haud æque ac vetustæ, Græcæ linguæ studiosis prosunt, cum, quod Orthographiam attinet, raro a librorum MS. fide et nonnisi in parvi momenti rebus discedant. Haud equidem is sum qui contra inscriptionum recentiorum utilitatem pugnem, si rem vel Historicam vel,

addenda ut omnes intelligant qua doctrina instructus ad hæc studia accesserit Muratorius. In nota illa inscriptione Nointeliana voces ΕΝΗΑΥΙΕΥΣΙΝ ita reddit, "*In maritimis navigationibus* nisi sit *in Eleusi*." Voces ἐκκλησία κυρία hoc modo transfert, "*Concio Senatoria*."—Cum quoque aliquis in Delphico amphitheatro nota illa oraculi Crœso responsa e primo Herodoti libro scripsisset, eaque a viatore aliquo exscripta ad Muratorium allata essent, edidit in Thesauro, his verbis additis. "Quid sibi velint arcana hæc mysteria, et sintne lusus, an aliquid serii, illis qui talibus delectantur, perpendendum relinquo." Plura adjicere haud opus est. Quod inscriptionum exscriptores attinet, verissime procul-dubio Gorius (in Præf. "Inscr. Antiq. in Etrur. urb. exstant.") "In exscribendis vetustis lapidibus, præter summam fidem, summam-que diligentiam et laborem omnium ærumnosissimum, optime noveram, præcipua quadam opus esse doctrina, usu, exercitatione,—antiquæ insuper orthographiæ, variorumque characterum eximia peritia."

quod aiunt, Antiquariam spectes. Multum ad institutorum notitiam, multum ad juris Græcorum peritiam prosunt; Græcæ linguæ haud item; cui rei soli me in hoc libello inservire Lectores intelligant.

Ante autem quam ad ipsum opus me accingam, pauca forsan de veteri scribendi more, sed breviter, præfari proderit. Contraham scilicet eximias aliorum observationes, paucasque e penu meo, sed minoris illas momenti, depromam. Opus tum cætera difficile est, tum præcipue molestum quod virorum, quorum doctrinæ millesimam partem nec attigi nec attingam, titubationes lapsusque cum in hac re tractanda tum per totum opus notandi sunt atque castigandi. Quos si reprehendam, iterum atque iterum Lectorem rogo, ut me nonnisi rei necessitate adductum ingratum hoc opus suscipere existimet. Satis scio viros illos doctissimos non errasse nisi quod ipsorum ætate propter paucitatem monumentorum aditus ad recte judicandum haud tam late quam hodie pateret. Atque utinam ea sors illis contigisset ut hanc hodiernam monumentorum copiam viderent, quod si ita sese habuisset, aliquis profecto ex eorum numero meas Athenas, multo lautius quam ipse (quæ est mea doctrina) possum, ornavisset; sed ea ante nostram ætatem ævi vetustioris monumentorum paucitas erat, ut, si centum cum viginti annos respicias, Montfauconium audire possis se nunquam in marmore Digamma vidisse testantem, si septuaginta, Dawesium E pro EI unquam scriptum esse negantem. Sed ad rem nostram veniamus.

Quod scribendi genera attinet, initio ἐπὶ τὰ λαιὰ

ἐκ δεξίων, deinde βουστροφηδόν, postea, quo hodie solemus more, Græcos scripsisse vix opus est ut memorem. Primæ rationis exempla quædam infra ponuntur; alterius plura atque ea omnia intra centum fere annos reperta; Montfauconius enim, cujus Palæographia Græca prodiit A. S. 1708, sua ætate nulla marmora βουστροφηδόν scripta extare testatur.[1] Quæcunque de Cadmo artem scribendi Græciæ adhuc literarum rudi inferente, vel contra, de literis Græcis longe ante Cadmi adventum notis, disputaverint V. V. D. D., ea omnia sciens, volens, prætermitto. Nimium enim temporis ipse in illis nugis consumpsi quam ut Lectoris patientia eodem modo abuti velim. Quid si Boherium,[2] "nullo pulmones agitante cachinno," Diodori deliramenta de Græcarum literarum monumentis Deucalionis diluvio perditis atque deletis laudare, Eustathiumque[3] mira quædam de Pelasgis *divinis* dictis quod soli post diluvium literas servassent balbutientem inducere videamus?[4] Quid si Salma-

[1] Pal: Gr. Lib. II. cap. 1. p. 118. "Verum hæc scribendi genera vetusti rarique admodum usus fuere, ita ut nulla eorum supersint vestigia." Fallitur Maffeius Art. Lapid. iv. 11. cap. 1. 8. 11.

[2] Diss. de Prisc. Gr. et Lat. Litt. (ad calc. Montfaucon. Pal. Gr.) No. 10.

[3] Ibid. No. 11.

[4] Ut lectores intelligant quantum vel hodie valeant nugæ istæ, pauca e libello Galli cujusdam, cui nomen Raoul-Rochette, nuper edito exscribam. (Deux Lettres à my Lord le Comte d'Aberdeen, p. 65.) "J'observerai que l'opinion qui attribue à Cadmus l'introduction du premier alphabet dans la Grece, a pour garant unique une conjecture exprimée par Herodote (V. 58.) sous la forme du doute, et repetée par des écrivains posterieurs avec le ton de l'assurance. J'ajouterai qu'une assertion précisément contraire est faite par Diodore de Sicile (quasi iste vel minimum de hac re scire potuisset) qui dit que

sium,[1] de Græcæ linguæ ortu disserentem, magno conatu et longis ambagibus quærere an Deucalionis cataclysmus in Thessalia vel in Peloponneso factus sit, quomodo e Deucalione et Pyrrha renovatum sit genus humanum, et millia ejusdem farinæ tractanda proponere audiamus. Nec mehercle ego a tironibus quibusdam et inficetis temere dicta malevolus profero; idem enim furor, eadem insania omnes, doctos pariter atque indoctos, agitat, simul atque ad hanc materiem tractandam accedant. Herodotum et Thucydidem vel ea quæ aut ipsi scire, aut fando accipere

plusieurs générations avant Cadmus, les Grecs avoient des caracteres, et s'en etoient servis pour composer des monumens, mais qu'une déluge détruisit ces premiers essais d'une civilisation indigène; (Diod. V. 57. 74), que cette tradition est confirmée par le temoignage d'Homère, auteur plus ancien et probablement mieux instruit encore qu' Hérodote, qui donne aux Pelasges ou Grecs primitifs, l'Epithête de Δῖοι (Iliad, B. 827), parceque suivant (quemnam si Diis placet? an Homerum? minime! at) Eustathe! ils avoient, seuls après une grande inondation, conservè la connoissance des caractères de l'écriture; que cette tradition d'une écriture particuliere aux Pelasges est encore mieux confirmée par l'existence d'inscriptions Grecques *anterieures au siecle de Cadmus!* telles que celle que portoit probablement le tombeau de Corebus a Mégares, monument que Pausanias qui l'avoit lu, estime le plus ancien qui existat dans la Grèce, comme etant de l'an 1678 avant notre êre! que le même Pausanias cite encore en d'autres endroits des monumens en anciens caracteres ou lettres attiques! (quasi hæ literæ antecadmeianæ essent) lettres également mentionnées par Demosthène et par Diodore, lettres dont s'etoit servi l'ancien Linus pour composer ses ouvrages! et dont les formes etoient de l'aveu de Tacite et de Pline presque semblables à celles qu'avoient de leur temps les lettres Latines, &c. &c. &c." Hæ sc. eædem sunt literæ quæ in plerisque antiquis inscriptionibus reperiuntur; quæ tamen quo tempore inventæ sint, nec Rochettius nec alius quivis dicere potest. Quis autem nisi his verbis perlectis hodie quidem quemquam esse credidisset qui quibus literis Linus usus sit, sese scire profiteretur, vel de monumentis ante-Cadmeianis a diluvio deletis loqueretur?

[1] Salmas. de Hellen. p. 338.

potuissent tradentes sæpe irrident, castigant, reprehendunt; quicquid autem seriores isti atque vani scriptores Diodorus atque Dionysius de remotissima vetustate (æque ipsis ac nobis ignota) proferunt, id omne summa veneratione amplectuntur; sua denique somnia nihil erubescentes pro veris inducunt. Pudet sane videre quantum diligentiæ in his rebus viri summa doctrina præditi inficete posuerint, cum minime intelligerent quonam modo sua Minerva esset colenda, quæque ortus gentis et linguæ Græcæ quærendi, et (quantulum nobis liceat) in ejusmodi quæstionibus proficiendi vera atque unica ratio esset. Nobis quidem ea sors contigit ut nulla extet historia quæ res Græcas supra sexingentesimum vel septingentesimum annum repetat. Pauca sane vetustioris Græciæ historiæ monumenta extare et quasi enatasse video. Sed illa nec satis lucis præbent, nec suis quæque temporibus constitui possunt. Filios Japeti "insulas Gentium" incoluisse, e S. S.[1] patet, nec dubium est quin inter ejus nepotes Græci numerandi sint. Sed quisnam ex ejus filiis Græcorum avus avorum sit appellandus, nec S. S. dicunt, nec aliunde sciri potest. Quantum quidem judicari potest, inter advenas qui primos Græciæ incolas sæpenumero turbabant, numero atque vi pollebant Pelasgi. Ex Asia venisse, nec Græciam tantum sed alias quoque Europæ partes invisisse videntur. E quanam autem stirpe sint nati, an illi quoque inter Japeti progeniem habendi vel, quod plerique sentiunt, e Phaleg[2] uno e Shemi abnepotibus orti sint, dici nequit. Ne verbum quidem proferunt qui hanc

[1] Gen. x. 5. Cf. inter Josephi Scripta, Conciones 49 et 50. Mede suavissima atque doctissima

[2] Gen. x. 25.

sententiam tuentur quare rem ita se habere concedamus, nisi quod Pelasgi πολυπλάνητοι fuisse dicantur, vox autem Phaleg *divisionem* sonet. Quis autem propterea sana mente præditus "Pelasgos[1] a *Phaleg* et Græcos sive Γραιοὺς a *Rhagar* dictos esse *certam fidem* esse *ex nominis indicio* et re ipsa" contenderet? "Aliquid[2] Græcos inaudivisse de Noachi cataclysmo quasi per caliginem, atque (ut eorum mos erat omnia ad se rapere præ vanitate et inani gloria quæ aliorum essent) quod de Noacho vera et sacra tradidit historia, de suo Phoroneo memorasse Peloponnesios, de suo Deucalione Pelasgos" minime a vero alienum est. Quis autem propterea crederet aliam fuisse cataclysmum[3] quæ Pelasgos omnes in Peloponneso degentes obruerit? Quis propterea Apollodori fabulas de arca Deucalionis seriore ætate confictas et, quoad conjectura augurari liceat, a vera historia depromptas, pro antiquæ Græciæ monumentis venditaret? Hoc non est historiam scribere sed lectorum patientia abuti. Quanto melius palam profiteremur nihil certi proferri posse, et longinquæ vetustatis historiam plane cæcutire. Cæcutit certe, donec aliud quoddam lumen accedat, nec ipsa per sese aliquid proficere potest. Sed ratione et philosophia freta atque innixa se paullulum attollit; e fabulis quodcunque verum sit amplectitur reliquiasque inanes rejicit, et rerum recentiorum atque indubiæ fidei ope de obscuris atque antiquis judicans, ita demum intelligit, ubi Historicis veteribus fides sit habenda, ubi neganda. Hoc modo Historiæ veteri opera danda est aut frustra dabitur, nec col-

[1] Salmas. de Hellen. p. 342. Stillingfleet. Orig. Sacr. 4. 111. cap. 4.

[2] Salmas. de Hellen. p. 312.

[3] Id. ibid. p. 300.

ligetur parvum illud lumen quod colligi proculdubio potest. Sed quid veteres Historicos dico? ab uno Herodoto, quæcunque possunt colligi, omnia sunt haurienda. Thucydides enim (qui utinam sibi eundem quem Herodotus finem proposuisset) seriora tantum, eaque satis certæ fidei, nisi in paucis Libri primi sectionibus tractat. Nec cuipiam recte sentienti videbitur Diodorum vel Dionysium multo plura quam hodiernos de vetustate longinqua *scire potuisse;* plura *scivisse* nemo sanus contendet. Herodotei farragine libelli nihil dulcius; sed omnia cujuscunque generis ibi congesta sunt ut sibi quisque eligeret quod veri simillimum videretur; quod et ætatis et ipsius scriptoris ingenio magis erat congruum, quam longo et difficili conatu veritatem eruere atque ante oculos Lectorum proponere. Præterea si vera initia suæ gentis quærere Herodotus voluisset, quanta in ea ætate ad tale opus recte exequendum defuere! Deerat linguarum præter Græcam notitia (quod præcipue in his studiis utile est); deerat omnium quæ ad gentium reditus, vectigalia, et census spectant scientia, cujus sine ope de ortu et progressu gentium nemo recte judicare potest. Quæ omnia certe efficere debent ut ab Herodoto, de vetustate dudum ante ipsum acta, tradita nonnisi summo labendi metu accipiamus. Cum autem eadem fere omnia quæ de Herodoti temporibus dixi de Diodori atque Dionysii ætate quoque vere dici possint, quid magis ridiculum quam ab his expectare quæ frustra in illo peteres?

Sed ad rem redeo. Nec tamen a proprio scopo tantum aberrasse piget cum ita meipsum, qui de literis Græcis disserens, Deucalionem, Pyrrham, Cataclysmos omnes,

Hellenum primam sedem, Cadmum, literas Græcas ab Evandro in Italiam advectas[1], &c. &c. prætercam, satis excusasse spero. Sed ita faciendum ante me videre Maffeius et R. P. Knight, e quorum utroque pauca exscribam.

Ita sc. de hac re loquitur illustrissimus ille atque doctissimus Marchio Scipio Maffeius.[2] "Indubitatum primo est, scribendi usum eo ævo accepisse Græcos, quod obscurum, seu Mythicum appellavimus: cum autem singula, quæ illa temporis periodo contigerunt, vel prorsus incomperta, vel sexcentis fabulis intermixta dixerimus, atque involuta, quis de characterum susceptione, ac de primæva eorum forma tam definite, atque asservanter eloqui possit? Nihil in hoc proposito magis receptum, atque universim constitutum, quam Græcis Phœnicium Cadmum literas primo adtulisse: at anonymus Auctor præclaræ Dissertationis in calce Palæographiæ contendit optimis tabulis (quamvis adversante Herodoto) ut ostendat, longe ante Cadmum, nec Deucalionis tantum, sed et Phoronei ævo scripturam Pelasgis jam innotuisse. Ionicæ literæ[3] tamquam Græcarum antiquissimæ prædicari solent; at Demosthenes legem jam tum veterrimam memorans, servatam usque ad eam diem columnam dicit *Atticis exesis literis* exaratam; ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς; et *Atticas literas* idem valuisse ac priscas, Harpocration docet. Diffusas prædictorum rei literariæ procerum com-

[1] Cf. Salmas. ad Herod. Att. Inscr. p. 227. (Paris 1619.)

[2] Maff. de Art. Crit. Lap. lib. iii. cap. 1. Can. II. p. 65.

[3] Salmasius (ad Herod. Att. Inscr. p. 229.) literas Ionicas dictas esse putat a Callistrato Samio qui literas novitias in unum corpus cum XVI. prioribus redegit. Samus enim una erat ex Ionicis urbibus.

mentationes ubi perlegeris, plurimosque veterum Scriptorum allatos erudite locos ubi contuleris, nihil certi, nihil determinati elici in ea re posse fateberis. At quocumque tandem nomine primævas Græcorum literas vocaremus, dummodo liceret, quanam fuerint figura, cognoscere : quî vero liceat, cum ejus ætatis monumentum supersit nullum? ad Phœnicias primitus accessisse verisimillimum videtur; at quales antiquæ Phœniciæ fuerint, quis nobis ratum facit? Eas quidem recensuit Scaliger, et exhibuit, postque ipsum alii; at unde eruerint, non monent. In Samaritanis numismatis pauçæ literæ, et parum constantes : de eorum autem ævo quis nos certiores facit? Punica etiam adhibentur; at qùis norit, a Phœnicia forma Pænos scribendo non deflexisse? Ionicum et Atticum alphabetum viri docti pariter nobis depingunt, ac proferunt; quo autem teste? quibus tabulis? nam eas literas nominant quidem Auctores veteres, sed non describunt; scripturamque Atticæ vel Ionicæ nomen præ se ferentem in vetustis monumentis extantibus ostendet nemo. Mirum propterea non est, principes in hoc genere literarum viros perpetuo in his dissidere, Scaligerum et Salmasium, qui tripodum ab Herodoto memoratorum scripturam fingere non dubitarunt, ac si vidissent, et ob oculos ponere; affirmat recens Auctor, *Attica potius, quam Cadmea exhibuisse:* mihi quidem tam hoc incertum est, quam illud. Qui vero ætatem quoque horum alphabetorum definire voluerunt inconcinna prorsus et absona tradiderunt: quid enim potuit nedum a veritate, sed ab auctoritate omni magis alienum, quam Ionica elementa mille et quingentis ante Christum annis, Attica quingentis incœpisse? Quod

tamen Edvardus Bernardus docere non est veritus; etiamsi Salmasius, quo in hac re nemo melius, Attici nomine primævum alphabetum XVI. literarum, Ionici vero completum intelligi, præclare jam ostendisset."

Nec aliter qui hodie Græcis literis vetustioribus summo cum fructu inservit Ricardus Payne Knight.[1] "Unde literæ Græcæ originem duxerint, et quo tempore signorum numerum plenum acceperint, in obscuro est: omnia enim quæ tradita sunt de Cadmo, Palamede, &c. lubrica admodum et incerta sunt. De Cadmo, Leucotheæ, quæ nata mortalis dea maris facta est, patre, memoravit Odysseæ auctor; ita tamen ut nullam de ejus patria vel stirpe notitiam reliquerit. Cadmei isti celeberrimi, qui Thebas in Bœotia vel condiderant vel occupaverant, a poeta antiquiore memorati sunt; nulla tamen mentione facta vel stirpis vel regionis qua oriundi essent. A Danais autem vel Achæis prorsus alieni fuisse videntur: sed a ratione rerum et moribus illius seculi planè abhorret, Phœnices, maritimum genus, sedem occupasse aut coloniam constituisse tam procul a mari inter gentes ignotas et infestas. Cadmum ipsum prorsus ignorasse videtur: neque si nosset, et gentem Cadmeam pro ejus posteris habuisset, eos Καδμείους sed Κάδμιδας e sermonis indole nominasset. Casmilus vel Cadmilus vetus Mercurii nomen fuit;[2] neque aliud fuisse credo Cadmum: unde Harmoniam, Martis et Veneris filiam uxorem duxisse fertur; atque cum ea in anguem mutatus

[1] R. P. Knight. Proleg. ad Hom. LXXVII. Cf. quoque Barthelemi Act. Acad. Insc. Tom. XXIII. p. 420.

[2] Cf. Creuzerum (Symbolik. II. 353. Not. IV. 17. et 29.) Knightio de hac re obsequentem, de Cadmeorum nominis ortu haud item.

esse, et dei sceptro vel caduceo adhæsisse; qua mysticæ religionis allegoriam cuivis deprehendere licet."

Verissime quoque de hac re nuper Fridericus Thierschius[1]. "Nimirum quæcunque vetusti ævi inscriptiones vasculis, numis, æri atque marmori additæ ad nostram memoriam pervenere, eæ omnes docent, quatuor et viginti literarum scripturam populis subinde natam atque receptam esse et errare hos, qui Græcarum literarum origines ac progressus ad certa tempora revocare clarisque nominibus adjungere laborent."

Cum ergo literarum Græcarum ortum monstrare nequeamus, nihil utilius futurum videtur quam si singularum antiquissimas formas suo ordine exhibeamus. Quod quidem pro virili in tabulis 1 et 2 efficiendum curavi. Quas autem antea quam Lector inspiciat, admonendus est ne exinde majorem fructum quam revera liceat, sese collecturum esse speret. Inscriptionibus quibus in his tabulis conficiendis usus sum haud omnibus eadem fides tribuenda est. Sigeum videlicet decantatum illud marmor Sigei parvi atque municipalis oppidi inscriptum est. Quis ergo ita inscriptum certam esse fidem contenderet ut Atheniensium limatiores oculi omnia approbarent? Quod idem de Leucadio lapide dictum puta. Ita quoque cum Elei, quo tempore Eleum illud fœdus marmori traditum sit, parva ignobilisque gens essent, vix statuendum formas literarum quæ in illo conspiciuntur, unquam per omnem Græciam valuisse. Major autem fides inscriptionibus Olympicis et Atheniensibus manifesto tribuenda est.

Nec tamen vel his vel quibuslibet aliis nimis fidendum.

[1] Thiersch. Act. Philol. Monac. Tom. II. Fasc. III. p. 409.

Audi enim, L. B., Böckhium meum[1] præclare de hac re disputantem. "Pervulgata," inquit, "apud eos qui Græcæ scripturæ originibus et progressui pervestigandis diligentiorem operam navarunt, illa est opinio, literati monumenti prope uniuscujusque ætatem ex ductuum forma et scribendi ratione probe cognita posse perspici. Quæ quidem sententia etsi non plane rejicienda est, tamen si a publicis Atheniensium decretis recesseris in quibus certa quædam scripturæ ratio sancita est, tanta in his rebus judicandis cautione opus est ut eorum præcipue levitas, qui ob literarum formas paullo insolentiores vel huic atque illi ætati minus, ut putabant, convenientes, de veritate monumentorum dubitarunt, gravi reprehensione digna videatur: Non solum enim eodem apud Græcos tempore in aliis civitatibus alia obtinuerunt scribendi genera sed etiam singulorum privatorumque hominum alii alias in hac re normas secuti sunt, antiquitusque eos literarum ductus quibus recentiores ætates in uno alteroque monumentorum genere potissimum assueverunt, non ignotos fuisse constat, atque invicem quibus prisci Græci usi erant, ii ne posterioribus quidem sæculis plane sunt obliterati."

Jam pauca de singulis literis disputanda, et imprimis de longis quod aiunt vocalibus, quarum usus non nisi Euclide Archonte Athenas advectus vulgo dicitur, ita ut ἡ μετ' Εὐκλείδην γραμματικὴ[2], pro seriori illo et perfectiori scribendi genere usurpetur. Sed hunc errorem

[1] Böckh. Ind. Lect. Hibern. Univ. Berol. Auct. 1821. Corsin in Euclid. Meurs. Fortun. Athen. p. 1723.

[2] Plut. in Aristid. Tom. I. p. 319.

sustulere V. V. D. D. quorum unius verba[1] exscribo. "Euripides qui 14 antea annos (i. e. ante Euclidem Arch.) mortuus est, in tragedia[2] quam diu ante mortem composuisse videtur, signa literarum Θ et H in nomine Θησεύς accuratissime descripserat et audientibus ut omnibus jam pridem nota et usitata obtulerat. Atque Callias comicus Atheniensis Sophocle et Euripide antiquior Ψ et Ω haud minus graphice expressit in fragmento apud Athenæum[3]." Jam sequuntur ipsa Euripidis atque Calliæ verba.

Euripides.

κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος,
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές,
τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γράμμα δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία,
τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἰλιγμένος,
τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦ μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
λόξαι δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσίν· τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι,
γράμμαι γὰρ εἰσὶν ἐκ διεστώτων δύο,
αὐταὶ δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.

Callias.

ὀρθὴ μακρὰ γράμμη 'στιν· ἐκ ταύτης μέσης
μικρὰ παρεστῶσ' ἑκατέρωθεν ὑπτία,
ἔπειτα κύκλος, πόδας ἔχων βραχεῖς δύο.

Sed idem Callias alio fragmento dramatis cui nomen

[1] R. P. Knight. Proleg. in Homer. LXXVIII.

[2] Thes. frag. v. (ed. Beck.)

[3] Athen. x. c. LXXX. p. 454.

Γραμματίκη Θεωρία[1] adhuc clarius H et Ω inter elementa jam sua ætate vulgo usitata numerari docet.

Ἰ᾽ ἄλφα, βῆτα, γάμμα, δέλτα, ἦτα, θῆτα, Θεοῦ γὰρ εἶγε. ἰῶτα, κάππα, λάμβδα, μῦ, νῦ, ξῖ, τὸ οῦ, πῖ, ῥῶ, σίγμα, ταῦ, ῡ παρον, φῖ, χῖ τε τῷ ψῖ, εἰς τὸ ὦ[2]. Et eodem loco.

Βῆτα ἄλφα, βα᾽ βῆτα εἰ, βε᾽ βῆτα ῆ, βη᾽ βῆτα ἰῶτα, βι᾽ βῆτα οὐ, βο᾽ βῆτα υ, βυ᾽ βῆτα ὦ, βω.

"Statuendum igitur erit," ut vere Thierschius[3] post alios[4], "isto Euclidis decreto nihil aliud fuisse contentum, nisi ut Ionicas literas in publicis monumentis inscribendis adhibere liceret." Quo tempore ergo aut in reliqua Græcia aut in ipsis Athenis percrebuerit usus longarum vocalium, nemo satis idoneis auctoribus fretus dicere potest[5]. Utilissima proculdubio et pœne necessaria fuit earum inventio, quod antea quam invectæ sint, triplicem vicem vocales E et O sustinuerint. E scilicet sibi propriam potestatem, diphthongi EI et longæ

[1] Athen. x. p. 453.

[2] Cf. Eckhel. Doct. N. Vet. II. p. 212.

[3] Acta Philol. Monac. II. p. 409.

[4] Vales. in notis Maussac. p. 102. Boubier. ad calc. Montfauc. Pal. Gr. p. 573. Barthelemi. Mem. de l'Acad. des Belles Lettres. Tom. XLVII. p. 388.

[5] Notandum videtur in omnibus Gelonis atque Hieronis nummis (qui saltem eorum nomine signentur) longam vocalem ω semper usurpari. Attamen nulla est horum nummorum auctoritas cum diu post Gelonis atque Hieronis ætatem in eorum memoriam cusos esse ostenderint V.V.D.D. Cf. Spanh. de Præst. Num. p. 545. Burmann. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 458. Quod præcipue notavi cum hos nummos viris doctis fraudi fuisse videam. Cf. R. P. Knight. de Alphab. Græc. p. 17. Septem hujusmodi Gelonis nummi apud Parut. Tab. XC. et XCI. asservantur; decem apud Mionnetium (Tom. I. p. 328.) memorantur quorum editur unus in Tab. LXVIII. No. 1. Viginti cum duobus Hieronis nummos hoc modo scriptos edidit Paruta. (Tab. XCII. et XCIII.) Cf. Mionnet. Tom. I. p. 330. Tab. LXVIII. No. 5, 6.

vocalis H vim habebat. Vocali O eodem modo non sua tantum potestas tribuebatur, sed pro diphthongo OY et vocali Ω ponebatur[1]. Negavit quidem Dawesius[2] E pro EI unquam a Græcis esse positum, et auctoritatem scriptorum a Tayloro[3] advocatorum nullam esse ostendit. Sed frustra negavit; nihil enim hoc usu notius est, quod sine Grammaticorum auctoritate ab exemplis quivis discere potest[4]. Quod si Dawesius in hac re ut in multis aliis minime sibi constare Græcos dixisset, recte omnino; in eo enim ipso marmore[5] ubi ἐνθεναι scribitur, scribitur quoque εἶπεν, πόλει. Vere ergo Elmsleius[6], "Euripidis ætate *plerumque* pro diphthongo ει scribebant E, ut ΧΕΡ pro χείρ." Qui mos certe, cum maxima esset sonorum ε et ει cognatio et similitudo[7], post literarum progressum manere poterat et aliquandiu mansit, ut ex inscriptione quadam Chandleriana[8] patet, in qua E pro EI usurpatur. Eodem modo in marmore Sandvicensi et in hoc Chandleriano O pro OY ponitur, quamvis in utroque H et Ω compareant. Quæcunque de hac re scripserint Grammatici, ea omnia sciens prætereo; exemplorum enim auctoritas potior est; et præterea tantæ miscentur turbæ de multis Grammaticorum locis ad hanc rem spectantibus, atque eorum lectione, ut verum dignoscere

[1] Cf. Salmas. ad Herod. Att. Inscr. p. 36. Mar. Victorin. p. 2458. ed. Putsch.

[2] Dawes. Misc. Crit. p. 127. sq. App. p. 321. sq.

[3] Taylor. ad Marmor. Sandv. p. 7.

[4] Cf. infra Class. I. Inscript. II. Class. III. Sect. I. Inscript. VIII. Class. III. Sect. II. Inscript. IX. τρες pro τρεῖς, ἐργαστο pro εἴργαστο, ἐνθεναι pro ἐνθεῖναι, σπερας pro σπείρας.

[5] Class. III. Sect. I. Inscript. VIII.

[6] Elmsl. ad Eur. Med. 55.

[7] Cf. quæ Titzius disserit in editione sua Moschopul. Opusc. Gramm. p. XIII. Hermann. de emend. Gr. Gr. Rat. p. 53.

[8] Chandler. II. 6.

difficillimum sit [1]. Hic autem paucis exquirendum videtur an Græci, ante longas vocales inventas, duabus brevibus ad earum vim exprimendam sint usi. Rem ita se habere docet Villoisonus [2], a me nunquam sine reverentia nominandus, cui tamen hic assentiri nequeo. Videamus ergo, quibus testibus fretus vir celeberrimus hanc proferat sententiam. Imprimis inscriptiones istas Amyclæas advocat, quarum nulla est auctoritas; postea excerpta quædam e Dionysii Thracis Scholiastis. "De hoc usu" ait "sic Heliodorus, Dionysii Thracis Τέχνης Γραμματικῆς Scholiastes, in codice S. Marci 489." Μακρὰ λέγεται τὸ Η καὶ τὸ Ω, οὐ τῷ τύπῳ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ χαρακτῆρος, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς φωνῆς· ἐκ δύο γὰρ φωνη-

[1] Nihil magis molestum est quam mira in librorum fide mutanda (cum de hujusmodi re disputatur) V.V.D.D. levitas. Quid velim, ex hoc exemplo, L. B. licet discas. De elemento Σαν̃πι disputatio est; et advocatur locus Schol. Aristoph. ad Nub. 122. Dicit equos Κοππατίας dictos esse οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ Κ στοιχεῖον, ὡς Σαμφορας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ Σ· τὸ γὰρ Σ, καὶ τὸ Ν χαρασσόμενον Σαν ἔλεγον. Quem morem etiam suo tempore manere dicit; συνεζευγμένου γὰρ τοῦ Κ καὶ Σ, σχῆμα τοῦ ϟ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι οὗ προηγεῖται τὸ Κ. Nunc animum, quæso, advertas L. B. ut miserum hunc locum quomodo torserint V. V. D. D., suæ quisque sententiæ faventes, intelligas. Scaliger. ad Euseb. p. 108. pro τὸ γὰρ Σ καὶ τὸ Ν, κ. τ. λ. legit τὸ γὰρ C καὶ τὸ Π χαρασσόμενον Σανπι ἔλεγον. Salmas. ad Solin. p. 892. initium loci ita legit, οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ Ϛ σημεῖον: deinde Scaligerum sequitur et reliqua ita constituit; συνεζευγμένου γὰρ τοῦ Π καὶ τοῦ C, τὸ σχῆμα τοῦ Ϡ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι οὗ προηγεῖται τὸ Π. Bouhierium denique suam loci constitutionem proferentem audi (ad calc. Montf. Pal. Gr. §. 41.) οἷς ἐγκεχάρακτο τὸ Ϙ στοιχεῖον ὡς Σαμφορας τοὺς ἐγκεχαραγμένους τὸ Ϡ, τὸ γὰρ Σ καὶ τὸ Π χαρασσόμενον σανπι ἔλεγον· συνεζευγμένου γὰρ τοῦ Π καὶ τοῦ C τὸ σχῆμα τοῦ Ϡ ἀριθμοῦ δύναται νοεῖσθαι οὗ προηγεῖται τὸ Ϙ.

[2] Villoison. Anecd. Gr. Tom. II. p. 124. et Var. Lectt. ad Hom. Il. X. 235. p. 53. Fischerus quoque ad Well. p. 25. sq. eandem tuetur sententiam et Sigeam inscriptionem advocat. Miror virum cl.; Sigea Inscriptio nihil ejusmodi habet.

ἑντων συνίσταται καὶ εἰς δύο ἀναλύεται, οἷον τὸ φάος, φῶς λέγομεν καὶ τὸ φῶς πάλιν εἰς φάος ἀναλύομεν· ὁμοίως τὸ δῆλον δέελον λέγομεν καὶ τὰ βέλεα βέλη· τὰ δὲ βραχέα οὔτε ἐκ δύο συνίσταται, οὔτε εἰς δύο ἀναλύεται. Grammaticus certe his verbis tantummodo tradit vocalem duplicem e duabus simplicibus compositam esse, de qua re hoc in loco non agitur; vim autem duplicis duabus simplicibus Græcos expressisse minime tradit. Quod idem dicendum de altero Dionysii Thracis Scholiaste quem ibi profert vir doctissimus. *Ἀναλύεται τὸ Η εἰς δύο εε ὡς καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ 'Δέελον ἐπὶ σῆμα δ' ἐχεύα*[1] *ἤτοι δῆλον· καὶ συναιρεῖται πάλιν τὰ δύο εε εἰς η, εἴδεε, εἴδη.* Nemo, quantum sciam, duas breves vocales aliquando concurrere negat, e quibus nunc fiat *η*, nunc diphthongus *ει*, si utraque sit Epsilon; si autem Omicron, vel *ω*, vel diphthongus *ου*. Nec aliquid præterea his locis tradunt Scholiastæ. At veteres Latinos vocales geminare docet Villoisonus; credo; at qua ætate hoc facere instituerint, nescio; quod nisi sciremus, nihil hoc argumento efficitur. Nisi ea ætate fecisse probetur, qua primum in Latium e Græcia migraverint, secum patriam linguam afferentes, hæc omnia nihil ad rem. Postea enim recentiores (quamvis veteres) Latini plurima a Græco more quam diversa in scripturam induxere. Sed nuper exortus est Rochettius qui Platonis ope hanc sententiam, se judice, confirmat. En Platonis locum[2], mira quædam de vocis *νοήσις* derivatione disputantis. *Εἰ δὲ βούλει, αὐτὸ ἡ νοήσις, τοῦ νέου ἐστιν ἔσις. τὸ δὲ νέα εἶναι τὰ ὄντα σημαίνει γιγνόμενα ἀεὶ εἶναι· τούτου οὖν ἐφίεσθαι τὴν ψυχὴν μηνύει τὸ ὄνομα ὁ*

[1] Lege ut Iliad. K. 466. *δέελον δ' ἐπὶ σῆμα τ' ἔθηκε.*

[2] Plat. Cratyl. Tom. III. p. 287. ed. Bipont.

θέμενος τὴν νεόεσιν· οὐ γὰρ νοήσις τὸ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ η, εε ἔδει λέγειν δύο νεόεσιν. Imprimis notandum est huic loco nihil esse cum ea re de qua hic agitur. Plato enim haud loquitur de longa vocali pro duabus simplicibus *concurrentibus* posita, at de contractione quadam mira qua syllaba νεοε in νοη mutatur; nec si aliter res se haberet, universalem quandam regulam tradit, sed de uno tantum verbo disputat. Totum quidem locum vix videre potuisse Rochettium credo. Ultima certe per se advocat[1], quæ primo intuitu ex ejus partibus stare videntur, postea autem mutantur et contraria pœne fiunt. Nummos quosdam deinde profert, in quorum primo scribitur ΕΣΤΓΕΔΙΙΥ; in altero M⌐⌐Ǝ; primus Aspendiorum, alter Posidoniacorum i. e. Phistuliorum esse dicitur. Postea quod in alio quovis mireris, nummum ita inscriptum advocat, ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ[2], ut duas simplices vocales pro longa aliquando usurpatas esse doceat! Nugæ sunt hæc omnia; at breviter respondeo de duorum priorum nummorum interpretatione nihil certi statui posse; quod si fieri posset, et Græcos aliquando literam geminare probaretur, quis propterea certam esse fidem εε pro η, et οο pro ω eosdem scribere solere contenderet[3]?

[1] Rochette Deux Lettres a my Lord Comte d'Aberdeen, p. 57.

[2] De scriptura Αρχαϊκος, Αχαϊὸς, κ. τ. λ. cf. Brunck. ad Æsch. Sept. Theb. 28. Elmsl. ad Eur. Heracl. 84. Hermann. ad Soph. Trachin. 74. et præsertim Lobeck. ad Phrynichum p. 39.

[3] Forsan haud a re aberit, si hic recentiores Græcos pro ι longa diphthongum ει usurpàsse notem. Quam rem præcipue in inscriptionibus Asiaticis observavi, in quibus fere semper fit hæc mutatio. In Cockerellii schedis sæpe hoc animadverti. No. 145. (Olimpeni) πολείτην, 105. et 150. (Side) νείκησεν, 153. (ibid.)

Ἀθηναῖος F
Νεμεονείκης
ἀνέθηκεν.

Cf. quoque Dodwell. II. 283. Wheler. p. 386. Plura advocare haud opus est. De hac re apud Latinos cf. Quinctil. I. 7. Aul. Gell. XIII. 24.

Grammaticos[1] quoque tradere video antiquos Græcos τοῦ Omicron ab Omega, et Epsilon ab Eta discrimina notavisse lineola superimposita aut subjecta. Quod anne verum sit, ego discere nequeo; nullum certe exemplum marmora præbent. Paciaudium[2] nummos quosdam advocare scio; at miror hominem. Forma enim ο minime Omicron lineola subjecta, sed Omega est.

Sed ad consonantes, quas vocant, *aspiratas* pergamus, θ scilicet et φ et χ, quarum inventio Palamedi, si Diis placet, tribuitur[3]. Cum Grammatici[4] has easdem esse ac tenues τ, π et κ, addita quadam spiritus exspiratione tradiderint, non meum est contra clamare; quod si verum sit, aspiratas recentiores quam tenues esse verisimile videtur. Dicitur[5] quidem earum vim apud antiquos Græcos per tenues cum aspirata H conjunctas repræsentari. Quod verum esse potest; nulla autem extat inscriptio[6] quæ illius usus exemplum præbeat.

Lips. de Pron. Ling. Lat. c. 8. Cic. de Orat. III. 46. Morisan. Marm. Regin. p. 198.

[1] Schol. Dion. Thr. apud Villoison. Anecd. Gr. Tom. II. p. 126.

[2] Paciaud. Mon. Pelop. Tom. II. p. 261.

[3] Grammaticorum loca de hac re, et priscarum literarum numero congessit Salmasius ad Inscr. Herod. pp. 29. sqq. et 221. sqq.

[4] Ita quoque Plutarchus Sympos. Q. 3. Tom. II. p. 738. c. τὸ γὰρ φι καὶ τὸ χι τὸ μέν ἐστι πι, τὸ δὲ κάππα, δασυνόμενον.

[5] Cf. Bouhier. Diss. de Gr. et Lat. Litt. ad calc. Montf. Pal. Gr. §. 63. p. 561. Alios haud opus est advocare. Turpiter in hac re lapsus est Larcherus ad Herod. v. 58. No. 126. post Mazoch. Tab. Her. p. 126. ubi cum E pro vocali H apud antiquos positum esse sciverit, pro aspirata H quoque usurpatum putans, ΧΡΟΝΟΣ aliquando ΚΕΡΟΝΟΣ scriptum esse dicit. Salmasius (ad Herod. Att. Inscript. p. 30.) rectius, quamvis et is me judice falso, hanc vocem priscis literis ΚΗΡΟΝΟΣ scriptam esse dicit.

[6] Auctoritas Venetæ inscriptionis apud Knight. Diss. de Alph. Gr. Tab. I. fig. 2. (Class. VI. Inscr. 3.) omnino nulla est.

Grammatici contra rem ita esse confirmant; Diomedes[1] quidem hæc habet. *Ἐὰν ἤθελον οἱ παλαιοὶ γράψαι λέξιν ἔχουσαν τὴν ἐκφώνησιν τοῦ θ, ἔγραφον ἀντὶ τοῦ θ, τὸ τ, καὶ πρὸ τοῦ τ, ἐτιθέασι τὸ παρ' αὐτοὶς σημεῖον τῆς δασείας ἐνδεικνυμένης ὅτι τοῦτο τὸ* T, *οὐκ ἔστι* T, *ἀλλὰ* Θ *τῇ ἐκφωνήσει. ἀντὶ δὲ τῆς ἐκφωνησέως τοῦ φ, ἔγραφον τὸ π, προστιθέντες, ὡς προείρηται, τὸ παρ' αὐτοὶς σημεῖον τῆς δασείας· ἀντὶ δὲ τοῦ χ, τὸ κ, προστιθέντες τὸ παλαιὸν σύμβολον τῆς δασείας τὸ παρ' ἡμῖν νυν* H[2]. Eadem tradit Scholiastes Dionysii Thracis[3]. At si Grammaticos de Palæographia audiamus, nihil est quod verum esse negemus. Vix unquam eorum auctoritati fidendum est, nisi quodcunque dixerint idoneis argumentis confirment. In antiquissimis quæ quidem ad hanc usque ætatem pervenerint monumentis extant literæ omnes aspiratæ *θ*, *φ*, *χ*. Recte ergo Thierschius[4] *φ* et *χ* antiquissimas vocat (quod de *θ* quoque dicendum) præsertim quum in antiquis quoque Italiæ dialectis[5] legantur. Forma ⊟ pro *θ* in nullo vetusto marmore, quantum sciam, legitur. In nummis quidem Atheniensibus aliquando legitur A⊟. Sed illos longe recentiores esse nummis in quibus perpetuo AΘ scribitur, luculenter ostendit Eckhelius[6]. Vidi quoque marmor recens a viro humanissimo C. R. Cockerell Coryci exscriptum quod hunc titulum ferat

⊟ΗΚΗ ΛΕ
ΥΚΙΟΥ

[1] Diomedes in Cod. Bibl. S. Marc. Venet. 489. apud Villoison. Anecd. Gr. Tom. I. p. 121.

[2] Cf. quoque Scalig. Animadv. in Chron. Euseb. p. 121. et Marium Victorinum (p. 2455. ed. Putsch.) eadem tradentem.

[3] In eodem cod. apud eundem ibid.

[4] Act. Philol. Monac. II. p. 407. Not.

[5] Cf. Lanzium Sagg. de Ling. Etrusc. Tom. I. p. 216. sq.

[6] Eckhel. Doct. Vet. Num. II. p. 214.

Eadem forma reperitur etiam in nummis quos alii aliis civitatibus tribuunt[1], adeo ut de eorum ætate nihil certi proferri possit.

Forma Ψ pro χ vetustissima videtur. Reperitur quidem in tabulis Elea atque Petiliana[2]. Nec ego satis capio quare aut quomodo factum sit ut formas literarum Græci mutarent. Sculptorem quidem pro forma scriptu difficili faciliorem sæpe posuisse satis scio; rudi ætate scilicet rectas lineas facilius est efficere in dura quavis materia quam circulares[3]. Haud ergo mirarer si in vetustissimis marmoribus ⊟ pro Θ, < pro C reperirem; ibi enim eadem forma paullulum immutata manet. Illud quoque notandum literas primo intuitu diversas sæpe revera easdem esse. Lineas enim (e quibus hæc vel illa litera efficitur) alia ætate hac dirigebant, alia aliorsum flectebant. Unde factum est ut eadem litera (Gamma dico) tres formas haberet, < scilicet, Λ, et Γ; eaque de qua nunc loquor in vetustis Atheniensium monumentis formam + haberet, in recentioribus autem eodem modo quo hodie

[1] Cf. (si tanti sit) Haym. T. I. p. m. 231. Frælich. Not. Elem. p. 24. et p. 132. Pellerin. Recueil. Tom. I. p. 158. Khell. Append. I. p. 41. Dubitari ergo potest an recte Lanzius dixerit (Tom. I. p. 125.) "Simili figure quadrate nel Greco vaglion O, come provano le medaglie di Tebe segnate con questa iniziale." Qui Principis Torremutii opus ("Siciliæ et objac. insul. Inscript. p. 249.") inspexerit, facile videbit quam vere formam quadratam non nisi sculptoris vel inscitiæ vel negligentiæ deberi dixerim. Ibi O per ⊏, ♀ per ⊽ scribitur.

[2] Hæc litera in quibusdam Græciæ locis inter notas numerales locum suum servâsse videtur. Cf. Inscr. Orchom. I. infra Class. IV. Inscr. I. Sed de hac re paullo infra sum dicturus.

[3] Mazochius (Prodr. ad Tab. Herac. Diat. III. c. I. p. 125.) angulares formas tribuit difficultati exarandi in ære aliave dura materia, quam, inquit, ut resolverent, quidquid curvi in literis erat, id in rectum sed angulatum resolvebant.

repræsentaretur[1]. Sed hæc omnia nihil ad rem. Nunc enim quærimus quare pro forma , alia diversa omnino induceretur[2].

Pergo ad duplices consonantes Ξ et Ψ, quarum neutram perantiquam esse satis constat, cum in omnibus fere inscriptionibus usque ad Euclidem Archontem illa per ΧΣ, hæc autem per ΦΣ repræsentetur. Salmasius[3] cum multis aliis Ξ pro ΚΣ semper scribi statuit, quod adeo falsum est ut ne in uno quidem ex omnibus quæ mihi inspicere contigerit indubiæ fidei marmoribus, literæ ΚΣ vice consonantis Ξ fungantur. Eodem modo ΦΣ, minime autem ΠΣ, pro Ψ[4] semper ponuntur. Hoc fit etiam in vocibus quarum propria esset litera Κ, nisi Σ sequeretur. ΑΝΑΧΣΙΚΡΑΤΕΣ exempli gratia in marmore Nointeliano legitur. At semper et ubique ΑΝΑΚΤΟΣ, non ΑΝΑΧΤΟΣ. Quod autem vel magis mirandum, si vocabulum a Σ incipiens aliam vocem a Κ desinentem

[1] Hujusmodi mutationes contractas uno intuitu inspicere Lectorem fortasse juvabit.

Gamma	<	Λ	Γ	Xi	⋕	Ξ	Chi	+	Χ
Lambda	V	ʌ		Sigma	M	Σ			

Notandum est in lecytho Attico apud Walpol. Tom. 1. p. 323. vocem ΚΑΛΕ sæpius esse scriptam, semper autem a dextra sinistrorsum; literamque Lambda nunc per V, nunc per ʌ repræsentari. Duos lapides sepulcrales in Lusierii Museo extantes et a viro cel. T. S. Hughes mecum communicatos hic apponam, cum propter diversas formas literæ Lambda sint notabiles

1. ΚΑʌʌΙ 2. ʌΥΣΙΑΣ
ΣΤΩ ʌΥΣΑΝΔΡΟΥ.

[2] Hæc forma occurrit in nummo Selinuntinorum ubi legitur vox ΗVΨVAS. Torremuz. (Sicil. et obj. Ins. Inscript. Proleg. p. XLVI.) Sed D'Orvillius (Sicul. p. 78.) et Burmannus (ad calc. D'Orvill. Sic. p. 422.) fluvium Hypsam hoc nomine significari statuunt.

[3] Salmas. de Hellenist. p. 385. et Not. ad Herod. Inscr. p. 30. Victorin. p. 2459.

[4] Hoc certe nunquam a Grammaticis animadversum est. Diomed. Lib. II. p. 417. (apud Putsch.) "P et S simul positæ Græcum Ψ asserunt."

sequatur, K in X vertitur[1], ut in marmore Choiseuliano EX·ΣAMO {ἐκ Σάμου}[2]. Quanam autem potestate elementi Σ hoc fieri dicemus? Literæ quidem aspiratæ eam vim habent (ut acutissime in literis MSS. Blomfieldius a me nunquam sine honore et veneratione nominandus,) ut tenuem præcedentem in aspiratam vertant, unde in Aoristis verborum habemus *ἐτράφθην*, *ἐλείφθην*, non *ἐτράπθην*, *ἐλείπθην*. Sed nimis barbara est pronunciatio *SII* pro Σ quam ut eam inter Atticos valere potuisse existimemus. Res quidem mihi eo redire videtur, Græcos *ψήφισμα* omnino non pronunciasse ut *psephisma*, sed ut *phsephisma*, qui sonus multo lenior est; similiterque de litera ξ. Inter vetustissimos Latinos, ut ego arbitror, mansere vestigia ejus orthographiæ de qua hic agitur. In antiquissimis lapidibus DIXSERUNT, MAXSUMUS, et similia passim videmus[3]. Notandum autem literam Ξ in Wrayiano marmore proculdubio pervetusto (infra Class. II. 7.) per ΗΗ {i. e. ΞΕ sive Ξ} repræsentari[4]; et Ψ (ut vere

[1] Præpositio semper a Græcis pars vocis sequentis habebatur. In inscriptionibus iis ubi inter verba fit interpunctio, puncta inter præpositionem et regimen suum nunquam conspiciuntur. Apud Chishullium Ant. As. p. 114. et p. 125. pro *ἐκ Συβριτίας* legimus *ἐξυβριτίας* et in Attica quadam inscriptione (infra Class. III. Sect. II. Inscr. II.) pro *ἐξ ἧς* (ΕΧΣ ΗΕΣ) habemus *Ἐξῆς* (ΕΧΣΕΣ.) Id scilicet ex Apollonio (De Synt. p. 332. ed. Bek.) ab Osanno advocato discimus, *εἰς ὅ*, *ἐν ᾧ* et *ἐξ οὗ* pro uno habenda esse singula vocabulo. Et Osannus e nostro exemplo falsos esse Grammaticos colligit, qui aspirationem in mediis vocibus ab Atticis unquam positam esse affirmant. Osann. p. 73.

[2] Dignum quod notetur, nonnisi in spuriis inscriptionibus ΚΣ pro ΧΣ poni. In Naniana scilicet habemus ΔΕΚΣΑΙ, in Amyclæis ΟΚΣVVΟ κ. τ. λ. Quod solum magnam fraudis suspicionem et his et illi inureret.

[3] Gruter. Thes. CCII, CCIII, CCIV. CCCCXLIX. DIX. Cf. quoque Noris. Cenotaph. Pisan. p. 448. (Venet. 1681.)

[4] Hæc forma non alibi, quantum sciam, in marmore quovis antiquo

Knightius) graphice ante oculos poni in loco Calliæ nuper advocato. Occurrit quoque hæc litera in nummis Alexandri I. inter annos A. C. 497. et 454. cusis [1]. Athenienses autem haud statim post longas vocales, Euclide Archonte, invectas, cæteram quoque orthographiam mutavere. In inscriptione enim a Piræo advecta (infra Class. III. Sect. II. Inscr. VII.) METAXΣY scribitur, quamvis longæ vocales ubique adhibeantur. Litera X pro Ξ in pluribus nummis Naxiorum (uno quidem *βουστροφηδόν* scripto) usurpatur [2], et in rarissimo Buxenti nummo [3] antiquissima forma elementi X (sc. +) pro Ξ occurrit.

Jam pauca dicenda de tribus elementis a Græcia antiquissima usitatis; a recentiori haud item. Aspirationem H dico, digamma, et literam quam vulgo Coph appellant.

De aspiratione facilis est disputatio. In nulla e vetustissimis inscriptionibus, si eas excipias quæ Æolica dialecto conscribuntur, omittitur, ita ut vere Mazochius [4] unam e literis primitivis Pelasgicis fuisse dicat, cum præsertim nunquam in Latio defuisse videatur. Rem breviter tangit Athenæus [5], *διὰ τοῦ ἡ στοιχείου τυπώσασθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασείαν* dicens, nec aliter Priscianus [6]. "H

occurrit. Montfauconius quidem (Pal. Gr. II. p. 131.) in nummis tantum repertam esse docet. Postea conspicitur in tabulis Heracleensibus, et crebro in recentioribus numismatis et lapidibus. Cf. Biag. de Decret. Athen. Proleg. §. XVI. Placentin. Epit. Palæog. c. XIII. Paciaud. Mon. Pelopon. Tom. I. 207.

[1] Mionnet. Tom. I. p. 506.

[2] Cf. Mionnet. Tom. I. p. 262. Burm. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 413. Montfauc. Pal. Gr. p. 131. Liebe. Gotha. Numar. p. 326.

[3] Mionnet. Tom. I. p. 151. Tab. XXXII. No. 20.

[4] Tab. Herac. p. 126. not.

[5] Athen. IX. p. 398. A.

[6] Priscian. I. p. 28. Idem sonant cæteri Grammatici Putschiani. Cf. quoque Salmas. ad inscript. Herod. p. 43. Havercamp. de Script. Litt. Gr. p. 236. Villoison. Anecd. Gr. II. p. 222.

literam non esse ostendimus, sed notam aspirationis, quam Græcorum antiquissimi similiter, ut Latini, in versu scribebant." Legitur in Sigea (Class. I. I.) et Larissæa inscriptionibus (Class. II. X.) et in una ex Olympiacis galeis (Class. II. VI.) omnibus scilicet pervetustis. Quod nummos quoque attinet, legitur sæpe aspirationis nota in vetustissimis. Exempla quædam nota dabit [1]. De qua re fuse egere Spanhemius [2] Havercampius [3] et Frælichius [4]. In Larissæa et Olympiaca haud eadem forma ac in Sigea aspiratio efficitur. In hac enim eandem quam hodie exhibet figuram [5]; in illis autem summa atque ima pars laterum æque ac media, sibi invicem lineis junguntur [6]. In uno exemplo (Class. II. Inscr. XIV.) latera aspirationis sursum aliquantulum producta sunt (Ξ). Sed illud in Larissæo marmore observandum est, aspirationem semel esse omissam, in voce scilicet Ἱπομεδον. Quod idcirco magis notandum est, quia in marmoribus quoque Atheniensibus mira inconstantia est in aspiratione aut affigenda aut omittenda. Exempla multa præbebunt inscriptiones sexta et septima sectionis primæ classis tertiæ. Inscriptio quidem sexta (Choiseuliana) vocibus Ἑλληνοταμίας, ἕκτος, ἑνδέκατος aspirationem nunc tribuit, nunc adimit, vocibus autem

[1] Nummus Selinuntiorum (Burm. ad calc. D'Orvill. Ecl. p. 428. Parut. Tab. LXXXII. No. 11. Mionnet. Tom. I. p. 287. et Tab. XXXIV. No. 121.) habet ΠΥΨΑΣ. In altero ejusdem nummi latere videmus longam vocalem Ω. ΠΙΜΕΡΑΙΟΝ in nummis Himeræis. Parut. Tab. LXIII. p. 2. Mionnet. Tom. I. p. 240. Tab. XXXIII. No. 98.

[2] Spanh. de Præst. Num. Tom. I. p. 95.

[3] Haverc. de vet. Gr. Lit. c. V. p. 236.

[4] Frælich. Tentam. de re Num. p. 385.

[5] Cf. Villoison. Anecd. Græc. Ind. p. 288. Proleg. in Iliad. p. 2. Scalig. ad Euseb. p. 133. Athen. IX. p. 398. b.

[6] Eandem formam aspiratæ exhibent reliquiæ Etruscæ cf. Lanz. Sagg. I. p. 215.

ἡμέρα, ἕτερος, ἕβδομος semper adimit. Sed ea inscriptio eadem inconstantia ξυν nunc cum Chi, nunc sine Chi scribit. Aliquid forsan incuriæ sculptoris tribuendum est, sed non omnia. Apud veteres Latinos eadem erat inconstantia. Nunc enim *Pilipus*, nunc *Chenturiones* et *mehe*[1] scripsere. Nec tamen proclive creditu est pronunciandi rationem tam facile mutari. Paucis post annis aspiratio apud Græcos semper omittebatur, quod quare factum sit haud intelligo. Credo equidem pronuntiationem, quod aspiratam attinebat, haud omnino stabilitam esse. Rem ita se habere apud Latinos satis amplus auctor est Velius Longus[2].

Digamma in nostro libello eandem ubique formam exhibet hodiernæ literæ F simillimam. Legitur in Elea, Petilia, Deliaca, et forsan in altera ex Olympiacis inscriptionibus. Extare quoque videtur in inscriptione semibarbara a Leakio prope Nacoleiam in Asia Minori reperta[3]. Ibi enim legitur FANAKTEI et postea ΙΙΡΟΙΤΑFΟΣ. Episcopus celeberrimus H. Marsh[4] in inscriptione quoque a Gropio exscripta[5] Digamma extare putat.

[1] Lanz. Sagg. I. p. 131. Havercamp. Thes. Mor. p. 264. Bouhier. de Prisc. Gr. et Lat. Litt. §. 41.

[2] Velius Longus apud Putsch. p. 2229. et 2238. Subinde in inscriptionibus recentibus Græcis aspiratio legitur. In lapide a Cockerellio Gerontæ exscripto hæc habemus;

ΠΡΟΦΗΤΗΣΜΟΣΧΙΩΝΗΦΑΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΗΥΔΡΟΦΟΡΟΣΤΡΥΦΩΣΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ.

In alia autem inscriptione eodem loco reperta et a Walpolio publici juris facta (II. p. 578.), semper scribitur ΥΔΡΟΦΟΡΟΣ. Inter vetustiores numerandus est lapis ab Hughesio e Lusierii Museo descriptus.

ΗΕΡΑΚΛΕΙΤΟΣ
ΝΑΥΚΛΕΙΟΣ
ΧΕΡΡΟΝΕΣΙΤΕΣ.

[3] Walpol. Tom. II. p. 207.

[4] Hor. Pelasg. p. 74.

[5] Infra Class. VI. Inscr. I.

Cui ego non assentior. Proculdubio extat in recentioribus quibusdam inscriptionibus infra positis Bœotica dialecto conscriptis.

Quod literam Coph vel Koppa attinet, verissime Eckhelius [1] remotissimo ævo in usu per Græciam esse dicit, a K postea extrusam. In nummis Crotoniacis [2] Syracusanis [3], Corinthiacis [4], et Mycenæis [5] dudum videre eruditi; hodie eandem præ se figuram ferentem in marmoribus atque galeis vident. Vetusti coloni hoc elementum in Italiam proculdubio transtulere; forma etiam paululum immutata in Q manet; nec aliter Quintilianus [6]. "Et Q cujus similis effectus speciesque, nisi quod paullum a nobis obliquatur, Koppa apud Græcos; nunc tandem in numero manet." Est tamen hic quod paullulum turbet; negant enim Gorius et Lanzius literam Q inter antiquas Italiæ linguas inveniri posse [7]; et nonnisi temporibus serioribus usurpatam docent, cujus rei in testimonium verba *Cotidie* et *Cos* profert Lanzius [8]. Quæ tamen haud efficiunt ut sententiam mutem. Imprimis enim in Eugubianis tabulis liquido sæpissime extat Q [9], itemque in alia tabula ejusdem ætatis [10]. Legitur

[1] Eckhel. Doct. Vet. Num. Tom. I. p. 170.

[2] Mionnet. Tom. I. p. 188. Tab. XXXIII. Ephem. Ital. Literat. Tom. XVIII. p. 50. et 51.

[3] Eckhel. I. p. 242. Paruta No. 10. No. 181. (Ser. Argent.) Torremuzz. Inscript. Palerm. p. 72. Mus. Mead. p. 36. M. Ægypt. ad Setum de Bacchan. p. 181.

[4] Clark. Itin. Tom. VI. p. 435. (8vo. ed.)

[5] Wild. Numm. Select. Tab. IX. No. 54.

[6] Quintil. Inst. I. 4. Monente Mazochio (ad Tab. Herac. p. 123.), legendum in hoc loco, "Speciesque τοῦ Koppa apud Græcos, nisi quod paullum a nobis obliquatur, &c."

[7] Lanz. Sagg. I. p. 211.

[8] Lanz. Sagg. I. p. 217.

[9] Gruter. Thes. p. CXLIII. Lanz. Sagg. II. p. 755.

[10] Gruter. Thes. p. CXLV.

quoque in lamina Etrusca (manifesto non alia vi quam simplex K) apud ipsum Lanzium[1]. Nec ego in Grammaticis quos ille advocat aliquid videó cujus ope suam sententiam stabiliat. Ii certe omnes magis contrariam in partem ire videntur, *quum*, *quoi* proferentes ab antiquis usitata pro *cum*, *cui*. Sed, ut vere loquar, hæc omnia nauci sunt; quos enim Grammatici illi *antiquos* appellant, nulla nobis de iis est disputatio, Ennium dico, Plautum, et alios priscos auctores. Nos ad ea tempora respicimus ubi nulli forsan auctores nisi marmorum sculptores extiterunt. Quod vim literæ ϙ apud Græcos attinet, haud dubium est quin eadem huic literæ ac recentiori K fuerit[2]. Videmus enim in galea Olympiaca ϙOPINΘOΘEN, in nummis, ΣYPAϙOΣION &c. Quod tamen jure mireris, in lapide Wrayiano cum ϙ tum K in eodem verbo ϒYϙOΔOPKAΣ legitur. Animadverti profecto vocalem O hoc elementum plerumque sequi. Sed verissime de vi literæ Q apud Latinos Priscianus[3], cujus verba, me judice, ad Græcum Koppa transferri possunt. "K enim et Q, quamvis figura et nomine videantur aliquam habere differentiam, cum C tamen eandem in sono vocum continent potestatem—Q propter nihil aliud scribenda videtur esse, nisi ut ostendat sequens U ante alteram vocalem in eadem syllaba positum perdere vim literæ in metro.

1 Lanz. Sagg. II. p. 649.

2 Torremuzz. Inscript. Palerm. p. 72. "Pria di essere stata aggiunta al Greco alfabeto la lettera K, questa figura (ϙ) dalla quale i Latini pigliarono la lettera Q, ne sosteneva le veci e la potesta." Cf. Fund. Sicil. et objac. Insul. Inscr. Proleg. p. XL. Wachter. Archæolog. Nummar. c. VIII. p. 96. Havercamp. Dissert. de Veter. Græc. Script. c. X.

3 Priscian. apud Putsch. p. 543. (X). Cf. Herm. de Rat. Em. Gr. Gram. I. c. XII. Fisch. ad Well. I. 145.

Quod si alia ideo litera est existimanda Q quam C, debet G quoque, cum similiter præponitur U amittenti vim literæ, alia putari, et alia cum id non facit; dicimus enim ANGUIS sicuti QUIS et AUGUR sicuti CUR."

Quo tempore in Alphabetum Græcum Z irrepserit dicere nequeo. Comparet certe in galea Olympiaca nunc apud virum illustrem B. Frere asservata [1], et (id quod ex aliis literis in eo incisis satis constat) summa ex vetustate nobis tradita. Eadem prope forma, linea superiori paullulum producta, usque ad recentiora tempora duravit, et obvia est haud raro [2]. Fallitur autem Maffeius [3] cum hac eadem forma literam Ξ nunquam significari dicit; manifesto enim pro illa litera ponitur in averso Deliaci marmoris latere [4]. Recte ergo hanc inter formas literæ Ξ edidere Eckhelius et Mionnetius [5]. Hanc literam binarum nexum esse sed vetustiorem aliis ejusdem farinæ (nempe Ξ et Ψ) statuit post alios Knightius [6].

Pergo ad eas literas quæ semper in alphabeto Græco fuere. Multa sunt quæ ostendunt formam C pro Gamma antiquissimam esse. Legitur in nummis pervetustis, Gelanis [7],

[1] Infra Class. II. Inscr. III.

[2] Cf. Burmann. ad calc. D'Orvill. Sicul. p. 391. Montfauc. Pal. Gr. p. 142. Haverc. de Lit. Gr. p. 249. 256. Lieb. Goth. Numar. p. 179. Chishull. ad Inscr. Sig. p. 23. Num. Clazom. apud Mionnet. Tom. III. p. 64. Tab. XLVI. No. 6. et 7. Num. Smyrn. apud Beger. Thes. Br. Tom. I. p. 496. et Num. Cyzic. apud Burman. ubi supra.

[3] Maff. Veron. Illust. Pars III. c. VII. p. 233. Eodem nomine reprehendendus venit Schlægerus in Comm. de Num. Alex. p. 57.

[4] Stuart. Antiq. Tom. III. p. 58. Infra Class. II. Inscript. II.

[5] Eckhel. Doct. N. V. Tom. I. p. CI. et Tab. I. Sæpe occurrit in Alexandri M. nummis. Cf. Mionn. Tom. I. No. 554. Tab. LXX. No. 5.

[6] Knight. Proleg. ad Hom. §. CLVI.

[7] ΑΛΞΟ sæpissime in his nummis occurrit. Cf. Eckhel. I. p. 209. 225. 234. et in Proleg. n. XCVIII. Mionnet. I. p. 236. Torremuzza.

Rheginis [1], Segestæis [2], Agrigentinis [3], Morgantinis [4]. Nec alia quævis forma extat in alphabetis Latinis vetustissimis. Inde nota illa ACNVS, CABINVS [5]. Scaurus quidem diserte testatur in XII tabulis scriptum esse NI PACUNT pro PAGUNT, et eandem formam se vidisse testatur in fœdere Græco aliquando in Cæsaris portis extanti [6]. Nec dubium est quin poculum illud quod infra ponitur, quo scribitur ACAMEMNON, ex ima vetustate ad nos usque descenderit. Novam esse literam G notat Diomedes, "in cujus locum" inquit "C solebat apponi [7]," et G omnibus vetustis Italiæ linguis deesse testantur Gorius et Lanzius [8]. Et profecto de vetustissima Græcorum lingua quærentibus nulla dux tutior est quam vetustas Latina. Nec ego formam illam < (quam, ut supra dixi, postea versis, non mutatis, lineis per Λ et denique per Γ scripsere Græci) novam quandam figuram esse credo; cum autem sculptoribus lineas rectas quam circulares (id quoque quod supra dixi) efficere facilius sit, veterem

Ant. Iscriz. di Palerm. p. 72. et Sic. objac. Insul. Inscript. Prol. XXXVI. Paruta 1, 2, 3. 9. 11. 13. 17. Burmann. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 350. et 396.

[1] Mionnet. Tom. I. p. 199.

[2] Eckhel. I. p. 234. Mionnet. Tom. I. p. 282.

[3] Mionnet. I. p. 212.

[4] Torremuzz. Sic. Num. Vet. Tab. LI. 4. Mionnet. Tom. I. p. 260.

[5] Cf. Salmas. de Hellen. p. 86. Montfauc. Pal. Gr. Lib. II. c. 3. p. 117. Bouhier. ad calc. Montf. ibid. §. 40. p. 563. Zachar. Instit. Antiquario. Lapid. II. c. 11. p. 323.

[6] Scaurus apud Putsch. p. 2253.

[7] Diomed. apud Putsch. p. 418. A Spurio Carvilio inductam esse G literam auctor est Plutarchus Quest. Rom. II. p. 277. D.

[8] Lanzi. Sagg. I. p. 210. et 247. et ibi Not. Multa exempla usus literæ C ubi hodie G scribitur suppeditat inscriptio Duiliana modo ei fidem habeamus. Cf. Lanz. I. p. 143. Burgess. ad Dawes. M. C. p. 429. Sed inscriptionem Duilianam commentitiam esse putat Maffeius, magnus in hac re auctor. Videsis Art. Crit. Lap. III. 2. p. 179.

ϛ per < imitati sunt. Quomodo vel quo tempore effectum sit apud Latinos, ut hæc litera, vi propria amissa, in locum elementi K partim (partim elementi S?) succederet, minime intelligo. In tabulis Eugubianis certe C vim Græcæ K habet, et liquido ibi extat litera G. Quod tamen in lingua Latina non nisi multo postea effectum est, si Diomedi et adhuc amplioribus testibus adhibenda fides. Notandum est Knightium[1] primam formam hujusce literæ rectam esse lineam ı putare. Ita quidem, ut ille vere, in tabula Petiliana scribitur. Ex hac linea paullulum curvata factam esse sequentem formam statuit vir cel. Eadem forma in nummo quodam Agrigentino occurrit[2].

Delta vix dubium quin imprimis eodem modo quo hodie efficeretur (D). Hanc formam reperimus in marmoribus Larissæo et Wrayiano; et in Elea tabula atque aliis pervetustis formam huic gemellam sc. ▷; mutatione eodem modo sc. facta quo ϛ in < mutabatur. Latini hic, ut in aliis literis, quam formam in Italiam transtulerant, eam retinuere; unde nos derivantes literarum Græcarum formas antiquissimas habemus.

Literæ I in vetustioribus inscriptionibus aliquando forma omnino a communi diversa reperitur, sc. ξ vel ϟ. Hæc in tabula Petiliana (Class. II. Inscr. XIII.), et galea quadam Olympiaca (Class. II. Inscr. III.) conspicitur, illa in vase Dodwelliano (Class. II. Inscr. VIII.) Prior quoque forma in nummis Poseidoniacis, Siriacis, et Cauloniacis occurrit[3].

Quod elementum Lambda attinet, forma vetustissima

[1] Knight. de Alph. Græc. p. 4.
[2] Mionnet. Tab. XXXIII. No. 79.
[3] Mionnet. Tab. XXXII. No. 19, 21, 25, 44.

⊢ fuisse videtur, quæ in lapide Wrayiano [1], sigillo quodam Naniano [2], et in fragmento inscriptionis metricæ in schedis Fourmontianis [3] conspicitur. Exinde forsan inferiorem partem minuendo paullatim L efficiebatur. Quod me vere dixisse ideo magis credo, quia eodem modo aspirationis notam ⊢ "primo in anguli morem exaratam fuisse sic L, deinde vero rotundam" e Montfauconio discimus [4]. Postea acutiorem angulum lineæ efficiebant (V) et denique, subversa litera, linea brevior paullulum producta est, ut longiorem æquaret (Λ). In duabus inscriptionibus in museo Wiltoniano servatis alia forma reperitur (ϟ); sed titulos istos commentitios esse satis patet.

Quo tempore pro litera Sigma Græci M scripsere, literam Mu hoc modo effinxere ⋀⋁; nec mihi vetustiorem aliquam hujus elementi formam videre contigit.

Literæ O aliquando, ut videtur, forma triangularis erat [5]. Vix fieri potest quin aliquando quoque quadrata fuerit. Nullum autem exemplum in marmoribus pervetustis vidi, si excipias Leakii inscriptiones [6], quarum tamen ætas omnino incerta est. Charactere sæpe cæteris minori O effingitur [7].

Elementum Pi imprimis e lineis recta et curva Ꝑ fingebatur, (ut in galeis apud Leakium [8] et Frerium [9],) quam formam sculptores postea in quadratam Π utpote

[1] Infra Class. II. Inscr. VII.
[2] Infra Class. II. Inscr. XII.
[3] Infra Class. II. Inscr. XI.
[4] Montfauc. Pal. Gr. p. 257.
[5] Cf. Barthel. Act. Acad. Inscr. Tom. XXIII. p. 420.
[6] Class. II. No. XX. 12. Taceo de nummo Amyntæ I. a Maffeio (Art. Crit. Lap. III. 1. p. 60.) advocato; cf. enim Wisc. Mus. Bodl. p. 112. vel Eckhel. D. N. V. II. p. 83.
[7] Cf. Mazoch. Prodrom. ad Tabb. Heracl. Diatr. III. c. 2. p. 126. Paciaud. Mon. Pelop. T. II. p. 261.
[8] Class. I. IV.
[9] Class. II. III.

faciliorem mutabant. Deinde venustati, ut videtur, consulentes alterum latus produxere, ne litera ab una parte claudicaret.

Literæ Rho forma recentior P paullulum ab antiquiori ꟼ deflexit quam Latini in Italiam secum invexere. Ea forma in marmore Wrayiano extat. Sed ego haud dubito (Latinas literas respiciens) quin omnium vetustissima forma fuerit R. Cauda[1] paullatim minuebatur, et postea omnino omissa est. Media quædam forma, cui cauda nec omnis erepta est, nec omnis manet, in nummis quibusdam Agrigentinis conspicitur[2].

Quænam elementi Σ forma vetustissima fuerit, si marmora tantum respiciamus, dictu est difficile. In vase Dodwelliano, marmore Larissæo, et galea Freriana, me judice, pervetustis, forma M vel Ϻ apparet; in tabula Elea, ⋎ et ⋏[3]; in marmore Wrayiano quod item speciem præ se fert summæ vetustatis, Σ; et denique in marmore Sigeo conspicitur S et Ƨ, ea ipsa forma quam luculenter expressit Euripides in Thesei fragmento supra advocato, *βόστρυχός τις εἰλιγμένος*. Et in nummis Messeniacis pervetustis legimus MEƧƧEN., litera S, ut vere Burmannus[4], aliter versa. Osannus[5] quidem nuper S vel M antiquissimam formam esse statuit;

[1] Cf. Burman. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 350. Havercamp. de Vet. Lit. Græc. c. XIV. p. 278. Torremuzz. Inscr. Panorm. p. 73. Villoison. Anecd. Gr. II. p. 168.

[2] Cf. M. Ægypt. ad Sctum de Bacchanal. p. 182.

[3] Cf. quoque nummos quosdam pervetustos apud D'Hancarvill. Tab. XXIV. XXX. 9. Knight. de Alph. Gr. Tab. I. 5.

[4] Cf. Burman. ubi supra p. 296. Tab. Numm. apud Poll. Onom. Tom. II. p. 1126. Parut. Tab. XVI. No. 4, 5. et omnino Villoison. Anecd. Gr. II. p. 166.

[5] Osann. Syll. p. 6.

e quibus ego priorem vetustiorem esse judico, hoc fretus potissimum argumento, nos inter Latinas literas Græcarum vetustissimas formas quærere debere. Forma ϟ[1] in marmore primo Nointeliano (Ol. LXXX. 3.) conspicitur; sed, ut mihi videtur, marmor Wrayianum Nointelianis vetustius est, quare quid de consuetudine Attica statuere debeamus haud patet. Illud notandum est formam C in nullo marmore ante Euclidem inscripto conspici, quamvis Æschrion (judice Ruhnkenio auctor vetustus[2]) apud Tzetzem[3], a Ruhnkenio[4] et Porsono[5] advocatus, hanc formam ita descripserit: *Μήνη τὸ καλὸν οὐρανοῦ νέον Σίγμα.* Nescio an in nummis ante annum A. C. 300[6] reperiatur. Notandum est aliquos putare Euripidem in versu supra citato hanc ipsam formam semi-circularem expressisse, quos merito reprehendunt Casaubonus[7] et Spanhemius[8]. Casaubonus recte multum inter se *καμπὴν* sive hemi-cyclum et *ἕλικα* differre docet. Sed de hac forma omnino consulendus est Villoisonus[9], qui plene rem tractavit. Alia quoque forma in marmoris Sigei inscriptione superiori conspicitur, quam ad efficiendam duo hemi-cycli junguntur, sc. Ɛ, quæ forma in veteri quoque nummo Messeniaco reperitur[10]. Forma

[1] De hac forma cf. Böckh. Ind. Lect. Berol. Hib. 1821.—1822. Minus accurate me judice hanc formam vetustissimam esse judicat.

[2] De ætate Æschrionis Ruhnkenius appellat Jons. de Script. Hist. II. 2. p. 124.

[3] Tzetz. in Comment. MS. in Hermog. in bibl. Leidens.

[4] Ruhnk. ad Longin. §. III. p. 135.

[5] Porson. apud Clark. Itin. Pars II. Tom. III. p. 253. (8vo.)

[6] Torremuzz. Vet. Panorm. Inscr. p. 282. D'Hancarvill. II. p. 193.

[7] Casaub. ad Athen. X. p. 454.

[8] Spanhem. de præstant. et usu numm. p. 54.

[9] Villoison. Anecd. Gr. II. p. 159. sqq.

[10] Cf. Mus. Pembrok. P. 2. T. 21. No. 7. Parut. Tab. XX. p. 2, 3. Burm. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 299.

quadrata Ɛ pervetusta esse dicitur, quippe quam in nummis ante annum A. C. 723. reperiri dicat Hancarvillius[1], cujus tamen auctoritatem in hujusmodi re haud magni facio. Rochettius[2] quoque marmor a Clarkio exscriptum, quod antiquum appellat, advocat. Qui utinam majorem curam in ejusmodi rebus adhibuisset. Nunc enim de nummis A. C. 723. cusis, nunc de marmore manifesto post Romanos Græcia potitos inscripto loquitur, huic tamen æque ac illis quamcunque sibi vindicat auctoritatem vetustas tribuens[3].

De literis rivos antea claudere nequeo, quam inter literas Græcas aut vetustissimas aut saltem pervetustas et hodiernas formas (quas quidem Latini secum a Græcia in Latium invexere) quanta sit similitudo ostendam. En! literas Græcas a monumentis indubiæ fidei et ævi pervetusti haustas.

A B C D E F H I K Λ M N O P Q R S T V X Z.

Jam paucis dicendum est de mutationibus literarum, quas pronunciandi rationi, ut videtur, consulentes in scripturam Græci induxerunt. Euphoniæ, id quod notum est, vel ut verius dicam, pronunciandi facilitati quam maxime studebant; idque, me judice, semper efficere conabantur,

[1] D'Hancarvill. Tom. II. p. 460.

[2] Raoul de la Rochette. Deux Lettres a my Lord Comte d'Aberdeen, p. 19.

[3] Rochette ubi supra. "Cette antique inscription d'Athenes." En! ipsum marmor.

ΑΠΕΙΣΩΝΙΑΝΟΣΔΙΑ
ΤΡΙΠΟƐΑΝΕΘΕƐΑΝ.

Pisonianus proculdubio nomen est Romanum. Nec diphthongo ει pro ι nisi recenti ætate utebantur Græci. Ego autem de lectione inferioris lineæ dubito. ΤΡΙΠΟΣ, ut vere Clarkius, apud Hesychium extat, sed hoc in loco ΤΡΙΠΟΥΣ legi debet; nec ea est marmoris ætas ut O pro ΟΥ positum esse statuere liceat. Forsan legendum ΤΡΙΠΟΔ. Forma Σ in priori linea bis legitur.

ut in transeundo ex altera litera ad alteram aut eadem oris collocatio atque conformatio maneret, aut quam minima mutatio fieret. Exempli gratia, cum N lingualis, quod aiunt, M autem labialis sit litera, N ad finem dictionis ante M in initio sequentis in M mutabant, ne scilicet nova oris collocatione opus esset. Nec aliam propter causam, cum et B et M labiales sint, N autem lingualis, N ante B in M mutabant. Cum autem haud semper effici posset ut nonnisi duæ ejusdem generis literæ concurrerent, id saltem effecere ut duæ quam simillimæ conjungerentur. Si Γ, e. g., ante Λ stet, dum ab illa ad hanc loquendo transeas, haud ullo vel certe minimo linguæ motu opus est; at si K ante Λ collocetur, plane majori. Ergo K in Γ mutabant ita ut, pro Ἐκ λιμένος, Ἐγ λιμένος dicerent. Postea novum scribendi morem intulere, huic pronunciandi rationi accommodatum, cujus infra exempla quædam ponam. Quod tamen antea quam præstem, pauca de literæ N pronunciatione dicenda. Præter proprium sonum, alium quendam huic literæ hodiernos tribuere satis notum est quem *Nasalem* vocant, eum scilicet qui in vocibus Anglicis *English, Anchor* audiatur. Eundem huic elemento apud Latinos contigisse sonum satis e Nigidio Figulo[1] ostendit Barthelemius[2]. Is enim hunc sonum luculenter descripsit, ubi de vocibus *Anchora, Anguis, Increpat, Ingenuus* (cui voci Latini recte durum literæ G sonum tribuerunt) agens, (in illis vocibus) ait "haud verum N sed adulterinum ponitur, nam N non esse,

[1] Apud Aul. Gell. XIX. c. 14.
[2] Mem. de l'Ac. des Inscr. Tom. XLVIII. p. 393.

lingua indicio est, nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret." Ergo in illis vocibus lingua palatum non tetigit. Jam autem *angelus, anchora,* Græca verba sunt Latinis literis expressa. Quis igitur dubitat quin eodem modo hæc verba in utraque lingua efferrentur? Quod si verum sit, sonus hic *Nasalis* literæ Γ ante Γ vel K positæ tribuendus est. Græci ergo, cum N ante Γ vel K vel X staret, eique sonum Nasalem tribuere vellent, in Γ scribendo mutabant[1]. Primum bello Peloponnesiaco aut paullo ante hoc factitasse Atticos

[1] Qui mecum haud consentit, diversa omnino reperiet apud Scalig. ad Euseb. p. 118. H. Stephan. Nouv. Meth. pour la langue Latine p. 713. ed. 1667. Ita de hac re Hermannus de R. E. G. G. I. c. 4. Statuit sc. "esse literæ N finalis duas tantum mutationes, primam ut tanquam M pronuncietur ante literas labiales β, μ, π, φ, ψ; alteram ut in γ abeat ante Gutturales γ, κ, ξ, χ. Ante alias vero consonantes omnes immutata manet literæ N finalis pronunciatio. Ita v. c. hi versus in Hecubæ Euripidis Prologo

ὅς τὴν ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορὶ

sic legendi sunt, veluti si scriptum esset *ἀρίστηγ Χερσονησίαμ πλάκα,* non autem etiam *φιλίππολ λαὸν.*" An recte ultima dixerit vir vere mirandus, tabula insequens ostendet. Postea hæc de eadem re profert. "Sed hæc veteris pronunciationis elegantia recentiori ætate paullatim videtur interiisse. Cujus rei auctorem habemus Dionysium Halicarnassensem. Is enim (Dionys. de Struct. Orat. c. XXII. p. 128. ed. Upton.) de Pindari versu *ἐπί τε κλυτὰν πέμπετε χάριν* hæc scribit, *πάλιν τῷ "κλυτὰν" προσηγορικῷ τὸ "πέμπετε" ρηματικὸν ἐπικείμενον οὐκ ἔχει συνωδὸν οὐδ' εὐκέραστον τὸν ἦχον· ἀλλ' ἀνάγκη στηριχθῆναι τὸ ν, καὶ πιεσθέντος ἱκανῶς τούτου ἀκουστὸν γενέσθαι τὸ π. οὐ γὰρ ὑποτάκτικον τῷ ν τὸ π· τούτου δὲ αἴτιος ὁ τοῦ στόματος σχηματισμός, οὔτε κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον οὔτε τῷ αὔτῳ τρόπῳ τῶν γραμμάτων ἐκφέρων ἑκάτερον τὸ π καὶ τὸ ν.* Eodem modo p. 196. de proœmio Thucydidis scribit." Sed mox (Lib. I. c. 12.) de pronunciatione Gamma ante Gamma. "In *ἐγγὺς, ἐγγεγάασι* et aliis similibus verbis dubitari non potest quin istæ literæ ut ng pronunciari debeant; *κὰγ γόνυ* autem sonabit gg, eadem comparatione, qua *τθ, πφ, κχ,* ut th th, ff ch ch pronunciantur." Ubi mentem viri magni haud omnino capio.

existimo, cum multæ res illos tunc temporis Orthographiæ et Orthoepeiæ incubuisse doceant. Postea autem, quod scribendi morem attinet, omnia mutata sunt. Recentiores enim, ut Γ pronunciandum ac si N nasalis esset ostenderent, in N mutabant; ita ut in marmoribus recentioribus *ἐντυνχάνωσι, ἀνανκαίαν* scripta videamus [1]. Vereor ut sequens tabula omnes literarum mutationes ante Lectorum oculos statuat. Quantum tamen in me esset effeci ne aliquid deesset. Quæ mutationes litera R notantur, eas e marmoribus post Euclidem inscriptis hausi.

I. Gamma pro Kappa.

(1). Ante Beta.

ἐγ Βενδιδείων Böckh. Tab. II. Inscr. VIII. Tom. II. p. 255.

(2). Ante Gamma.

R. *ἐγ γάμων* Walpole II. 59.

ὀγ Γέλων. Chandl. II. 4. 1. l. 33. (Olymp. 95.)

(3). Ante Delta.

R. *ἐγδικάξομαι.* Tabb. Herac. I. l. 49. II. l. 81.

[1] Cf. Burman. Syll. Vet. Inscr. ad calc. D'Orvill. Sic. p. 572. D'Orvill. ad Charit. p. 194. Montfauc. Palæog. Gr. p. 165. Fischerus nonnulla de hac re habet. (ad Vell. p. 231.) $\overline{N}$ non $\overline{\gamma}$ ante literas palatinas cum in titulis tum in libris MS. expressam reperiri notat (Marm. Ox. XXVI. 1. III. 54.) quamvis in aliis titulis $\overline{\gamma}$ pro $\overline{\nu}$ ante easdem literas etiam in diversis vocabulis legatur; unde colligit vir cl. vetustos Græcos ante literas palatinas, pro litera $\overline{\nu}$ literam $\overline{\gamma}$, *nativo sonu relicto*, posuisse. "Nam si pronuntiassent" ait vir cl. "ut literam $\overline{\nu}$, quid hac literarum commutatione opus esset?" Posteriorum autem temporum Græcos literam ν mutatam retinuisse, et postea recentiores veterem scripturam et pronunciationem revocasse putat. Quorum omnium in fidem Priscianum advocat vetustissimos Romanos *Agchises, agceps, agcora,* scripsisse docentem.

ἐγδεἰξαντο. Chish. Antiq. p. 106. l. 13.
ἐγ δὲ Marm. Ox. I. l. 21.

(4). Ante Lambda.

ἐγ λιμένος. Class. III. Sect. II. Inscr. VII.

R. ἐγ Λυκωρεῖας Marm. Ox. I. l. 27.
ἐγλέγειμ (ἐκλέγειν) Chandl. II. 108.

(5). Ante Mu.

ἐγ Μυριννούττης Montfauc. Pal. Gr. II. cap. 5. (Tiberio imp.)

II. Gamma pro Nu [1].

Cf. Viscont. ad Herod. Triop. p. 98.

(1). Ante Gamma.

R. τὴγ γραφὴν Marm. Ox. II. l. 47.
ἀγ γινηται Chandl. I. 22.

(2). Ante Kappa.

ἐγ κύκλῳ. Class. III. Sect. I. Inscr. VIII. l. 41. 67.
Sed in eodem marmore videmus τὴν κρηπῖδα, l. 67.
Cf. Barthel. Mem. de l'Acad. des Inscript. Tom. XLVIII. p. 392.

R. Ἐνεκεγ καὶ / τὴμ βούληγ καὶ } Marm. Elg. 232.
καλὸγ κἀγαθὸν Inscr. apud Koen. ad Greg. de Dial. Æol. §. 4.

[1] Maittairius in Ind. ad Marm. Ox. p. 615. recentiora loca collegit ubi γ pro ν, ante γ, κ, χ, et pro κ, ante δ, λ, μ, ponitur.

(3). Ante Chi.

ἱερῶγ χρημάτων. Class. III. Sect. I. Inscr. VI. l. 2.

R. *τὸγ χρόνον*. Marm. Ox. II. 16. Cf. Chandl. I. 37.

III. Lambda pro Nu.

(3). Ante Lambda.

τῶλ λογιστῶν } Class. III. Sect. I. Inscr. V.
τὸλ λόγον }

IV. Mu pro Nu[1].

(1). Ante Beta.

τὸμ βωμὸν. Class. III. Sect. I. Inscr. VIII. l. 79.

Sed Κλεόνβροτος in marmore Nointeliano Class. III. Sect. I. Inscr. I.

Hæc permutatio vulgaris est.

R. *τὸμ βωμὸν* Inscr. apud Mus. Veron. p. XI. No. 27. l. 4. et passim.

ἐμ βουλευτηρίῳ. Inscr. Ath. apud Biag. de Decr. Athen. Proleg. p. xxv. Sed in eodem decreto Συνπρόεδροι. Cf. Chish. Antiq. Asiat. p. 53. Gruter. ccxvi. Mazoch. in Lexico Heracl. voce *ἐμ μέσῳ*, Marm. Oxon. p. 1.

(2). Ante Mu.

τὴμ Μυσίαν. Class. III. Sect. II. Inscr. XIII.

R. Ἑκατὸμ μὲν Mus. Veron. p. XI. No. 27.

ἐμ μὲν Tab. Heracl. I. (fr. Brit.) l. 4.

ἐμ μέσῳ——II. 24.

ἐμ Μαγνησίᾳ Marm. Ox. XL. l. 14.

[1] Cf. Maitt. Ind. ad Marm. Ox. p. 638.

(3). Ante Pi.

μὲμ πόλις } Class. III.
ἐμ προμάχοις } Sect. I.
εὐ πόλεμομ μαρνάμενοι } Inscr. IV.

λειομ περίχρυσον. Class. III. Sect. I. Inscr. III.

ἐμ Ποτιδαίᾳ. Class. III. Sect. I. Inscr. I.

τὴμ προστάσιν } Class. III.
τὴμ πρὸς } Sect. I. Inscr. VIII.

ἔαμ που } Class. III.
ὅταμ περ } Sect. I.
ἐμ πόλει } Inscr. V.

ἐμ πόλει. Class. IV. Sect. II. Inscr. V.

Sed in eodem marmore ἐπειδὰν πράθῃ et ejusmodi alia.

Hæc permutatio passim occurrit.

R. τὴμ πόλιν. Mus. Veron. p. XI. No. 27.

——— Chandl. II. 11.

ἔστιμ περὶ. Chandl. II. 108.

(4). Ante Phi.

μὲμ φσυχὰς. Class. III. Sect. I. Inscr. IV.

τὸμ φόρον. Class. III. Sect. II. Inscr. VIII. l. 15.

R. τὴμ φιλίαν. Marm. Ox. XL. l. 15.

ἐμ φάρεσι. Chandl. I. 37.

V. Sigma pro Nu.

(1). Ante Sigma.

Ἐσ Σάμοι. Class. III. Sect. I. Inscr. VI.

Ἐσ Σίγγοι. Class. III. Sect. I. Inscr. III. 1.

R. Ἐσ Σιδῶνι. Chandl. Marm. Ox. II. 24. p. 31.

Jam forsan alia quædam de Græco scribendi more adnotare a re haud aberit.

Reduplicatio literarum apud antiquos Græcos, ut videtur, vix erat in usu. In Elea illa Rhetra *ἀλάλοις, γράμενος*, in marmore Larissæo *Ἰπομέδων*, in Sigeo *Προκονεσίο* videmus. De qua re ita Knightius.[1] "Ars scribendi, dum rara adhuc erat et a paucis atque iis haud e trivio homunculis, intellecta, non pro vulgi captu exercebatur; sed eorum qui ea scientia præditi erant ut quæ manca et trunca essent facile suppleri possent. Qui scribebant itaque, brevitati indulgebant, et literas singulas pro binis, et duplici potestate præditis tantum non in omnibus adhibuerunt." In tali re a Knightio nunquam nisi invitus discedo; sed literæ ejusdem repetitio, quo syllabæ scilicet vis sua atque robur tribuatur, ætatem recentiorem et magis excultam mihi redolere videtur; nec veri est simile marmora cum ad rempublicam spectantia, tum in publicis locis posita, ut ab omnibus spectarentur, ita esse inscripta ut nemo nisi qui conditioris esset doctrinæ, vel legere vel intelligere posset. Sed, ut fit, homines nunquam modum servant, et Græci, qui imprimis paucioribus, postea pluribus quam oportuerit literis utebantur. Unde *Τελέσστας*[2], *Ἀρισστόδαμος*[3], *Ἀσσκληπίοδωρος*[4], *Ἀρισστογείτων*[5], *Ἀρισστοφάνης*[6], *ἐσστιν*[7] in marmoribus extant[8]. Quod tamen nescio an in ulla litera præter Σ fiat.

[1] Knight. Proleg. ad Homer. CLXXIII.

[2] Class. II. Inscr. VII.

[3] Inscriptio MS. apud Fourmontium.

[4] Marm. Elg. 169.

[5] Class. II. Inscr. XIX.

[6] Class. II. Num. XX. 5.

[7] Inscr. apud Walpol. in Eph. Class. IV. p. 456.

[8] Cf. Böckh. Ind. Lect. Hib. 1821—1822. p. 5.

Jam vero Lectores monendi sunt Græcos in quibusdam rebus veterem scribendi morem diu retinuisse. Dativos sc. primæ declinationis et adverbia ab iis derivata diu post longas vocales invectas per ΕΙ scribebant [1].

Elg. Marm. 234. ΕΜ ΜΥΡΙΝΕΙ
ΠΑΡΑ ΤΕΙ ΘΕΩΙ

Elg. Marm. 181. ΑΓΑΘΕΙ ΤΥΧΕΙ.

Quorum in neutro marmorum veteris scripturæ aliud quicquid vestigium manet. Hunc morem diutissime in iis verbis Græci servabant quæ in consultis decretisque solenniter occurrebant. Hinc ΑΓΑΘΕΙ ΤΥΧΕΙ, ΤΕΙ ΒΟΥΛΑΙ et similia in recentibus marmoribus licet animadvertas. Quod Græcos fecisse putat Taylorus [2], "per incuriam aut memoria lapsos." Ego magis fecisse puto, ne vetustos et jam diu usitatos scribendi modos temere mutarent [3]. Eodem modo in nummis Atheniensibus recentis ævi ΑΘΕ. [4] scriptum videmus, quamvis in illis ipsis nummis longæ vocales usurpentur. Nummum quidem quendam memorat Eckhelius in literis notatum cui nomen Mithridatis VI inscribitur. Quare hic nummus ante U. C. 667. i. e. A. C. 86. cusus esse nequit [5]. Vere

[1] Cf. Biag. de Decret. Athen. Proleg. XXII. (Rom. 1785.)

[2] Tayl. ad Marm. Sandv. p. 6.

[3] Mecum consentire videtur Osannus Syll. p. 114. Si exempla quærantur cf. Gruter. p. CCCIV. Montfauc. Diar. Ital. p. 43. 72. Append. ad Marm. Oxon. (ed. Maitt.) p. 2. Elgin. Marm. 178. 181. 234. Dodwell. Itin. I. p. 372. II. p. 518. Walpol. II. p. 507.

[4] Eckhel. Doct. Num. Vet. II. p. 210. et 212.

[5] Eckhel. ubi supra et p. 219. Me valde turbant literæ in multis Thebanorum nummis extantes ΘΕ ΒΗ quam scripturam hybrida vocat Eckhelius II. p. 202. sed postrema litera, me judice, ad priores haud pertinet. Satis enim per se esset ΘΕΒ. nec video quid ΘΕΒΗ significare possit. Ævo certe vetustissimo urbs Θήβαι pluraliter appellabatur.

ergo Maffeius[1]. "Nimirum nummi, æva, marmora, vetustatis vestigia veluti solennes quasdam formulas diu retinuerunt."

Nescio an aliquid magis mirandum veniat quam magna ea inconstantia quæ per omnes inscriptiones Græcas comparet. Aspirationem eidem verbo in eodem marmore nunc addunt, nunc adimunt, id quod supra notavi; præpositionem ξυν nunc litera χ ornant, nunc privant. In inscriptione apud Chandlerum[2] videmus τὸν Πειραίων, et τὸμ Πειραιέων; in inscriptione apud Comitem de Guilford Περσεφόνει, πρώτει, quamvis alii omnes dativi per HI scribantur; in marmore apud Turnerum[3] Iota aliquando plenum adscribitur (THI) aliquando dimidiatur (TH') aliquando omnino adimitur, (TH ΑΘΗΝΑ ΙΛΙΑ.) Eadem levitas in N paragogico vel inserendo vel negligendo conspicitur. In inscriptionibus Classis tertiæ, nunc ἐγραμμάτενε ἐν, ξυνάρχουσι ἐν, nunc ἐγραμμάτενεν ἐν; nunc ταμίασιν οἷς, nunc ταμίασι οἷς videmus. Apud paullo recentiores magis valuit, ut videtur, N paragogici usus[4]. Eodem modo punctis nunc duobus[5] nunc tribus[6], nunc ad verba secernenda[6], nunc ad sententiarum clausulas magis distinguendas utuntur. Attamen in una re sibi quantum ego sciam semper constant. Præpositionem a regimine suo, nomen ab articulo hæc puncta nunquam secernunt. Eadem quoque ætate hæc puncta nunc ad-

[1] Maff. Art. Crit. Lapid. apud Donat. Lib. III. c. 11. Can. II. p. 69.

[2] Chandler. II. 108.

[3] Turner. Itinerar. Tom. III. p. 236.

[4] Chandl. II. 108. ἔστιμ περὶ. et cf. eund. II. 6.

[5] Cf. Eleam. Rhetram. Cl. II. 1. et vas Burgonianum Cl. I. 2.

[6] Cf. Marmor Sigeum Cl. I. 1. et marmor Nointelianum Class. III. Sect. I. Inscr. I.

mittunt, nunc omittunt. Illud sc. in lapide Choiseuliano, hoc in multis ex Elginianis marmoribus eodem fere tempore sculptis licet animadvertas [1]. Haud a re aberit, si hic punctum unum in medio circulo literarum O et Ϙ in antiquissimis inscriptionibus [2] aliquando poni notem. Quod quoque Eckhelius in pervetustis nummis observavit [3].

In marmore quodam post Euclidem scripto (Mus. Cat. No. 233.) hæc puncta vocum abbreviandarum caussa usurpari [4] video. Ita enim ibi scribitur:

Καλλιμέδων Καλλικράτους Κολλ: sc. Κολλυτεὺς
Τελεσικλῆς Καλλίου Ἀραφ: sc. Ἀραφήνιος
Κηφισοδώρου Ἀθμο: sc. Ἀθμονέως.

In hoc marmore nullum Romani nominis vestigium extat. Postea vero, ut recte Maffeius [4], "a Romanis [5] hujus usus crebritatem arripuere Græci," cum verborum mutationes antea raro inducere consueverint. Verissime enim idem vir doctissimus [6]; "usus obtruncandi verba, cum æra aut marmora scalpris inscriberentur, dictionesque vel per paucas literas significandi magis quam Græcus, Latinus est. Id moris antiquissimos Græcorum vix habuisse, veterrima eorum monumenta testantur. Neque hominum, neque tribuum nomina uspiam decur-

[1] De usu interpunctionis antiquæ cf. Aristot. Rhet. III. c. 5. et Poet. c. 25. Plura dabit Montfauconius Palæog. p. 31. Villoison. Anecd. Gr. II. p. 135. sqq.

[2] Cf. Class. II. 7. Si Dodwellii apographo fides habenda sit cf. quoque Class. I. 2.

[3] Eckhel. Doct. N. V. I. Proleg. c. CI.

[4] Maff. Gr. Sigl. Lapid. (Veron. 1745.) Proem. p. 41.

[5] Exempla videsis apud Spon. Inscr. Antiq. ad calc. Itin. Tom. II. p. 425. (ed. 1678.)

[6] Maff. Gr. Sigl. Lapid. Proem. p. 1.

tata apparent in omnium vetustissimis quas Regia nostra Parisiensis possidet Academia marmoreis tabulis Peloponnesiaci belli tempore[1] insculptis; duo tantum officia eorum altera profert extremis literis mutilata. Compendium habetur nullum in Theatralibus, ab illa ætate haud longe dissitis, inscriptionibus quinque quas Cyriacus Anconitanus civis[2] in Græcia vidit et exscripsit, viditque pariter, atque iterum retulit Sponius[3] quibusque persimilem *πίνακα τῆς νίκης* dicavit Themistocles, et Plutarchus affert. Nulla fere visitur compendiaria scribendi ratio in Antiquitatibus Asiaticis, quas magno rei literariæ incremento, Edmundus Chishull. docte collegit, vulgavitque; de iis intelligas quæ Cæsaris ac triumvirorum tempora antevertunt. Nihil hujuscemodi continet Spartana Musei nostri inscriptio amplissima Ephoros Phœbotelem et collegas præ se ferens. Ipsæ numerales notæ in veterrimis Græcorum lapidibus raro occurrunt. Donariorum recensio quæ Apollini Didymeo Seleucus Callinicus[4] miserat, perpetuis numeris constat, sed expansis, et per literarum consequentiam explanatis. Idem dicas de consimili monumento quod Regis Prusiæ nomen nobilitat. Inter remoto admodum ævo conscripta Oxoniensis tantum Epocharum enumeratio annos omnes Atticis designat notis. Nec habuisse videntur Græci speciale nomen quo singularias connotarent, Plutarchus enim, ut significaret Marcum Tullium votivæ tabulæ per M. T. se conscripsisse, sic loquitur; *τὰ πρῶτα τῶν δύο ὀνομάτων ἐπέγραψε, primas duorum nominum literas inscripsit.*"

[1] Debuit vir clariss. "paullo ante belli Peloponnesiaci tempora."

[2] Cyriac. p. 9, 10.

[3] Spon. Tom. III. p. 21. 109. 214.

[4] Chish. Ant. As. p. 69. Ionian Antiquities, p. 39. (ed. 2.)

Hæc Maffeius, quem, si recte loci sensum colligo, hoc velle puto, nullos sc. e vetustioribus Græcis præter Atticos, numerales notas usurpâsse. Quod tamen haud veri simile puto; id enim quod Attici vetusti vulgo usurpabant, quidni alii Græci usurparent. Jam autem de Atticis res satis patet, cum Herodianus[1] in Solonis legibus mulctas hujusmodi notis significatas esse atque easdem in multis columnis atque inscriptionibus se vidisse testetur, et in marmoribus hodie extantibus quivis videre possit. Cum hæ quidem numerales notæ sæpius in inscriptionibus a me editis occurrant, Lectorum gratia tabulas quasdam haud inutiles futuras apponam.

Notæ Numerales Græcorum[2].	Notæ Pecuniariæ.
I.....I[3]	Σ..... .....Stater[4].
II..... II	Τ.....Talentum.
&c.....&c.	𐅄[5].....V Talenta.
V.....Π (Πέντε)	𐅅.....X Talenta.
VI.....ΓΙ	𐅆.....L Talenta.
&c.....&c.	𐅇.....C Talenta.

[1] Herodian. apud Stephan. Append. Thes. Ling. Gr. p. 204.

[2] Has notas accurate descripsit Herodianus ubi supra, et Priscianus, p. 1345. Grammaticos Latinos quoque advocavit Taylorus ad Marm. Sandv. p. 23.

[3] Græci numeros, ut patet, prima semper nominis litera, quo significantur, notabant. Cf. Vel. Long. de Orthog. p. 2217. et Priscian. p. 1345. Quidnam ergo nota illa I significat? Priscianus Ἰα pro μία dixisse Græcos docet. Taylorus vocem Ἰς (i. e. unus) memorat. Nec aliter Seldenus ad Marm. Arund. p. 103. ed. Maitt. Sed ἴα, teste Stephano, ab ἴος deducitur. Cf. Fisch. ad Well. II. p. 67. 155. Voss. ad Hesych. in voce. Buttm. Griech. Sprachl. p. 96. 281.

[4] Cf. Hessel. in Præf. Gud. Inscr. p. XI. Böckh. Tom. II. p. 187.

[5] Cf. tabulam apud Barthelem. Acad. Inscr. Tom. XLVIII. p. 337. Böckh. II. pp. 165. 191.

X. . . . . Δ (Δέκα)
XI. . . . . ΔI
&c. . . . . &c.
XX. . . . . ΔΔ
&c. . . . . &c.
L. . . . . ⋀
LX. . . . . ⋀Δ
&c. . . . . &c.
C. . . . . H (Ηέκατον)[1]
C. . . . . HH
&c. . . . . &c.
D. . . . . ⌈H
DC. . . . . ⌈HH
&c. . . . . &c.
M. . . . . X (Χίλιοι)
ⅠↃↃ. . . . . ⋈
CCIↃↃ. . . . . M (Μύριοι)

Has omnes notas breviter exprimunt versus quidem a Prisciano[5] advocati.

Χίλια Χ πέλεται, καὶ Πεῖ μέσον Ἥτα φέροντος
Ἥμισυ τῶν ἐφάμην. Ἑκατον δ' ἄρα Ἥτα πέλονται.
Δέλτα δὲ τεμνομένοιο μέσον καὶ Πεῖ φορέοντος
Πεντήκοντ' ἀριθμοῦ σημῆια, καὶ Δέκα Δέλτα.
Πεῖ δ' ἄρα Πέντε πέλει καθαρὸν, καὶ Ἰῶτα ἓν ἐστιν.

Ⱶ.	Drachma.
I, O.	Obolus.
( ), H.	½ Ob.

Græci vulgo Drachmis in computando utebantur. X ergo mille Drachmas valet H centum Drachmas, si de pecunia agitur[4].

[1] Cf. Salmas. de Hellenistic. p. 70. Vel. Long. de Orthog. apud Putsch. p. 2217.
[2] Böckh. Tom. II. p. 379.
[3] (et) revera dimidiæ partes sunt literæ O, quæ obolum valuit, prout T Talentum; H pro HEMIOBOΛON esse videtur. Cf. Böckh. Tom. II. pp. 165. 379.
[4] Cf. Taylor. Marm. Sandv. pp. 29, 30. Böckh. I. 17.
[5] Priscian. p. 1345.

Notandum est easdem notas haud ubique valuisse, quamvis eodem modo omnes semper formarentur. Antiquam formam elementi X, Ψ esse supra docuimus. Hac forma si utamur, Χίλιοι haud X esset, sed Ψ, πεντακισχίλιοι haud 𐅅, sed 𐅆; et hæ ipsæ formæ in inscriptione quadam Orchomenia hodie extant[1]. In ea quoque inscriptione, pro prima litera, ut videtur, aliquando duabus prioribus literis usus est sculptor nominis quo significabantur numeri, ita ut pro ἑκατον haud H sed 𐅄 diceret[2]; unde quoque pro numero πεντακόσιοι ponitur haud 𐅃 ut alibi, sed 𐅃𐅄. In omnibus quæ vidi apographis extat pluries quoque nota 𐅂 pro πεντήκοντα, ut videtur; sed cum in uno loco reperiantur quædam vestigia solitæ formæ 𐅁, pro ΓΕ Böckhius 𐅄 ubique reponi jubet. Quod nescio an facere contra omnium Apographorum fidem debeamus[3].

Oblitus sum, dum de vocalibus agerem, monere vocalem υ subinde pro υι poni. Hujus usus marmor quoddam Elginianum præbet exemplum[4];

ΑΡΙΣΤΟΦΩΣΗΣ
ΤΗΣΜΗΤΡΟΣΤΗΣ
ΑΜΦΗΝΟΡΟΣΚΑΙ
ΔΙΟΓΝΗΤΟ: ΚΑΙ
ΘΥΜΙΛΟ: ΚΑΙΤΟ

[1] Class. IV. Inscr. I. 1, 2.

[2] Quid sibi velit Osannus, notam 𐅄, HEKONTA valere dicens, prorsus nescio, nec quid sit ἑκοντα augurari possum.

[3] Hos numeros ita legit Böckhius (II. p. 378, 379.)
1. M𐅆Ψ𐅄𐅁▷III i. e. 16163. Dr.
2. 𐅆𐅃𐅄𐅄𐅄▷▷IIIOH i. e. 5823. Dr. 1½ Ob.

[4] An Athenæus hunc usum respexerit, (XI. p. 466. F.) inter Criticos ambigitur. Plura exempla dabunt. Gruterus CLXXIII. CCCIV. Chandlerus p. 52. Inscr. XV. Montfauconius apud Maff. de Art. Crit. Lapid. p. 142. Walpol. II. p. 578.

ΘΥΜΙΛΟ:ΥΟ
ΝΑΥΚΛΟ:ΚΑΙ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΣ
ΤΟ:ΥΟ:ΤΟΑΜΦΗ
ΝΟΡΟΣ
ΘΡΑΣΥΚΛΕΟΣ.

An hoc ante Euclidem fieret, nescio, sed hoc marmor haud dudum post ejus tempora exaratum est, cum in eo O vicem diphthongi OY sustineat, quod in marmore Sandvicensi Lector animadvertet. Ejusdem fere ætatis est marmor quod Hughesius e Lusierii Museo exscripsit,

ΚΛΕΟΔΗΜΟ....
ΤΟΑΡΙΣΤΟΓ...
ΓΓΟ ΘΑΣΙΟ...
ΟΜ ΗΡΟ.

Quod operis distributionem atque inscriptionum ordinem attinet, quæcunque *βουστροφηδόν* scribuntur, eas quamvis diversarum proculdubio ætatum commodius putavi in unam classem per se relegare. Secunda classis inscriptiones omnes, quibus forma literarum ab Atticis diversa est, comprehendit. Atticis autem literis inscripta marmora, quæ tertiam classem efficiunt, in duas sectiones divisi, quarum in altera continentur inscriptiones, quæ quo fere tempore scripta sint, satis pateat; alteram eas comprehendentem de quarum tempore nihil accurate statui potest. Quarta classis inscriptiones continet, quæ, quamvis in iis Digamma extet, in prioribus classibus utpote paullo serioris ætatis haud comprehenduntur, omitti vero in Sylloge in usum rei Palæographicæ studiosorum facta plane nequeunt. Hæ fere in dialectis vel Dorica vel Bœotica scribuntur quare in eodem loco alias quasdam

ejusdem farinæ in quibus autem Digamma non occurrat apposui. Quinta duas tresve inscriptiones tantum habet haud longo tempore post Euclidem marmori commissas, et propter orthographiam notabiles. Sexta in classe reperiet Lector nonnullas inscriptiones quarum plerasque multi pro genuinis, alii pro spuriis habent. In quo loco commenta ista putida Michaelis Fourmont[1] (quæ hodie præter Rochettium nemo defendit) exscribere haud opus esse duxi. His mecum statueram ut septimam classem adjungerem qua inscriptiones ad Dialectorum cognitionem utiles cum Lectoribus communicarem. Quod quominus efficerem, alia quidem negotia impedivere, præterea quod hujusmodi inscriptiones apud se habere quosdam sciam, quas tamen nec ipsi edunt, nec alii cuivis edendas tradere volunt. Cum ergo septima illa Classis clauda futura esset, hanc incepti partem in aliud tempus differendam puto[2].

[1] Amyclæas inscriptiones dico; minime enim negandum est Fourmontium multas et eximias inscriptiones aut per se, aut per alios exscripsisse. Inter ejus schedas, quas mihi inspiciendas tradidit vir cl. Hasius Lutetiæ anno 1822., plures mihi bene notas (cf. infra pp. 21. 78.) observavi. In p. 113. oblitus sum monere Fourmontium quoque marmor a Clarkio exscriptum et in Mus. Britan. hodie asservatum exscripsisse. Exscripserat quoque marmora quædam alia ibidem hodie asservata e. g. No. 36. in camera tertia, et inter Elginiana No. 237., in quo marmore, Catalogi Mus. Brit. confector, nescio quomodo falsus, *Archigges* nomen legi dicit, quod liquido est *Archippe*. Sed, ut ad Fourmontium redeam, in ejus schedis insunt nonnulla marmorum apographa ab Anglo quodam, ut videtur, confecta, et ex illius schedis aut a Fourmontio, aut ab ejus amicis descripta. Marmorum enim descriptiones sermone haud bene Anglico scriptæ sunt. Inter hæc, marmoris Sigei apographum mendosum vidi. Sed, ut verum loquar, omnia Fourmontii apographa, quæ mihi videre contigit, mendis respersa sunt.

[2] Quod in hoc libello aliqua ex parte præstiti, id haud inutile futurum esse judicat Maffeius ita loquens, (Præf. Mus. Veron. p. VII.) "Quam

Nonnullas inscriptiones haud antea editas in hac sylloge Lector reperiet; plures quas nemo præter Osannum Professorem quendam Jenensem (in Sylloge inscriptionum cujus hodie quatuor fasciculi publici juris facti sunt) et ille quidem mendis respersas edidit. De Osanno autem ipso habeo quod haud immerito querar. Augustus Böckh, vir doctrinæ atque virtutis fama celeberrimus, ex amico meo desideratissimo E. D. Clarke petiverat ut aliquem quæreret qui marmorum Elginianorum apographa in usum Academiæ Berolinensis[1] conficeret. Quod cum Clarkius negotiis scilicet occupatus efficere nequiret, a me petivit ut id negotium susciperem. Ego quidem omnium, credo, inscriptionum ineditarum (ante Euclidem archontem marmori commissarum) et paucarum præterea apographa in hujusce libelli usum confeceram. Has cum Böckhio lubenter ipse communicavi et cum juvene quodam erudito T. S. Evans pactus sum ut, quas ego intactas reliquissem, eas describeret. Jam Osannus, ut videtur, aliquot antea annis, cum iter per Britanniam faceret, Böckhio promiserat ut idem negotium susciperet. Redux autem nectere moras cœpit, nec aliquid cum Böckhio communicavit. Cum ergo mea et Evansii apographa accepisset Böckhius, Osanno scripsit se ab aliis accepta habere quæ ab illo petivisset, superesse autem, nisi omnem gratiam perdere vellet, ut apographa a me missa

jucundum esset Græcas inscriptiones separatim intueri, ita quidem dispositas, ut *præcederent* antiquissimæ."

[1] Hujusce Academiæ auspiciis atque sumptibus Corpus Inscriptionum brevi, ut spero, editurus est Böckhius, in hoc genere hodie longe primus. Felix vere Academia, quæ scilicet Böckhium, Bekkerum, Buttmannum suo in sinu foveat, ut alios taceam quos tamen vix fas est silentio præterire.

suis compararet, et varietates in Academiæ Berol. usum enotaret. Re inopinata perculsus Osannus fecit quod Böckhius rogavit, et pro ea opera munusculum pecunia persolutum accepit. Eodem tempore, *nesciente omnino Böckhio,* varietates apographorum a me missorum in suum usum enotavit, *et brevi post Böckhium per literas certiorem fecit de consilio suo inscriptionum Syllogen edendi, qua in re non posse se carere varietatibus apographorum meorum* dixit. Credo, cum sua apographa ita fecisset ut vix una et altera mendis fœdis careat. Böckhius, quanquam quod iste peteret haud placeret, tamen ne intercederet, honestatis rationem postulare arbitratus est, quare Osanno scripsit *per se* licere ut apographis Britannicis uteretur. Hanc autem veniam ita dedit, non ut usum optaret, sed ut Osanno id concederet quod se honeste defugere posse desperabat; atque eatenus tantum dedit ut *per se* id licere scriberet; oportebat autem, ut vere Böckhius in literis MSS., me quoque[1] consulere, quod manifesto Osanni erat, non Böckhii. Osannus autem tantum abfuit ut me consuleret, ut nihil ei magis in votis esse videatur, quam ut gloriolam primi Editoris captet, suamque Syllogen publici juris antea faciat quam ego meam. Quatuor ergo fasciculos emisit (expectare nolens donec opus universum imprimeretur) illas ipsas *ineditas* inscriptiones continentes quas *ego* cum Böckhio communicavi, et ita meis chartulis ante me usus est. Quis primus veterum reliquias

[1] De *meis* tantum apographis loquor; cum enim Evansio mercedem operis solvisset Academia Berol. suo jure certe apographa, quæ ab illo acceperat, aut Osanno aut cuivis alii dare potuit. Ego autem Böckhio meo, mea in suum tantum usum, dono dederam.

antea ineditas publici juris faciat, parvi refert. Ego certe, qui meas chartulas Böckhio dederam, Osanno quoque petenti lubenter dedissem. Vix autem videtur libero homine dignum ut, mea venia haud impetrata, mea publici juris faciat, et ante me meis utatur[1].

Jam pauca forsan de prioribus inscriptionum thesauris apponere decebit. Quam rem plene sibi tractandam proposuerat Maffeius in tertio libro Artis suæ Criticæ Lapidariæ, morte autem præreptus imperfectam reliquit. Quod nemo magis quam ego dolere potest. Multos enim libros haud dubito quin Maffeius recensuisset, mihi in hac librorum ad rem antiquariam spectantium apud Britannos penuria omnino incognitos, eosdem autem summo fructu refertos et ad meam rem plurimum facientes. Lectores autem, cum meminerint quam pauci hujusmodi libri aut in bibliothecis Britannicis aut in Britannia omnino, quovis pretio venales, extent, spero mihi cum multarum rerum in ipso opere ignorantiam et imperitiam, tum in hoc Catalogo multorum librorum omissionem esse condonaturos. Nec quidem ea mihi mens est ut *omnes* libros, in quibus inscriptiones continentur, memorem, cum ipse Maffeius alibi[2] inscriptiones per sexcenta dispersas esse volumina recte doceat. Thesauros tantum inscriptionum cum Itinerariis maximi momenti et paucis aliis recensere volo.

[1] Osannus omnia marmorum Elginlanorum apographa ad Böckhium missa, a me facta esse arbitrari videtur. Maxima autem pars a T. S. Evans facta est. Ego inscriptiones tantum ante Euclidem marmori commissas descripsi cum perpaucis aliis. Quantulum autem fructum a meis laboribus perceperit Osannus, e pagina 226. constabit.

[2] Maff. in Præf. Mus. Veron. p. VII.

Thesaurum Inscriptionum primum edidit J. Mazochius (vel ut alii volunt A. Fulvius) Romæ A. D. 1521, secundum, credo, Ingolstadtii, Apianus et Amantius A. D. 1534[1]. Postea multi inscriptiones colligendi studio trahebantur, inter quos eminuisse videtur Martinus Smetius, cum diligentia, tum patientia. Postea enim quam inscriptiones suas ad ordinem redegisset, domus universa una cum chartulis fere omnibus comburitur. Attamen amici jussu, Thesaurum suum quoquo potuit modo restituit, et Laurino dono dedit, a quo dum per Belgium iter faceret, omnia ab Anglo quodam milite abrepta sunt. Postea autem Janus Dousa opus Smetii in Anglia reperit atque ab hoc milite emit, nec, longo post tempore, Lipsio auspice, Lugduni Batavorum edendum curavit A. D. 1588. Smetii opus cum recudere vellent Scaligerus et Velserus, a Grutero impetravere ut eorum conatibus auxiliaretur. Ergo ille per epistolas omnes fere eruditos per Europam oravit ut symbolam conferrent. Qui cum ejus precibus annuissent, et eorum ope jam magnum inscriptionum numerum Gruterus collegisset, Scaligerusque Indices (undecim mensium opus) apposuisset, "Inscriptionum veterum Romani orbis" ingens volumen edidit Gruterus Heidelbergæ, A. D. 1601. Idem opus longe auctius cum notis Gudii, Grævii, atque aliorum, edente Burmanno, Amstelodami A. D. 1707, evulgatum

[1] Cf. Burm. Præf. ad Gruter. Thes. p. 5. Titulos horum librorum (qui in Mus. Britan. extant) exscribo:

1. "Epigrammata antiquæ urbis," ad finem libri hæc adjiciuntur. "Romæ in ædibus Jacobi Mazochii, 1521. men. April."

2. "Petrus Apianus. Inscriptiones sacro-sanctæ vetustatis non illæ quidem Romanæ sed totius fere orbis, summo studio ac maximis impensis terra marique conquisitæ." Ingolstadt. 1534.

est. Sed interim Reinesius[1] "Inscriptionum Syntagma ad Gruteri supplementum" Lipsiæ et Francofurti A. D. 1682. ediderat. Ediderat quoque suam Syllogen inscriptionum eodem consilio A. D. 1700. Raphaeles Fabrettus[2]. Inscriptiones quas Gudius collegerat ipse haud edidit, sed Hesselius Leovardiæ 1731. Inter plurimas Latinas vix decem Græcas (et eas nullius pretii) videmus. In Præfationis autem appendice plurimæ statuuntur Græcæ, e quibus alias (atque inter eas Teia illa monumenta a Chishullio evulgata) C. A. Dukerus, alias Justinus de Hochepied Batavorum Smyrnæ negotiantium Consul, alias (et inter eas Marmor Sigeum) Hermannus Vander Horst Batavis Smyrnæ a sacris Hesselio dedere. Qua incuria usus sit Vanderhorstius, ex inscriptione decima satis patet. Eodem anno Donii Inscriptiones Antiquas Gorius Florentiæ edidit. Donius Florentinus erat nobili gente insignis, doctrina insignior. Magnam inscriptionum molem[3] contraxerat, quarum plurimas, antea quam ipse edere posset, evulgavit Gruterus. Tertia tamen fere pars Donii Collectaneorum Gruterum latuerat, quam Gorius edendam curavit. Quam corrupte multa ediderit epigrammata e duobus exemplis patebit. Legimus in hoc opere[4],

[1] Ita de Reinesio Maffeius (Art. Crit. Lapid. Lib. III. c. 4. §. 2.) "Acri ingenio vir, et lectionis multiplicis, critico etiam, quod verba spectat, maxime pollens acumine, prælatam nihilominus spuriorum epigrammatum struem congessit. Quin haud infrequenter in genuinis ipsis ab hoc auctore exhibitis labat fides ob immutata et addita arbitrio suo verba, vel demta."

[2] Cæteris collectionibus Fabretti Syllogen præstare docet Maffeius quod spuriis inscriptionibus haud scateat. Art. Crit. Lap. III. 4. 4.

[3] Gorius in Præfatione Donium 6000 inscriptiones collegisse dicit.

[4] Don. Inscript. p. 150.

Ἀδ' Ἡρακλείδην κατέχει κόνις· ὄμβριμος Ἀΐδας
εἴρυσεν ἀηθέων ἕλικος ἐξ ἀγέλας.

Ubi manifesto legendum ἠϊθέων ἥλικος. Eodem modo, quamvis Chishullii opus viderat, Bosphoriam inscriptionem hoc modo edidit.

Οὔριον ἐκ πρύμνης τὶς ὁ δεγητῆρα καλετο
Ζῆνα καταπρωτον ωνιστιον ἐκπετάσας et postea, l. 5.
Νείσθω τῷδε βαλὼν ψαιστὰ παρὰ τῷ ζοάνῳ.

Postea Muratorius Thesaurum Novum Veterum inscriptionum (Mediolani A. D. 1739.) evulgavit, cujus Supplementum edidit Donatus Lucæ A. D. 1765.

Hæc omnia quæ memoravi opera, eodem modo atque eadem ratione conscripta sunt. Undique scilicet et ab omni parte contrahuntur inscriptiones omnium temporum, cum Græcæ tum Latinæ, nec desunt quædam quoque Etruscæ. Disponuntur eo ordine ut, Chronologiæ nulla ratione adhibita, prima Classis omnes inscriptiones quæ ad Deos pertineant comprehendat, secunda quæ ad Magistratus, atque ita deinceps. Maxima pars inscriptionum in his omnibus thesauris Latina est, et Reinesii quidem Syntagma vix viginti Græcas habet. Gruteri quidem diligentia atque doctrina omni laude dignæ sunt, multa tamen menda insunt in Græcarum inscriptionum apographis quæ ille evulgavit. Quod idem de aliis quos memoravi omnibus dicendum est, et præcipue de Muratorio qui, ut videtur, menda vel pessima, nec emendavit, nec omnino sensit[1]. Muratorii operi præmittuntur epistolæ

[1] Cf. Maffeium Mus. Veron. Præf. p. x. et Corsin. in Not. Gr. Proleg. §. 5. p. 42. (Flor. 1749. fol.) eadem ac ego de Muratorio querentes, at menda non aliam propter causam irrepsisse dicentes quam quod Muratorius majoribus rebus occuparetur. Quod verum esse potest. Cf. quoque ipsum Murat. pp. 51. 66. 134.

quædam Bimardii Baronis Montis Seleuci de Latinis inscriptionibus et de quadam Græca[1] infra posita; subjiciuntur autem Chishullii de Sigeo aliisque marmoribus dissertationes ex ejus opere repetitæ. Donati libro præmittitur præstantissimum at imperfectum Maffeii opus de arte Critica Lapidaria, quo multa de Scripturæ origine et de inscriptionibus, quæ in libris cum Græcorum tum Latinorum referuntur, exaravit eximius ille Maffeius, et postea Canones traduntur ad veras inscriptiones a spuriis dignoscendas. Præcipua autem pars Donati Collectaneorum aut a Viatorum Itinerariis, aut ab aliorum collectionibus hauritur. Eodem anno (1765.) quo suum librum Lucæ Donatus edidit, alter Romæ publici juris factus est, cui titulus erat. "C. A. Oderici Genuensis Dissertationes et adnotationes in aliquot ineditas veteres inscriptiones." Harum inscriptionum major pars Latina est, insunt tamen paucæ Græcæ, sed recentiores illæ, nec bene explicatæ.

Quod viatores attinet, omnes sciunt Cyriacum quendam ex Ancona (cui gentilitium nomen erat Pizzicolli, vel Picenicolli) primum (ineunte sc. seculo xv, circiter ann. 1430.) per Græciam iter facientem animum attendisse ad veteres titulos exscribendos. Nullum tamen librum edidit, et infelici quodam casu collectanea ejus dispersa erant et magna ex parte perdita. Nonnulla tamen seculo proximo publici juris facta sunt. Moronius scilicet Commentariorum Cyriaci Anc. Specimen; Oliverius Commentar. Cyr. Ancon. Nova fragmenta (Pisaur. 1762.) et Laurentius Mehus Cyriaci Itinerarium (Flor. 1742.) edidere. Postea

[1] Ita de hac Bimardii Epistola merito Maffeius Mus. Veron. p. 410. "Eam ab erudito viro exaratam nollem, nollem publici juris ab aliis factam."

prope finem seculi XVII. vel brevi postea multi viatores suas chartulas publici juris fecerunt. Anno sc. 1678. Sponius Lutetiæ Itinerarium suum in tribus haud magnæ molis voluminibus edidit, suum in uno sed majori Londini Whelerus Anno 1682. In utroque multæ inscriptiones, multisque mendis scatentes eduntur: Quod idem de Sponii Miscellaneis Eruditis (Lugduni 1682. editis) dicendum, in quibus tamen multa marmora vere pretiosa Lector reperiet. Tournefortius haud longo post tempore Itinerarium Orientale Lugduni A.S. 1717. in tribus voluminibus edidit, in quo præter alia marmor Deliacum post Sponium evulgavit. Jam silentio minime prætereundus est Edmundus Chishull qui in Antiquitatibus Asiaticis Londini A.S. 1728. editis[1] Sigeum marmor primus publici juris fecit. Huic alia quædam vix minoris æstimanda, monumentum sc. Adulitanum, Wortleianum illud Sigeorum Decretum, Teia Monumenta, cum aliis e Stratonicea, Aphrodisia, Ancyra, adjunxit, quorum pleraque exscripsit Sherardus, Anglorum Smyrnæ Consul. Chishullius omnia summa fide edidit, eaque doctrina floruit ut omnes ejus liber delectet. Nonnulla quoque marmora ipse exscripserat, dum per Asiam iter faceret, quæ post illum mortuum prodiere in Itinerario a filio Londini A.S. 1747. edito. Ibi Chishullius plura marmora a Whelero male edita apographorum suorum ope

[1] Tercentas alias inscriptiones (e quadraginta fere Asiaticis urbibus descriptas) Christianæ Epochæ initium proxime sequentes, secundæ antiquitatum Asiaticarum parti servaverat Chishullus. Post ejus et Sherardi mortem harum inscriptionum apographum Maffeio dedere Meadius et Burlingtonus, Maffeius autem Corsino publici juris faciendum tradidit. Quod consilium quominus exequeretur nescio quid impediverit. Cf. Corsin. Inscr. Att. Dedic. p. v. Has omnes inscriptiones in Museo Britannico extare, e literis hodie (Feb. 17.) a viro erudito C. König acceptis intellexi.

emendat. Shawius (anno 1731) Itinerarium suum paucas inscriptiones continens edidit. Postea (anno 1752) Pocockius quas ipse exscripserat inscriptiones numero quidem plurimas A.S. 1752. edidit, sed eo modo edidit, ut nullus pejor esse posset. Lucem quidem Pocockii labores tantum absunt ut aliis marmoribus ferant, ut inscriptiones ab eo editas, cum, vix una atque altera exceptis, mendis fœdissimis scateant, non nisi summo labore adhibito intelligere possimus. Quod ideo magis dolendum est quia Pocockius multas inscriptiones magni momenti exscripserit[1]. Denique Oxonii A.S. 1774. prodiere Chandleri Inscriptiones Antiquæ, quas ille in itinere per Asiam Minorem et Græciam impensis Societatis dictæ Dilettanti facto exscripsit. Nemo majorem diligentiam quam Chandlerus in exscribendo posuit, et quamvis in interpretis partes tuendo prospera fortuna haud semper usus sit, ea tamen in hac viro inerat modestia, ut ejus errores acrius reprehendere inhumanum esset. Nostris temporibus multi viatores Græciam invisere et exinde haud paucam marmorum messem secum retulerunt. In hac re autem longe uberrimi sunt Clarkius et Dodwellius quorum opera inscriptionibus et iis valde pretiosis referta sunt. Multi quoque qui nullum opus publici juris fecere, suas chartulas Walpolio edendas commisere, cujus in libris multas inscriptiones haud parva doctrina illustratas Lector reperiet.

Superest ut aliud genus Collectorum memorem, qui scilicet marmora in uno loco, Museum puta, collecta ediderc. Quorum prima, ni fallor, loca tenet Seldenus,

[1] Durum sane sed haud iniquum de Pocockio judicium tulere Actorum Lipsiensium Editores. (Oct. 1753.) Cf. quoque Paciaudium (Mon. Pelop. II. 29.) qui tamen pauca de Pocockio scivit, cum Teutonem esse crediderit.

qui cum anno 1627. ad Comitem Arundeliæ advecta essent marmora quædam Græcis literis plerumque incisa, et inter ea Chronicon illud insigne, proximo anno (1628.) in opere cui titulus Marmora Arundelliana horum marmorum apographa publici juris fecit. E plurimis marmoribus quæ comes ille celeberrimus Arundeliæ summis impensis conquisiverat et ad Britanniam attulerat, quæcunque in hortis Arundellianis post civili bello pulsos dominos adhuc mansere, nepos ejus Academiæ Oxoniensi dono dedit. Plura postea aut legavere aut dedere, Seldenus, Archp. Cantuarensis, et alii. Quæ omnia sub nomine Marmorum Oxoniensium edidere Humphridus Prideaux, (Oxon. 1676.) Maittairius cum Reinesii, Sponii, Chishullii aliorumque notis (Londini 1732, cum Appendice 1733 edita,) et Chandlerus (Oxonii 1763.) Maittairii quidem editione, ipsius atque aliorum doctissimis notis instructa, nemo qui in his rebus multus est, carere debet. Taylori opus quo marmor Sandvicense (a comite Sandvicensi, anno 1739, ab Athenis advectum) publici juris fecit, vix opus est utpote omnibus notum memorare, nec ipsius Taylori doctrinam collaudare. Propero ergo ad Maffeium qui quantum et quanto fructu in hoc genere elaborârit, dicere nequeo. Inerant in eo viro ingenium peracre atque idem elegantissimum, plurimæ omnis generis literæ, doctrinæ summus amor, diligentia impigerrima in veterum relliquias exquirendo, exquisita vere atque eximia sagacitas in illustrando. Quicunque in re Palæographica proficere velit, is Maffeium quem sequatur exemplum semper sibi proponat. Hoc in loco memoranda sunt duo potissimum Maffeii opera, Galliæ sc. Antiquitates (Parisiis 1733, Veronæ 1744) editæ, plurimas sc. inscriptiones in Museis Gallicis continentes, et Museum Veronense

cui Taurinense adjungitur atque Vindobonense (Veronæ 1749). Huic subjicitur Sylloge Inscriptionum variarum cum eximiis quibusdam Maffeii disputationibus de marmoribus Nointeliano, Leocatæo atque aliis. Hic forsan Mazochii mentio injicienda est, qui ingenti volumine Neapoli A.S. 1754. edito quicquid de tabulis Heracleensibus dici potuit, dixit. Opus sane doctum, sed in minutiis prolixum. Præterea de omni scibili in hoc volumine scripsit, qui scilicet de Magnæ Græciæ historia, Pythagoreorum in Italia ortu, primitivæ Italiæ finibus, singulis Magnæ Græciæ civitatibus, jure Municipiorum universo, Hermis, Calatis comitiis, et nescio quid præterea, disputaverit. Sed inter omnes Marmorum Coactores nemo, ut videtur, nobili illi Naniorum genti præstitit, quorum Museum hodie Venetiis extat. Quæ congessere marmora, ea semper viris eruditis explicanda et edenda tradidere. Quem Naniorum morem, quis liber homo (eo nomine dignus) non imitandum censet? Qui marmora, vel marmorum apographa conquirit, ut apud se servet, nec cum omnibus communicet, is pueros et crepundia petat; dignus certe qui longe a cœtu doctorum abigatur. Nanii contra haud collectorum gloriolam aucupabantur, sed omnia cum doctis communicabant, ut literas proveherent et literatis opitularentur. Ex eorum ergo museo, præter multas inscriptiones apud Muratorium et alios, sua omnino desumpsere Passerius (Osservazioni sopra alcuni monumenti del Museo Nani, Venet. 1759), Paciaudius (Monumenta Peloponnesia, Rom.1761) et Biagius (Monumenta Græca e Mus. Jacobi Nanii, Rom. 1785.) Alia quoque opera ex eodem fonte profluxerunt. Horum, me judice, facile

princeps est Paciaudius. Omnes in minutiis prolixi sunt, atque ubi una pagina opus est, decem illinunt. Attamen ea est doctrina Paciaudius, ut nemo fere ex ejus libro nonnihil non addiscat.

Sed in Italia nobilis ea Antiquariæ disciplinæ cupiditas inest ut omnis fere magna urbs non tantum Museo ornetur, sed etiam opus marmora omnia in Museo suo complectens emiserit. Et præterea viri eruditi monumenta congessere quibus illustraretur veterum urbium historia. Ex utroque ergo genere plurima opera extant. Ita Sertorius Ursatus Monumenta Patavina[1] edidit, (Patav. 1642.) Morisanus Inscriptiones Rheginas, Rivautella et Ricolvius Marmora Taurinensia (August. Taurin. 1743.) F. A. Zacharias Marmora Salonitana, Philippus a Turre Monumenta veteris Antii, et Antiquitates Aquileienses, De Vita Antiquitates Beneventinas, Bertolius Antiq. Aquileienses lingua Italica (Ven. 1739.), Malvasia Marmora Felsinea (Boron. 1690.), Gorius Inscriptiones Græcas et Romanas in Etruriæ urbibus extantes, (Florent. 1727. 1734. 1743.), Norisius Cenotaphia Pisana[2]. Prodiere quoque Museum Pisan. et Corrar., Florentin. (Flor. 1731.), Inscriptiones Musei Capitolini, cura Guasci, et Viscontii cura, magnificum vere opus, Museum Pio-Clementinum[3], sed perpaucas inscriptiones nec illas magni momenti continens. Hæc omnia opera Latinas plerumque inscriptiones, et perpaucas Græcas exhibent. In-

[1] Ursatus aliud opus de inscriptionibus "Marmi Eruditi" Patavii (A. D. 1659.) edidit.

[2] Ex his omnibus vix duo si Gorii opera excipias vel in Museo Britannico extant.

[3] In Gorii opere "Musei Guarnacc. Monum. illustrata" (Flor. 1744.) non nisi Etrusca insunt.

scriptiones metricas Herodis Attici in Museo Borghesiano extantes edidere Salmasius (Paris. 1619.), Manillius in Descript. Vill. Burghes. (Rom. 1650.), Viscontius in libro "Iscrizioni Greche Triopee" (Rom. 1794.). Ex his primam ediderant quoque Morellius (Paris. 1607.), Casaubonus (De Satyr. Poes. Paris. 1609.) Utraque quoque apud Sponium in Miscellaneis et Brunckium in Analectis extat. Nescio quo pacto factum est, ut Sicilia tantis tantorum virorum laboribus illustraretur. Goltzii de nummis Siculis opus taceo. Gualtherius[1] primus Siciliam lustravit, multa epigrammata exscripsit et in opere cui titulus, "Siciliæ et objacentium Insularum antiquæ tabulæ," Messanæ A. S. 1624. edidit. Longo post tempore D'Orvillii librum, "Sicula quibus Siciliæ veteris rudera illustrantur," Amstelodæmi A. S. 1764. edidit Petrus Burmannus qui multas notas Palæographicas de Nummis quibusdam antiquis et inscriptionibus e penu sua addidit. Postea illustrissimus ille atque doctissimus Princeps Torremutiæ inscriptiones Palermitanas vernacula lingua Panormi 1762, et deinde "Siciliæ universæ et insularum inscriptiones" eodem loco, anno autem 1769, (qui liber auctior anno 1784 iterum prodiit) evulgavit. In posteriori libro insunt multæ inscriptiones Græcæ ad Siculo-Doricæ dialectus cognitionem valde utiles, et si unam cum altera excipias, haud male editæ.

Anno 1698, Trajecti ad Rhenum, editus est liber, "Inscriptiones Græcæ Palmyrenorum cum scholiis Ed. Bernardi et Thomæ Smithi." Hæ inscriptiones omnes

[1] De Gualtherio cf. Burman. Præf. ad Tom. VI. Thesaur. Sic. p. 1. vel D'Orvill. Sicul. p. 213.

recentis sunt ævi, tempore sc. Trajani, Hadriani et imperatorum sequentium, marmori commissæ. Nec dubito quin plures libri sint ejusdem farinæ quorum tamen nulla notitia mihi contigit[1]. Corsinus multa de inscriptionibus in scriptis suis, præsertim in Fastis Atticis, egregie disputavit; nullam autem Inscriptionum Syllogen (quantum sciam) edidit, præter libellum cui titulus "Inscriptiones Atticæ e Maffeii schedis editæ" (Flor. 1752), in quo magis antiquitatibus Atticis quam rei Palæographicæ incubuit. Quas quidem in illo libello edidit inscriptiones, omnes recentes sunt. Corsinus quidem longe supra meas laudes meumque vituperium positus est; at eo nomine, me judice, reprehendendus venit, quod nimis facile inscriptiones pro genuinis habuerit et venditârit. Barthelemius, qui multus in hoc genere erat, suas de inscriptionibus disputationes in Actis Acad. Inscr. plerumque edidit, in quo opere multa hujusmodi alia Lector reperiet.

Jam superest opelli mei pars longe gratissima, scilicet ut memorem quanti qualesque viri me aut consilio, aut auctoritate adjuvârint, e schedis suis operis materiem suppeditârint, et denique librorum nec in bibliothecis publicis, nec apud bibliopolas extantium usum humanissime mihi concesserint. Si nullam quidem aliam voluptatem mihi attulisset hujusce libri confectio, hanc profecto maximam attulisset ut intelligerem quanto amore digna sit eorum benevolentia quorum doctrina omnibus est in ore. Quantum ego Cockerellii et Leakii humanitati debeam, ex ipso opere patebit. Ille scilicet duo

[1] Passioneius librum cui titulus "Iscrizioni Antiche" (Lucæ 1763.) edidit, Begerus quasdam inscriptiones in Spicilegio Antiquitatis (Colon. Brandeburgh. 1692.)

magna volumina titulorum a se ipso summa cura, diligentia atque doctrina exscripta mihi commodavit; hic in meum usum omnes titulos ad meam rem facientes, (valde quidem pretiosos illos et summo fructu refertos) qui in suis schedis exarati essent, descripsit, notulis quibusdam doctissimis adjectis. Quod idem quoque fecit vir eleganti quadam doctrina insignis, Thomas Smart Hughes. Viri jure celeberrimi Thomæ Young benignitati inscriptionem apud Frerium asservatam, et eximias quasdam de Leucadia inscriptione observationes debeo. Humanitatem Ricardi Payne Knight ego certe meritis laudibus exequi nequeo, quippe qui thesauros Musei sui mihi patefecerit, suamque de multis inscriptionibus sententiam mecum communicaverit. Has literas semper amavit, has summo omnium doctorum fructu excoluit, longumque utinam excolat. Gulielmo Wilkins quamvis in alio loco gratias egerim, hic tamen haud mihi temperare nequeo quin ob ejus insignem erga me liberalitatem rursus agam.

Benevolentiam illustris viri Frederici Comitis de Guilford, et Pauli Petri Dobree (quem quis ex cœtu doctorum aut domi aut foris haud suspicit atque miratur?) in libris rarioribus mihi commodandis, longe a me sit iste animus ut silentio prætream. Guilfordii quidem bibliotheca haud inanes istos atque inutiles libros exhibet quos, cum aut pervetusti sint, aut apud paucos extent, et præterea ne hilum quidem utilitatis habeant, hodierni mirantur, sed libros in omni fere lingua conscriptos, et omnem fere materiem quæ in hominum disputationem cadit illustrantes, raros quidem et illos, quos scilicet ipsius Guilfordii cura atque diligentia ex omni

Europæ parte contractos atque conquisitos præter ipsum nemo possidet, eosdem autem summo fructu atque utilitate refertos. Sed ex omnibus amicis meis, nemo certe plura in me collocavit beneficia quam illud Academiæ Berolinensis lumen atque decus Augustus Böckh. Cum ego novas quasdam inscriptiones cum illo communicâssem, cito effecit ut in illo genere me longe superaret, nec novas tantum inscriptiones suppeditavit, sed veteres atque notas ea, qua in hoc genere unus est, doctrina, illustravit; me sæpe errantem revocavit, dubitantem confirmavit[1]. In quo genere quoque quantæ Blomfieldio a me gratiæ agendæ sunt, qui cum ipse summa doctrinæ loca teneat, et Athenas vere nobiles ornandas nactus sit, meæ humili doctrinæ et leviori materiei, ex ea qua semper est erga me benevolentia, opitulari nunquam noluit. Ignoscant mihi velim doctissimi illi atque celeberrimi viri, Præsul venerandus Episcopus Bristoliensis, Decanus Peterburgensis, et Magister dignissimus Collegii Caio-Gonvillensis si ego, qui aliter nequeam, in hoc loco memorem quantas illis gratias habeam semperque sim habiturus ob eximiam eorum in me meumque libellum benevolentiam. Syndicis denique omnibus Preli Academici me quam maxime obstrictum esse fateor, cum ex ea, qua semper sunt liberalitate, hunc librum Academiæ sumptibus edendum curaverint.

In meo libello perlegendo, meminerit Lector me Collectoris tantum laudes, parvas quidem illas atque igno-

[1] Qui Böckhii observationes in meo libello perlegit, facile intelliget quam recte fecerit Academia Berol. quæ Böckhio munus corpus illud magnum Inscriptionum (cito, ut spero, Berolini proditurum) edendi demandarit.

biles, quamvis magno labore emptas, aucupari. Apographa accurata pro mendosis, unum vel alterum libellum pro plurimis ingentis molis libris cum Lectoribus communicare volui; nec quicquid præterea feci. In minutiis prolixus esse nolui, nec longas de rebus obscuris atque difficilibus dissertationes infercire. Multa loca a cæteris relicta, plura a cæteris tractata, ego intacta reliqui. Satius enim duxi tacere, quam errare. Nec Collectoris munus est difficilia explicare, sed multa ejusdem generis in eundem locum contrahere, ut (quod ipse forsan nequeat) viri docti alia aliorum ope illustrent. Plura quidem quam deceat in hoc libro menda typographica Lector reperiet. Quod tamen mihi, haud typographo, vitio vertendum est. Ea quidem per aliquot menses, postea quam liber in ejus manus traditus esset, valetudine usus sum ut Correctoris partes vix et ne vix quidem sustinere possem, nec mihi in rure degenti præsto fuit amicus aliquis[1], qui id munus obire posset; a Cantabrigia et typographo longe aberam; aliis quidem negotiis implicitus sum; libri denique multi, de quibus post multos conatus desperaveram, inter imprimendum ad me allati libelli mei ordinem turbabant, et omnia mutare cogebant, quod idem de paucis quoque inscriptionibus dicendum est. Quæ omnia velim Lector secum reputet, et Salmasium (cujus verba Coronidis loco profero) de hac eadem re loquentem audiat. "Dum aliud ago, dum propero, dum gravioribus sum occupatus, sic factum est ut cavere vix potuerim ne talia multa imprudenti incogitantique exciderent, quæ mihi vacuo, et hoc unum

[1] Beneficium insigne in me collocavit doctissimus amicus meus J. C. Hare, cui ob Prolegomena correcta plurimum ego debeo.

agenti nunquam fortasse irrepsissent. Tuum est, si in similibus tibi vis ignosci, et operis typographicis sua παρατυπώματα et nostra nobis παροράματα condonare. Damus et petimus vicissim hanc veniam qui aliquid scribimus, et studia nostra in publicum proferimus. Sic igitur σφάλματα quæ nobis inter legendum occurrerunt, corriges, reliqua si quæ nos fugerint, et multa fugisse non dubito, per te ipse, si benignus et candidus es emendabis. Vale."

Dedi Id. April. A. s. 1824.

P. S. Dum liber adhuc in prelo versaretur, Dobræus apographa marmorum in Collegii S. S. Trin. bibliotheca extantium mecum communicavit; et observationes paucas at præstantissimas adjecit. Hæc quantum meo libello dignitatis, quantum lectoribus utilitatis allatura sint, dicere haud opus est.

Tabula Res quasdam in Prolegomenis haud memoratas exhibens.

E pro EI.

ἐπεστάτε, ὀφελόμενα, διαχερίζοσι. Class. III. Sect. I. Inscr. V.

πόλες, ὀφέλε. Class. III. Sect. II. Inscr. VIII.

ἀβλαβές. Class. III. Sect. II. Inscr. IX.

O pro OY.

τὸς, ἀποδῦναι. Class. III. Sect. I. Inscr. V.

τότον. Class. III. Sect. II. Inscr. II.

Λέσβο. Class. III. Sect. II. Inscr. III.

πρυτανενόσης. Class. III. Sect. II. Inscr. IV.

τὸς, τῦτο. Class. III. Sect. II. Inscr. V.

Simplex Consonans pro Duplici.

Προκονεσίο. Class. I. Inscr. I.

ἀλαλοις
γραμένῳ } Class. II. Inscr. I.

ἄρυθμος
ἀράβδωτος } Class. III. Sect. I. Inscr. VIII.

N paragogicum, additum aut omissum.

ἐγραμμάτευε Ἐυπείθες
εἶπε ἀποδῦναι } Class. III. Sect. I. Inscr. V.

ἐγραμμάτευε οἷς
ἐγραμμάτευε ἐν } Class. III. Sect. II. Inscr. II.

ταμίασι οἷς bis Class. III. Sect. II. Inscr. III.

μυστηρίοισιν τάς
τεῖσι πόλεσιν ὅσαι } Class. III. Sect. II. Inscr. V.
τοῖσι μύσταις

Verba quibus Digamma additur.

Fρήτρα
FΑλειοι
Fέτος[1]
Fέπος
Fέργον
Fέτης } Class. II. Inscr. I.

ἀFυτῶ. Class. II. Inscr. II.

ΔιFί. Class. II. Inscr. IV.

Foικία. Class. II. Inscr. XIII.

Fίκατι (εἴκοσι)
Fέτια (ἔτεα)
FΕλατιῆν
F'Αρνων } Class. IV. Inscr. I.

Fυκία (Foικία)
Fισοτελία } Class. IV. Inscr. II. IV. V. VII.

ΡαψαFυδός
'ΑυλαFυδός
ΚιθαραFυδός
ΤραγαFυδός
ΚομαFυδός } Class. IV. Inscr. III.

Foῖ, (οἱ, sibi) Class. IV. Inscr. I.

[1] Εφετη i. e. ἐφ' ἔτη extat apud Gruterum p. cccxxix.

Aspiratio.

O pro HO Class. II. Inscr. VI. et Class. III. Sect. II. Inscr. VIII.

ἠθμός pro *ἠθμός*. Class. I. Inscr. I. Cf. Pierson. ad Mœr. Pref. xxxiv.

Ἀλιεῦσιν pro *Ἁλιεῦσιν*. Class. III. Sect. I. Inscr. I.

ἔλπιδ' pro *ἔλπιδ'*. Class. III. Sect. I. Inscr. IV.

(*ἀφηλπισμένος* bis apud Gruter. lxxi. 1.)

δοι pro *δοὶ* (*δὲ οἱ*) ibid.

ἀ et *ἃ*, *Ἑλληνοταμίαις*. Class. III. Sect. I. Inscr. V.

εἰ (*ἢ*), *ἕκτῃ* et *ἕκτῃ*, *ἐνδεκάτῃ* et *ἐνδεκάτῃ*, *ἑκατόμβη*, at semper *ἕτερον* et *ἡμέρα*. Class. III. Sect. I. Inscr. VI.

ὅσα pro *ὅσα*. Class. III. Sect. II. Inscr. XI.

χσυν (*ξυν*) aut *συν*.

χσυνάρχοσι / *συνάρχοσι* } Class. III. Sect. I. Inscr. VI.

χσυνάρχοσι. Class. III. Sect. II. Inscr. III. et IV.

χσυμμαχία. Class. III. Sect. II. Inscr. IX.

Verba.

ἄνεθεν pro *ἀνέθεσαν*. Class. II. Inscr. IV.

σοο i. e. *σωω* pro *σώσω*. } Class. III. Sect. II.
Sed in eodem marmore *ἀποδώσω*. } Inscr. VI.

Cf. Kidd. ad Dawes. M. C. p. 119.

Genus.

Genitivus Dual. Masc. pro fœminin.

Χρυσίδε σταθμὸν τούτων. Class. III. Sect. II. Inscr. I. bis.

Voci κίων genus masculinum tribuitur. Sect. I. Inscr. VIII. l. 49.

Casus.

Δι pro Διί. Class. II. Inscr. I. et VI. Pindar. Pyth. VIII. 142. Olymp. XIII. 149. et alibi.

In dativis primæ declinationis legimus ἐποπτεισιν, τεισιν, αὐτεσι. Cf. Valck. ad Phœn. 62. Koen. ad Greg. p. 382. Blomf. Præf. ad Sept. Theb.

Crasis.

μαποεσεν (με ἐποίησεν) Class. II.

Articulus cum nomine suo.

Haδελφός
Haίσωπος
τουρμοκρατεος
(τοῦ Hερμοκράτους)
} Class. I. Inscr. I.

τωπολλωνι (τῷ Ἀπόλλωνι.) Inscr. VII.

ταργεῖοι (τοὶ Ἀργεῖοι.) Class. II. Inscr. IV.

Sed Ho ἀρχιτέκτων. Class. III. Sect. II. Inscr. XI.

Synalæpha in versibus.

ἔλπιδ' ἔθεντο. Class. III. Sect. I. Inscr. IV.

ἠλλάξαντ' ἀρετήν. Ibid.

δ' οἱ. Ibid.

τεσσεράκοντ' ἐγ λιμενος. Class. III. Sect. II. Inscr. VII.

Synalæpha neglecta in versibus.

τήνδε ἀνέθηκε
τε ἀθλοφόρους } Class. IV. Inscr. VII.

Synalæpha in oratione soluta.

μεποίησεν. Class. I. Inscr. I.
καθ' ἕκαστον. Class. III. Sect. I. Inscr. V.
δ' νἱῷ. Class. V. Inscr. II.

CLASSIS I.

Digitized by Google

14.3.57

LXXXI

Digitized by Google

Chishull.



Chandler.



Class. I. Inscr. I.

INSCRIPTIO SIGEA.

Chishull. Antiq. Asiat. p. 4. Muratori Thesaur. Vet. Inscr. Tom. IV. p. MMCIII. Gud. Inscr. in App. ad Præf. e schedis Vander Horst. Chandler. Inscr. Ant. p. 3. Nouv. Trait. de Diplom. I. p. 630. Shuckford. Connex. Vol. I. 260. Placent. Epitom. Palæogr. in Præf. p. xi. Fuschin. in Epist. ad Salvat. Vintimigl.

Hanc inscriptionem primus publici juris fecit nostras Chishull, et satis amplo notarum apparatu instruxit. Tria scilicet apographa viderat, quorum primum ab Homero, Dragomanno Græco, factum, alterum a L. Lisle, tertium a B. Mould, Anglis Smyrnæ negotiantibus utroque a sacris. Exscripsere quoque Vanderhorstius, Askevius et Chandlerus. Extat hodie marmor in Museo Britannico; adeo autem tritum ut literas magnâ ex parte legere nequeas. Qui enim febri laborabant, presbyterorum jussu, super lapidem nostrum sese projicere et volutari solebant, spe mali e demonum crudelitate orti levandi [1].

[1] Cf. Hunt. Diar. apud Walpole I. p. 97.

Inscriptio duplex est. Utrique eadem sententia, paullo aliis verbis concepta. Quæ in inferiori[1] lapidis parte scripta est, ea vetustior. Quam forsan cum Sigæi vererentur ne vetustas aboleret, alteram incidendam curaverunt. Utraque βουστροφηδον scripta; recentior, ut credo, quod sculptor alteram imitari voluerit. In utraque inscriptione dona quædam a Phanodico Prytanæi Sigæorum in usum data recitantur; in vetustiori pauca verba adduntur, quibus curæ Sigæorum dona mandantur, suumque nomen saxo sculptor incidit. "Saxum ingens est, utpote quod novem pedum Angl. habeat longitudinem, paulo plus quam cubiti latitudinem, digitorum ferè octo profunditatem: Figura est ubique quadrata, foramen habens in parte ejus superiori excavatum, idque ut alius ei lapis superne immittatur, longum satis, latum et profundum. Hæc vero fabrica et mensura planissime Hermem indicant, Phanodici olim statuam[2]." Hermæ autem signa erant vel hominum vel Deorum, et imprimis Mercurii (unde nomen ductum), quibus caput, vel solum, vel una cum pectore, et e varia materia (plerumque autem ex ære) fieri solebat. Inferior pars, quæ simul basis loco erat, sive acutus, sive quadratus palus unde a Thucydide et Pausania τετραγωνος εργασια[3], a Juvenale[4] "trunci"

[1] Lanzi. Saggio. Tom. I. p. 102. "Forse quando le lettere di Simonide furono con publico decreto recevute in Atene, i Sigei misero una nuova iscrizione *da un altro lato* del medesimo marmo." Lanzius ergo Chishullii opus nunquam inspexerat.

[2] Chishull. Ant. Asiat. p. 41.

[3] Thuc. VI. Pausan. IV. c. 33. VIII. c. 39. X. c. 12.

[4] Juv. Sat. VIII. 53. De Hermis cf. Mazoch. Tab. Heracl. p. 149. not. Spon. Miscell. erudit. p. 10. Paciaudi. Marm. Pelopon. II. p. 52. Casaubon. ad Strab. XV. p. 710. Cf. etiam Plat. Hipp. p. 228. ed. Serran. Cic. de Leg. XXII. Macrob. Saturnal. I. c. 19. Figell. de Statuis. Roman. c. 17. Hughes Itinerar. Tom. I. p. 271.

LXXIII 9.3

dicuntur. Circa sepulcra, quorum custodes esse credebantur, imprimis, postea autem ante templorum ædiumque fores, vicis, viis, compitis, sistebantur. Athenis[1] inventi postea ad alias urbes translati fuisse feruntur. Hermas multos ære expressos videre est in Musei Worsleyani classe secunda; unus et alter in Museo Britannico asservantur.

De dialecto inscriptionis ambigitur, et multa de Sigeorum ortu disputantur. Sigeum, ut videtur, a Mitylenæis[2] conditum, Pisistratus sub Atheniensium ditione redegit. Nec illi citra belli discrimen tenuere; diu enim iiscum Mitylenæi de urbe bello decertârunt. Sed lites tandem a Periandro compositæ sunt, et Sigeum sub Atheniensium ditione mansit[3]. Pisistratus, ut verisimile est, oppidum Mitylenæis eripuit circa annum A. C. 570. Sed quid hæc omnia ad rem? De ætate inscriptionis nihil satis certum proferri potest; quod si proferretur, quâ Deorum ope scire possumus Sigeisne imperaverint Athenienses ne quid patriâ linguâ scriberent? quo auctore intelligimus, præsidione tantum imposito, urbem semper Athenienses tenuerint, an ex Athenis multæ familiæ Sigeum commigraverint, secum, novam linguam, mores, cultus inferentes. Quæ omnia si sciremus, alia tamen et majora quærenda essent. Sigei, utpote in parvo municipalique oppido degentes,

[1] Pausan. IV. 33. Ἰόντι δὲ τὴν ἀπ' Ἀρκαδίας ἐς Μεγάλην πόλιν ἐστὶν ἐν ταῖς πύλαις Ἑρμῆς, τέχνη τῆς Αττικῆς. Ἀθηναίων γὰρ τὸ σχῆμα τό τετράγωνόν ἐστιν ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς καὶ παρὰ τούτων μεμαθήκασιν οἱ ἄλλοι.

[2] Strab. XIII. p. 599.

[3] Herod. V. 94, 95.

nunquam forsan vel eleganter vel pure locuti sunt: postea forsan quam Athenienses oppidum tenuerint, Sigeorum lingua nec omnino Æolica erat, nec eadem omnino ad Atticæ dialectûs normas concinnata. His ergo omissis, ad ipsa verba marmoris respiciendum, ubi, quantum equidem ego judicare possim, nihil est quod contra vel arctas Atticæ linguæ leges peccet, si *εποεισεν* excipias, quod sculptoris mendum esse potest, ut postea **ΚΔΟΚΑ** et **ΣΥΚΕΥΕΥΣΙΝ**, et ita Dawesio[1] visum est[2].

Sigeum ergo marmor, me judice, basis est Phanodici cujusdam statuæ, quæ ut in aliis marmoribus[3] sistitur loquens. Phanodicus sc. munera quædam Prytanæo Sigeorum vel ipse dederat vel testamento legaverat[4].

[1] Dawes. M. C. p. 121, et p. 324.

[2] Dorum erat atque Æolensium postremam vocalem diphthongi *οι* omittere. Cf. Koen. ad Greg. de Att. Dial. §. 30.

Ενvοα pro *ενvοια* in Inscr. Æol. apud Caylusiun. (Tom. II. Tab. 56.)

εποησε, in marm. Corcyræo apud Montfauc. Diar. Ital. p. 425. Cf. quoque Gruter. MLXXXIX. 4.

ποησω, &c. sæpe in Epictetæ testamento apud Gruter. p. CCXIX. et Maffei. in Mus. Veron.

εποεσαταν, in Inscr. Dorica apud Dodwell. Itin. II. p. 500. infra Class. II. App. Inscr. I.

ποησωσιν, et *πεποηκεν* Chandler. P. II. p. 75.

ποειτας in Inscr. Orchomenia apud Clark. Itin. P. II. Sect. III. p. 158. (8vo. ed.)

Eckhel. D. N. II. p. 309.

Hanc formam quidem antiquissimam esse statuit Pors. Mus. Cr. T. I. p. 240. At si verbo *εποεισεν* fretus aliquis hanc inscriptionem haud Dorica dialecto conscriptam esse putet, Dorum magis quam Æolensium linguæ tribuere debet. Usus enim ει pro η certe Dorum erat (ΔΕΕΙΣΗΙ pro ΔΕΗΣΙΙ in Test. Dor. apud Gruter. CCXIX. et cf. Koen. ad Greg. ubi supra) Æolensium necne esset incertum est. Unus quantum scio Schol. Homer. ad Iliad. I. v. 117. rem ita se habere docet, tacet Gregorius, tacent alii de Dialectis Scriptores.

[3] Cf. infra quæ ad Deliacum marmor dixi.

[4] Nemini fraudi sit usus verbi *εδωκα*, quod in his rebus solenne.

Statua ergo aut ab ipso aut a magistratibus Sigeis post ejus mortem excitata est. Ab his diversa omnino Bentleio placuere, qui in epistolis a Carolo Burney τῷ μακαρίτῃ editis, miranda quædam dogmata de nostro lapide promulgavit. Sed festinanter, et (quod ipse fassus est) Chishullii libro vix perlecto, omnia dixit. "Primum[1] negavit hujus Epigraphes orationem ad Phanodici statuam respicere posse; nihil proprie necessitudinis esse statuis cum Prytanæi fine, unique statuæ conficiendæ plures uno statuario adhiberi valde insolens videri dicens, præter morem hic simul Æsopum et ejus fratres nominari significans; immo vero tria a Phanodico vasa in usum Prytanæi sc. κρατῆρα, ἐπίστατον, et ἠθμόν dono esse data conjecit, quorum singulorum singulos esse potuisse artifices credibile est; titulum vero illum initio uni alterive horum inscriptum, argumento καγω, postea autem ad hunc lapidem translatum fuisse, suspicatur sive ut donatio illa extra Prytanæum omnibus innotesceret sive ne donatoris Phanodici munificentia aliquando vel munerum ipsorum corruptelâ, vel redintegrandâ novitate antiquaretur." Nec statuâ dignum tantillum munus tria sc. pocula cuprea Bentleius putat; nec, si aliter Sigei judicassent, sculptorem in parvo ignobilique oppido eâ ætate inveniri posse credit.

Bentleium in Prytanæo loco cibis atque epulis destinato statuas collocari posse negantem falsum esse

Cf. Hermipp. apud Athen. XI. p. 486. A. Ita in Inscript. apud Montfauc. Diar. Ital. p. 422.

Θεὸς τυχαν
Αριπτοδαμος...δίδωτι....Πολυτίμῳ
....αἶκα (τι) πάσχῃ τὰν γᾶν, &c.

Et in tabula Veletriana
Σαότις δίδοτι, &c.
Cf. infra Class. II. Inscr. II.

[1] Saxii verbis utor. Cf. Acta Soc. Traj. Tom. II. p. 3.

satis ostendunt ea quæ Meursius[1] e Pausaniâ atque Plutarcho congessit. Pausanias[2] enim in Prytanæo Atheniensi extare non tantum Deorum sed etiam hominum simulacra, Autolyci, Miltiadis et Themistoclis ostendit, et Plutarchus[3] etiam Democharis gladio accincti statuam memorat.

Extat quoque Epigraphe Latina pervetusta quâ dona prope eadem Rheginorum Prytanæo Ervenium quondam testamento legasse traditur quæ Phanodicus Sigeis aut dono dedit aut legavit[4].

T. Ervenius. T. F. Sabinus Trivir. Æd. Pot. II. testamento legavit Municipibus Reginis, ... in Prytanæo statuam Æream Mercurii, trullam argenteam anaglyptam, Lares argenteos septem, &c.

Cum autem Bentleius neget orationem Epigraphes ad statuam Phanodici respicere posse, et voces καγω ad poculum quod Phanodicus dedit referendas suadeat, oblitus est vir summus, ut vere Chishullius, redire in sequenti membro extrudi visam personam et, nolit velit emendator, in voce ΕΔΟΚΑ intelligi. Oblitus est etiam quoties in marmoribus statua et persona confundantur. In marmore apud Clarkium[5] Atheniensi

Πόλυλλος Πολύλλου Παιανεύς

Εἰκονα τήνδ' ἀνέθηκε Πολύστράτος αὐτοῦ ἀδελφόν.

Nec aliter loquitur de his rebus Pausanias[6].

[1] Meurs. Athen. Att. I. c. 8.

[2] Pausan. V. 15. I. 18.

[3] Plut. de X Rhet. in Demosth.

[4] Morisan. Marm. Regin. p. 266. Gruter. CLXXIV. 7.

[5] Clark. Itin. Tom. VI. p. 366. (8vo. Ed.) Cf. quoque Gruter. p. MXCVIII. Prideaux. Marm. Oxon. p. 302, 3.

[6] Τὰς Ὥρας ἐποίησεν. Paus. V. 17.

Quod autem plures uni se operi adscribere verisimile esse neget Bentleius, id maxime miror, cum nihil hoc usitatius. Pausanias[1] de Jovis statuâ quâdam ita loquitur. *Ἀδελφοὶ δὲ αὐτὸ Θύλακός τε καὶ Ὄναιθος καὶ οἱ παῖδες οἱ τούτων εἰργάσαντο.* Ita statuam Megaris asservatam Theocosmum quendam Megarensem fecisse, *συνειργασάσθαι δὲ οἱ Φειδίαν* narrat[2]. Multa præterea loca Pausaniæ congessi, quæ qui inspicere velit, notam adeat[3]. In quibus omnibus dubito an *ἀδελφος*, *frater*, vel *socius* vertendus[4].

Nescio omnino quare Bentleius pocula Prytanæo data, cuprea esse statuerit; si ex auro aut ex argento facta confirmes, concidit ista pulchra viri doctissimi disputatio. Nec si tecum reputes, magis ponderis inest in iis quæ de rara eo tempore statuaria dixerit. Nihil enim de præstantia operis protulimus; negare autem extare posse etiam in Sigeo parvo ignobilique oppido aliquem qui Hermen conficere possit, hominis esset parum considerate loquentis. Jam ad ipsa inscriptionis verba pergo.

Βουλαίῳ δ' ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διὸς καὶ Ἀπόλλων. Paus. I. 3. *Πλησιὸν δὲ τῆς στοᾶς Κόνων ἕστηκε καὶ Τιμόθεος.* Id. Ibid. Et similia sparsim.

Illud quoque animadversione dignum, quoties nempe a primâ ad tertiam personam vel vice versâ fiat mutatio. Ita in marmore Selinuntio apud Cockerell. MSS. 169. *Γέρμανος—τὸ Ἡρῶον κατεσκεύασεν —ἑαυτῷ καὶ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ καὶ τῷ ἀδελφῷ μου.* Et indidem 170. *Κόννδης Δείου κατεσκεύασεν τὸ Ἡρῶον ἑαυτῷ καὶ τοῖς κληρονόμοις μου.*

[1] Pausan. V. 23.

[2] Pausan. I. 4.

[3] Pausan. I. 8. V. 11. II. 32. et IX. 35. de statuâ Apollinis a Tectæo et Angelione facta II. 15. X. 10.

[4] Cf. loca superius advocata et Paus. V. 17. V. 11. VI. 9.

Φανοδίκου εἰμι. Phanodici sum (statua). Hanc ellipsin Græcos omnino nescire putat Bentleius. Et profecto rara sunt exempla. *Σόλωνος* legitur apud Sponium[1]. *Βασιλέως Μιθριδάτου* et *Βασιλέως Νικομήδου* apud Chishullium[2]. Philostratus habet *τὸ τοῦ ἀποτροπαίου* sc. *ἄγαλμα.*

Eadem ellipsis occurrit apud Plin. xxxiv. 5. "Fuit Hermodori Ephesii" sc. statua. Quod si aliquis lapidem nostrum *στήλην* sepulcralem esse putet, aliquid ponderis sententiæ afferet hæc ellipsis conferenda sc. cum illa Etruscorum monumentorum sententiæ pervulgata[3]

ΜΑΙΘΟ Α ν· Ι .

Statuam sisti loquentem, e vulgato usu Græcorum est[4] quem morem innuit Plato[5]. *Επιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἅλσεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν,* Durissima proculdubio, ut vere Bentleius, Epigraphes oratio, cum utramque personam, et donantis et loquentis, statua induat, sed hæc pervetusta minime ad illam recentiorum *ἀκριβειαν,* teretemque sermonem revocanda.

Ἐπίστατον. Vocem non agnoscunt Lexica. Bentleius[6] quidem citat *τοῦ πιστάτου,* ab Aristophane[7]. Illud autem, ut recte Chishullius[8] nihil ad nostram vocem pertinet, nec ab *ἐπίστατος* vel—*ον,* sed ab *ἐπιστάτης* deflectitur de quo ita Scholiastes a Kustero citatus. *Πήλινος Ἥφαιστος πρὸς τὰς ἑστίας ἱδρυμένος ὡς ἔφορος τοῦ πυρὸς.* Lar scilicet

[1] Spon. Misc. Er. p. 140.

[2] Chishull. Ant. Asiat. p. 11. Cf. quoque Gruter. DLVIII.

[3] Cf. Lanzi. Sagg. Tom. I. p. 312. II. p. 273, 393. sq.

[4] Cf. Herod. V. 58. Pausan. V. 20. VI. 8.

[5] Plat. in Hipparch. Tom. V. p. 263. (ed. Bipont.)

[6] Bentl. Epist. infra in App.

[7] Aristoph. Av. 43.

[8] Chishull. Ant. As. p. 45.

in foco positus[1]. Cum autem quod in hac inscriptionis parte *ἐπίστατον*, in altera *ὑποκρητήριον* dicitur, non alia explicatione indigere videmur. Ἐπίστατος sc. *ἐφ' ᾧ ἵσταται ὁ Κρητήρ*, vel ut Galli *Soucoupe*. *ὑπόστατος* eodem sensu legitur apud Pollucem[2], et *ὑποστάτης* apud Pausaniam[3], Chishullius jus Romanum, et Latinam inscriptionem advocat. "In jure Romano sic loqui amant 'Cui Corinthia vasa legata essent, et *bases* quoque eorum vasorum collocandorum caussâ paratas deberi, Trebatius respondit[4];'" et inscriptio apud Gruterum[5] extat his verbis concepta;

> Sanctissimo Herculi invicto corpor. custodianor. L. Curtius Abascantus cum Curtio Gaudente fil. imm. a. II. Crateram Argyrocorinthiam cum basi sua et hypobasi marmorea, sua pecunia donum dederunt.

Ἠθμός. Vas est fundo subtiliter et creberrime perforato, *colum* Latine dictum, Anglice, *a Strainer*. Pherecrates[6] (a Chishullio mendose citatus et ita a Dobræo emendatus)

> Νυνὶ δ' ἀπονίζων τὴν κύλικα δὸς ἐμπιεῖν
> Ἔγχει τ' ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν.

Vulgo venditum una cum cratere suo docet Julius Pollux[7]. Ἐν μὲν τοῖς δημιοπράτοις καὶ ἠθμός τις ἐπὶ κρατῆρος πέπραται. Ex argento aliquando fiebat colum quod Epigenes[8] docet his verbis

> ἡδυπότιδας τρεῖς, ἠθμὸν ἀργυροῦν.

[1] Cf. Plaut. Aulul. Act. II. Sc. 8. a Chishullio advocatum.

[2] Pollux. X. c. 22,

[3] Pausan. in Phoc. c. 26. Cf. quoque Herod. I. 26. Athen. V. p. 309. Philost. VI. Vit. Apoll. c. II. p. 247, B.

[4] L. Hæres meus D. de Legat. 3.

[5] Gruter. p. XLVIII.

[6] Pherecr. apud Athen. XI. 480. C. Cf. Toup. Epist. Crit. p. 100.

[7] Jul. Poll. Onom. X. c. 24.

[8] Epigenes apud Athen. XI. 469.

Ἡθμός memoratur in catalogo, ut videtur, munerum cujusdam templi in Ægina, in marmore a viro doctissimo C. R. Cockerell ibi reperto, ad ipsum finem

ΑΡΥΣΤΙΧΟΣ:!: ΗΘΜΟΣ:!:

Magna lis est utrum huic voci recte necne aspirata præfigatur. Negat Bentleius, compositis ἀπηθεῖν, &c. testibus nisus. Sed vere Chishullius præter omnia Ionica, in communi etiam dialecto alia quoque simplicia aspirata in compositione aspirationem omittere monet. Hujus notæ sunt ἀντήλιος, ἀπηλιώτης. Quod autem Bentleius animadvertit, vocem scilicet in altera inscriptione sine aspiratione legi, id ne minimum quidem pondus ipsius sententiæ affert. Cum enim ibi sua jam potestas vocali H tributa sit, quo tandem modo aspiratio repræsentari potuit? Falli Bentleium auctorem quoque Scholiastem Apollonii Rhodii[1] habemus ita loquentem. Τὸ δὲ Ἡθμός δασύνεται. Κδοκα. "Eodem manûs errore inter marmora Oxoniensia in decreto Smyrnæorum v. 103. ΤΡΚΙΣ pro ΤΡΕΙΣ." Chishull.

Σιγενευσι. Vix dubium quin prius illud ὑψιλον errore irrepserit. Quomodo enim a nominativo Σιγειεῖς dativus Σιγενευσι recte flectendo deduci possit ego non video.

Εαν δε τι πασχο μελε-
δα ινεν * εο Σιγειες

} Ita apud Chishullium hic locus imprimis edebatur. In secundo Apographo, punctum inter α et ι in voce μελεδαινεν interjectum est. Postea Bernardus Mould et Askevius[2] μελεδαινεν δεο legebant. Chishullius

[1] Schol. Apoll. Rhod. I. 1294.

[2] Nouv. Traité. Tom. I. p. 630. Not. M. Asku qui a examiné de nouveau le marbre y a vu le Δ, comme il nous en a assuré lui meme.

lacunam inter literas Æolicam esse putabat, cum Æoles vocalium aut conjunctionem aut collisionem vitarent. Hiatum aliquando vacuum relictum esse monet Eustathius[1]. Ante ΕΟ literas ΕΡ deletas esse in prima editione Chishullius putavit ut sententia esset. "*Si quid patiar* ἐρέω i. e. ἐρῶ, λέξω, aut ἀπαγγελῶ, *jubebo Sigeos mihi medelam adferre.*" Postea autem cum a Bernardo Mould ΔΕΟ veram esse lectionem intellexisset, reponendum putavit μελεδαίνεν δε (i. e. δεῖ) ὦ Σιγειεῖς. Bentleius haud simplex sed duplex punctum post α esse debere putat, ut finis dictionis significetur, et ita legit,

Μελεδὰ ἴν' ἐνδέω Σιγείεσι.

Μελέδη (Æolice Μελέδα) hoc sensu vir cel. apud Hippocratem legi dicit et ἴν' ἐνδέω bene notum esse Græcismum docet. Tum locum hoc modo interpretatur; "*Si quid autem (detrimenti) passus fuerit (fuero), cura erit ubi opus habeo Sigeensibus*" vel si Σιγειεῖς magis irrideat, "*remedium erunt Sigeenses.*"

Eodem modo lacunam explendam esse existimat Maittairius[2], paulo aliter autem interpretatur; "*Si autem quid patiar, cura erit ut obstringam*[3] *Sigeenses*, i. e. *curo Sigeenses obstringendos ut, quicquid detrimenti patiar, sarciant.*" Quæ explicatio veritus ne cui displiceret, alteram excogitavit bonus ille Maittairius. Μελεδαίνεν Fεῶ i. e. (præposito digamma) ἐῶ ab ἐάω, *permitto* vel *jubeo*. Barkerus[4] nihil deficere putat; legit igitur ἐῶ eodem

[1] Eustath. ad Iliad. A. p. 22. οἱ Αἰολεῖς πόλλακις ἐν τοῖς διφθόγγοις ἀρκοῦνται μόνῃ διαστάσει.

[2] Maittair. Miscell. Carm. p. 181.

[3] Hoc sensu verbum ἐνδέω occurrere apud Plutarchum p. 26. F. (Ed. 1624.) monet Maittairius.

[4] Cf. Biblioth. Lit. No. X. p. 44.

sensu quo Maittairius Fεῶ. Dawesio[1] "nullus videtur esse dubitandi locus quin in verbo μελεδα ινεν vacuum spatium minus recte collocetur; ecqua enim litera suppleri poterit? oportet autem μελεδαίνε ν quod sic complendum est μελεδαίνειν." Toupius[2] legit μελεδαίνεν δεο (δέω) eam scilicet antiquam formam putans, a qua postea δέομαι ortum est. Jam tandem post tot inanes conjecturas Porsonum[3] audiamus. "Extant in lapide, teste Chandlero p. 3. vestigia literæ M satis manifesta. Legit igitur μελεδαίνειν με ὦ Σιγειεῖς, i. e. "*Si quid vero patiar, curate me, O Sigei.*" Quare hoc teneamus; Δέω autem istud utpote lubricæ fidei repudiemus." Μελεδαινεν (quod vix opus dictu) pro μελεδαίνειν ponitur, aut simplici litera antiquo more pro diphthongo posita, aut si mavis Æolico more scripta; unde recte Koen[4]. "Μελεδαίνεν in Inscript. Sigea cur displicuerit R. Dawesio rationem non exputo." In inscriptione Hierapytnensi, omnes infinitivi eodem more scribuntur. Quod sententiam loci attinet, digna quæ conferatur inscriptio apud Sponium[5] in Co insula reperta

τοῦ μνημείου τούτου
ἡ γερουσία κήδεται.

Dignus quoque qui advocetur locus Livii[6] de Horatiano sepulchro. "Id hodie quoque publice semper refectum manet."

ΗΑΙΣΟΓΟΣ . ΗΑΔΕΝΦΟΙ. Quæ Bentleius disputavit de sculptoris ignorantia, quasi hæc verba cum aspiratione scripserit, nauci sunt. Articulus scilicet cum sua voce in

[1] Dawes. M. C. p. 120.
[2] Toup. Emend. in Suid. Tom. III. p. 368.
[3] R. Pors. ad Toup. ubi supra p. 481.
[4] Koen. ad Greg. p. 142.
[5] Spon. Miscell. p. 339.
[6] Liv. I. 27.

unam syllabam coalescit. Ex his, ut vere Dawesius[1], "corrigenda est vulgata scribendi ratio, in istis *ὠνθρωπος, ὠδελφος, ὠνηρ,* et similibus dominatur," quamque tanto sudore Brunckius omnibus quoscunque ediderit scriptores infersit. Eodem quoque nomine reprehendendus venit Augustus Matthiæ[2]. Audiendus autem Porsonus[3] qui articulum cum α brevi semper in α longum coalescere statuit.

Rarissimo usu adjectum esse nomen *ἀνδριαντοποίου* censet illustrissimus Marchio Maffei[4], cujus tamen moris multa extant exempla. Apud Pausaniam[5] extat Epigraphe in basi insignis simulacri Jovis Olympici incisa, huic nostræ gemella, *Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μ' ἐποίησε.* Plura exempla in notis congessi[6].

En! tandem ipsam inscriptionem litteris vulgaribus redditam.

PARS SUPERIOR.	PARS INFERIOR.
Φανοδικο	Φανοδικο εἰμι το Η
εμι τορμοκ	ερμοκρατος το Προκο
ρατεος το	νεσιο καγο κρατερα
Προκοννη	καπιστατον και Ηεθμ
σιο· κρητηρ	ον ἐς πρυτανειον κ
α δε και ὑποκ	δοκα μνεμα Σιγευ
ρητηριον κ	ευσι· ἐαν δε τι πασχ
αι ηθμον ἐς Π	ο μελεδαινεν εο
ρυτανηιον	Σιγειες· και μ' επο
ἔδωκεν Συκε	εισεν Ηαισοπος και
ενσιν.	Ηαδελφοι.

[1] Dawes. M. C. p. 122.

[2] Matthiæ Gram. Gr. §. 55.

[3] Porson. ad Phœn. 903.

[4] Maffei. Mus. Veron. p. 38.

[5] Pausan. V. 10.

[6] Cf. Pausan. V. 24, 25. bis 27. VI. 10. VIII. 42. I. 2, 3. Gruter. XLII. LXVII. DCLXVII. Spon. Misc. p. 137. Gud. CCXIV. 7.

Class. I. Inscr. II.

INSCRIPTIO BURGONIANA.

TAB. II. Fig. I.

Clarke Itin. Tom. VII. p. 11. (8vo.) Walpole I. p. 453. Dodwell. Itin. I. p. 457. Millingen. Ancient unedited Monuments, p. 2.

Hæc verba inscripta sunt in amphora apud Thom. Burgon Smyrnæ asservata, et ab eo in sepulchro quodam Attico reperta, cujus descriptionem e Clarkio exscriptam in Appendice subjeci [1]. Literis Constantinopolitanis ita reddenda sunt.

τον Ἀθηνεον ἄθλον ἐμι i. e.
τῶν Ἀθηνείων ἄθλον εἰμί vel
τῶν Ἀθηνεων ἄθλον εἰμί.

Id proculdubio statui potest, vas victori cuidam ludis Athenis habitis dono datum esse, cum in eo effingantur bubonis et Minervæ effigies, taliaque vasa in ludis Atheniensibus victorum præmia esse satis constet [2].

Blomfieldius Ἀθηνέων pro Ἀθηνῶν scriptum putat, eaque qua unus est doctrina, plurimis locis e variis auctoribus advocatis sententiam confirmat [3]. His verbis Latine Epigraphen reddit. *Præmium sum ab urbe Athenis datum.* Negat autem Knightius ἄθλον cum genitivo Athlothetæ

[1] Cf. App. No. 2.

[2] Pindar. Nem. X. 67. Callim. frag. 122. Scalig. ad Euseb. p. 92. Corsin. Fast. Att. I. p. 31. (Diss. I. 25.) et II. p. 237. (Diss. XII. 10.) Jacobs. ad Anthol. Animad. Vol. I. Part. I. p. 245.

[3] Hom. Od. Γ. 278. Aristoph. Nub. 400. (Cf. Porson. Collat. MS. Harleian. p. 14.) Euphorion. apud Hermog. π. ι. p. 248. ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν. Plura reperies apud Koen. et Schæf. ad Gregor. p. 380. ed. Schæf.

To face P. 14

TAB: II.

Fig: 1.

Clarke.

Fig: 1. 2

Dodwell



Fig 1. 3

Millingen: Tab: 1.

Fig 1 4.

Millingen. Tab 3



Fig 2.



unquam poni[1], nec ego exemplum vidi. Videndum ergo an Ἀθηνέων pro Ἀθηναίων stare possit. Eo enim nomine Panathenæa imprimis appellata esse omnibus notum[2]. Quæ in priore Tomo[3] adfert Walpolius, de permutatione ε et αι, meræ nugæ sunt. Vossii[4] verba quæ profert, de nota illa et recentiori permutatione in MSS. agunt, cujus mille exempla index Schæferianus ad Greg. præbebit. Nec majoris ponderis sunt ea quæ e Scholiaste Theocriti profert[5]. Iste enim verba facit de γέα pro γαῖα scripto, quod revera pro γῆ vel γᾶ, vocali longa in duas breves resoluta ponitur. Melius autem in altero tomo[6] post Kiddium[7], Ἀλκμεωνίδης e marmoribus Potidæano atque Sandvicensi citat. Kiddius addit Timoclis locum[8], Ἀλκμέων' ἐσκέψατο. Sed hoc e scribæ errore oriri potuit. Observandum est nullum exemplum hujus permutationis e marmore antiquo citari nisi in verbo Ἀλκμεωνίδης. Hoc ergo vetustos Græcos sibi permisisse minime statuendum, nisi plura de modo antiquo scribendi verbum Ἀλκμαίων sciremus. Elmsleius autem (apud Millingenum) magnus auctor hanc permutationem apud veteres Atticos fieri confirmat, attamen nonnisi ante vocalem, quæ si brevis esset, longa fiebat. Elmsleius tamen nonnisi γέα et Ἀλκμέων advocat[9].

[1] Knight. apud Clarke Itin. Tom. VII. p. 14.

[2] Cf. Harpoc. voce Παναθήναια. Pausan. VIII. 2. Meurs. Panathen. p. 2. Nescio quid Millingenus (p. 4.) de Ludis minoribus sive Annuis *Athenæis* vocatis donec majores (Ol. LIII. 3.) instituerentur, postea autem *Panathenæis*. Undevas nostrum ante Ol. LIII. effictum esse putat. Sed majores ludi dudum ante id tempus instituebantur. Cf. Meurs. Pan. c. 3.

[3] Walpol. I. p. 454.

[4] Voss. ad Catull. p. 291.

[5] Schol. Theoc. I. 12.

[6] Walpol. Tom. II. p. 597.

[7] Kidd. ad Dawes. M. C. p. 76.

[8] Timocl. apud Athen. VI. p. 223. D.

[9] Cf. Elmsl. ad Bacch. 337.

Class. I. Inscr. III.

INSCRIPTIO LEUCADIA.

TAB. II. Fig. II.

Petrizzopulo. Saggio Storico sulle prime eta dell' Isola di Leucadia (Florent. 1814.) Tab. II.

Hanc inscriptionem Böckhius mecum communicavit; postea Petrizzopuli opus humanissime mihi commodavit omnium bonarum literarum patronus ille atque fautor Fredericus Comes de Guilford. Bibliopolæ enim Londinenses, ut videtur, ex Italiâ libros nunquam afferunt. Qui nuper ibi prodierunt, ipse in meum usum nunquam nisi amicorum beneficio comparare potui.

Quid de hoc marmore statuendum prorsus nescio, quippe quod aliqua contineat quæ contra omnes omnium de Græcâ linguâ sententias peccent. Spuriam imprimis inscriptionem duxi, nec hodie genuinam esse audacter affirmo. Magnam tamen vetustatis speciem præ se ferre observavit Knightius in literis MSS. nec proclive esse creditu, aliquos in barbara regione ita archaismi peritos extitisse ut titulum multa proculdubio ab extrema vetustate petita habentem ementiri possent. Plura Apographa quantum in me erat, comparare conatus sum quum vix dubium quin, si titulus revera genuinus sit, Petrizzopuli apographum fœdissimis mendis scateat. Variis autem casibus quos hic memorare haud opus est, spes omnes falsæ sunt.

Marmor repertum est anno 1753, in loco quodam Leucadiæ cui nomen Calterimi, prope quem reliquiæ operum quod aiunt Cyclopeorum extant[1]. Hodie apud Petrizzopulum asservatur. Vidit rediens ex Arabia Edwardus Wortley Montague, et multi sudoris ope, hanc tituli explicationem, si Diis placet, excogitavit. *Φέροντος (εἰμί ἐγώ ἄγαλμα) μνησικράτους ἐκ Κορίνθου εὐλαβείας χάριν ἀναθεμένον ἐν Λευκάδι ἱερὸν Ἀπόλλωνι καὶ ἐπ' ὀνόματι μητρὸς πόλιν οἰκοδομήσαντος*!! Böckhius ita legit atque explicat *Παιρω* (i. e. *Φαίρων*) *ὁ Μενεσικράτους τοῦ κορειτίου* (*Κορινθίου*) *καὶ οὐκ Ἀκαρνὰν ἱερόν τ' Ἀπόλλωνος καὶ πόλειν* (*πολιν*) *ομοονομάτιν* (*ὁμώνυμον*) *ματῆρος* (*μητέρος*) *κειτισα* (*ἔκτισα*) *τὰν ἐν τῶ Λευκάτῳ.* Cui explicationi hæc in literis MSS. subjicit. "Ita hæc explico et præter alia noto ob Fourmontiana "memorabilem esse scripturam *ματεερος*, item *Μενε-* "*σικράτους* quod vide ne sit *Μνησικράτους*. Alia in hoc "marmore male transcripta sunt, quæ tacitus correxi, ut "illud AϘAPEIN, quod in Autographo credo fuisse "AϘAPNAN." In initio vir cel. nimis longe a literarum ductu recessit. Liquido enim ibi scribitur

Παιρο το Μενεσικρατος.

Sed ex hac parte manca atque mutila est inscriptio. Primam enim lineam marmorum *βουστροφηδον* inscriptorum a sinistra dextrorsum duxisse sculptores videntur. Knightius partem nominis deesse putat et ita legit

..... *παιρου τοῦ Μενεσικρατους*

quod tamen vereor ut confirmari possit, cum ut verissime Thomas Young

[1] Petrizzop. p. 41.

(————quem tu, Dea, tempore in omni
Omnibus ornatum voluisti excellere rebus)

exempla Græcorum nominum in παιρος desinentium desint. Ego nomen proprium et verbum εἰμι in prima linea olim extitisse aliquando cogitaveram, ita ut (Æolico more litera ρ pro ς scripta) secundam lineam ita legerem

Παῖρ (Παῖσ) ὁ τοῦ Μενεσικράτους

et ita conjicit Youngius, sed obstare videtur articulus minime certe suo loco positus, quamvis proculdubio hæc pervetusta ad recentiorum normas revocare ridiculum esset. Knightius a Bockhii partibus stat quod verbum Κορειτιου attinet; notandum autem Κουριον fuisse oppidum[1] Acarnaniæ, cujus quondam peninsula erat Leucas. Jam quarta linea nocte ipsa obscurior. Cum ΟϘΑ (ΟΚΑ) satis liquido ibi legatur, Knightius vel εκσενεοκα (pro attico illo εξηνηοχα) vel aliquid ejusmodi legendum, et postea ϘΑΡΕΙΝ nomen forsan templo esse putat. Illam viri doctissimi conjecturam veri similem, hanc autem certam esse puto. Youngius cunctanter κατοκα χαριν legit, et pro κατενχης (*voti*) vel κατοχης (*possessionis*) χαριν[2] positum esse conjicit. Notandum formam accusativorum χαρειν, ομοονοματειν, πολειν, contra omnes Græcæ linguæ leges stabilitas peccare.

Quod duplicem vocalem in vocibus ομοονοματειν et ματεερος attinet, fuse in Præfatione de ea re egi. Quod si hoc fieri posse concedamus, nihil est, quantum videam, quod impediat quo minus μητηρος a μητηρ æque ac μνηστηρος a μνηστηρ derivari possit. Quod constructionem

[1] Strab. X. p. 451. A. Apoll. Dysc. MS. apud Bast. ad
[2] De hoc usu verbi χαριν cf. Greg. p. 32. ed. Schæf.

attinet, bene Græcum est *ομωνυμον μητρος*. Ita Isocrates[1] *Σαλαμῖνα—ὁμώνυμον τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος.*

De verbo *κειτισα* omnes consentiunt, ut pro *ἔκτισα* scriptum putent. Id certe vere dici potest, hanc formam a vera haud magis dissidere quam multæ quæ in lapide illo Rosettæo occurrunt. At si concedamus sculptorem adeo barbarum fuisse ut inter *κειτισα* et *ἐκτισα* nihil differre putaret, id quoque concedendum, nihil omnino de Græcorum antiquorum scribendi more ex hoc lapide statui posse. Cum autem id mihi omnino persuasum sit Apographum nostrum, modo titulus genuinus sit, mendosius esse quam ut de eo disputare tuto possimus, et meo et lectoris otio longius abuti nolo. Quod si Apographum accuratius ex Ionum insulis accepero antequam opus ad finem perduxero, id cum Lectoribus in Appendice communicabo.

[1] Isocrat. in Evag. p. 192. C. ed. Steph. 1593.

CLASS. I. INSCR. IV.

GALEA OLYMPICA.

TAB. III. FIG. I.

Walpol. Tom. II. p. 597.

INSCRIPTA sunt hæc verba in galea votiva, quod aiunt, a Leakio Olympiæ reperta. Walpolius ita legit

Κοιος μαποε i. e. Κωος μ' εποιει

tresque ultimas literas incertas esse existimat. Quod si concedamus, quænam hæ tres literæ esse possunt? Imo lege mecum ἐποεσεν. Facillime in galea ferrea, quam tantum exederet vetustas, litera ∃ fieret 日, et vix dubito quin ultima litera ⋎Φ sit ⋔; si enim Φ esset, quid sibi vellet quæ sequitur linea ⋎? Monogrammata quidem huic literæ simillima in nummis extant[1]; sed monogrammata in marmoribus vetustis nunquam vidi, nec intelligo, si ultimam literam monogramma esse concedamus, quid de præcedenti statui possit. Quod scripturam α pro ε attinet cf. Gregorium[2].

[1] Cf. Mionnet. Tab. II. Fig. 166. Tab. VII. Fig. 551.

[2] Gregor de dial. §. CXVII. p. 302. Ed. Schæf.

11.3.53

To face P 81

TAB: III.

Fig: 1.

Fig: 2.



Fig: 3.

Fig: 4. 1.

Gell.



Fig: 4. 2.

Cockerell.



Fig: 4. 3

Ion: Ant:



Digitized by Google

CLASS. I. INSCR. V.

TAB. III. FIG. II.

E schedis E. Tupper, T. S. Hughes, et Fourmontianis.

HANC inscriptionem in domo quadam Athenis reperit vir ingenii elegantia et varia eruditione insignis T. S. Hughes. Lycabetti prius viderat E. Tupper cujus Apographum mecum communicavit vir omni doctrinæ laude florentissimus P. P. Dobræus. In schedis Fourmontianis his verbis notatur "A χουρβαλα." Aliud Apographum Böckhius meus nuper mihi misit. Omnia Apographa in omnibus consentiunt, nisi quod Fourmontianum incuria, ut videtur, primum σ verbi εστησεν in linea secunda omittat. Böckhius primam lineam brevem esse titulum, Epigraphenque metricam esse statuit. Quæ jam in lapide reperiuntur, partem esse hexametri putat hoc modo concinnati,

"Εστησ' ἐνγυς (sc. ἐγγὺς) Ηοδῷ ἀγαθοῦ καὶ.....

Blomfieldius quidem[1] vocem ἐγγύς ab ἐν γύῃ derivari docet, quod tamen si verum sit hodiernam formam adverbium temporibus remotissimis recepisse concedendum est. Nec in titulo tam antiquo, unquam quantum sciam Gamma ante aliud Gamma in ν versum videmus. Rarius quoque proculdubio dativus verbo εγγυς subjicitur. Profecto nemo hujusmodi fragmenta satis explicare potest.

[1] Proleg. ad Matth. Gram. Gr. p. XLIX.

Class. I. Inscr. VI.

TAB. III. Fig. III.

Chandler. Pars II. 28.

Cum hæc, ut e forma literarum satis apparet, antiqua sit Epigraphe, hoc in loco posui, quamvis ex ea nihil extricari possit. Legere videor in media parte

ουριοι και τοι τυποι.

Sed quid hæc velint ignoro.

CLASS. I. INSCR. VII.

INSCRIPTIO DIDYMEA.

TAB. III. FIG. IV.

Ionian Antiquities (ed. 2.) Pars I. in Tab. ad init. cap. III. p. 29. et e schedis C. R. Cockerell. et G. Gell.

PROPE ruinas templi Apollinis Didymei reperta est hæc inscriptio. In apographo edito literæ ita parvæ sunt ut de iis vix recte judicari possit. Leakius autem, qua semper est humanitate, Apographum a G. Gell factum mecum communicavit.

Cockerellii Apographum in prima linea ΜΘΣΙΑΝΑΣ habet quæ vox nauci est. Legendum *Ερμησιαναξ* quod nomen apud Iones vulgare[1]. Lapis a sinistro latere abruptus est. Hermesianacta quendam cui statua Elide suscitata fuit memorat Pausanias[2]. In linea tertia quoque Cockerellius legit ΛΙΝΔΙΩ, quod vix verum esse potest. Lindii quidem veteri religione innotuerunt[3]; quid autem Lindio Apollini cum Branchidis?

[1] Cf. Paus. I. 9. VII. 17.

[2] Paus. VI. 17.

[3] Cf. Strab. XIV. p. 655. Callim. p. 105. Ed. Blomf. ubi Bentleius advocat Clem. Alex. Strom. I. p. 151. Pausan. in Corinth. p. 60. Cf. etiam Corsin. Fast. Att. I. p. 323. et Apollodor. Bibl. II. 4, 8.

Ductus quidem literarum vocem Βραγχιδεω indicare, locique sententia dativum requirere videtur. Quod tamen si verum sit, iota omissum, quod adscribi debuit, sculptorem aut inscitia aut incuria damnat. Præterea, quid ea articuli positione durius esse potest?

Quod vocem ημεας attinet, bene Leakius monet in utroque latere viæ sacræ a mari ad Apollinis Didymei templum ducentis sedilia esse et statuas (singulas ex eodem saxo quo sedilia) Ægyptiacis istis simillimas, quas tot viatores nuper invenere, pedibus scilicet junctis manibusque super genua positis. In latere unius ex his sedilibus incisa est inscriptio.

Digitized by Google

Fig. 1

ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ
ΜΕΝΕΛΑΟΣ
ΑΙΑΣ ΤΕΥΚΡΟΣ
ΝΕΣΤΩΡ
ΟΔΥΣΣΕΥΣ
ΔΙΟΜΗΔΗΣ

Fig. 2

ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ
ΜΕΝΕΛΑΟΣ
ΑΙΑΣ ΤΕΥΚΡΟΣ
ΝΕΣΤΩΡ
ΟΔΥΣΣΕΥΣ
ΔΙΟΜΗΔΗΣ

Fig. 3

ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ
ΜΕΝΕΛΑΟΣ
ΑΙΑΣ ΤΕΥΚΡΟΣ
ΝΕΣΤΩΡ
ΟΔΥΣΣΕΥΣ
ΔΙΟΜΗΔΗΣ

Fig. 4

ΑΧΙΛΛΕΥΣ
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ
ΜΕΝΕΛΑΟΣ
ΑΙΑΣ ΤΕΥΚΡΟΣ
ΝΕΣΤΩΡ
ΟΔΥΣΣΕΥΣ
ΔΙΟΜΗΔΗΣ

Class. I. Inscr. VIII.

TAB. IV. Fig. I.

Inedit. Cf. Clarac. Description des Antiques du Musee Royal. p. 241. (ed. 1820.) Dubois. Catalogue d'Antiquites de M. Choiseul Gouffier. p. 38.

Marmor e quo hæc verba exscripsi, in insula Samothrace triginta abhinc annis a Choiseulio repertum est, sed Galatæ dudum relictum, a Duboisio, anno 1816, Galliam devectum est. Hodie in Museo Regio extat. In eo effinguntur Agamemnon, Talthybius et, ut videtur, Epeus, nomine cuique imposito. Opus simplex est et admodum vetustum. Figuræ ex eo genere sunt quæ in vasis perantiquis vulgo conspiciuntur. Duboisius et (ejus verba fere exscribens) Comes de Clarac in Agamemnonis nomine Ω occurrere dicunt; mihi autem, ut et viro perspicassimo Thomæ Smart Hughes, O in eo loco liquido extare videtur.

Class. I. Num. IX.
VASA.

TAB. IV. Fig. II.

1. D'Hancarvill. Coll. of Gr. et Etrusc. Ant. in the Coll. of Sir W. Hamilton, T. I. p. 157. Moses. Tab. VII. 2. Millingen. Tab. IV. p. 11. 3. Millingen. Tab. VII. p. 16.

1. In hoc vase depingitur apri venatio, et nomina venatorum supra capita scribuntur. Hancarvillius recte hic haud Calydoniam [1], sed Italicam quandam venationem (cum Antiphatas memoretur et vas prope Capuam repertum sit) hic effingi primo statuerat. Postea[2] autem, cum in vase effingantur aquila (αἐτός) et avis cui nomen Meleagris, Hieroglyphica quadam ratione Calydoniæ venationis locum (Ætoliam) et ipsum Meleagrum ostendi putavit. Ego hujusmodi ænigmata haud intelligo, quare Hancarvillii verba in Appendice apposui.

2. In hujus vasis (prope Agrigentum reperti et apud Hamiltonum servati) altero latere effinguntur duo heroes de corpore quodam certantes, Achilles sc. et Hector. Sed cum in altero latere effingatur Aurora (HEOS, i. e. ἠως) Memnona auferens, in hoc latere quoque pro Hectore Memnona scribi debuisse putat Millingenus. Quod si verum sit, corpus Antilochi esset.

3. Hoc vas olim apud Comitem de Lamberg, hodie in Museo Imperatorio Viennæ servatur.

[1] Pausanias (X. 45.) nomina heroum in venatione Calydonia recenset, quorum ne unus quidem in hoc vase memoratur. Cf. Ovid. Met. VIII. 300—318. Apollod. I. c. 8. Heygin. Tab. 174.

[2] D'Hancarvill. Tom. IV. p. 206.

[3] Vox eadem occurrit in vase apud Millin. Peintures des vases Tom. II. p. 51. Tab. 35.

CLASS. II.

Digit by Google

To face Page 23



Class. II. Inscr. I.

INSCRIPTIO ELEA.

Walpol. in Mus. Crit. I. p. 513. R. P. Knight. in Ephem. Class. XIII. p. 114. Boissonade in Eph. Class. XX. p. 285.

"Hæc lamina ærea modulo ac forma, qua supra delineata, in agro Eliaco effossa, atque inde a G. Gell. A. S. MDCCCXIII reportata, fœdus inter duas ejus regionis gentes circa Olymp. XL. initum exhibet quod dialecto communi Hellenica et literis Constantinopolitanis sic reddendum mihi videtur.

ἡ ρητρα τοις Ηλειοις και τοις Εναοιοις. συμμαχια αν ειη ἑκατον ετεα, αρχῳ δεκατῳ. ει δε τι δεοι ειτε επος, ειτε εργον, συνειεν αν αλληλοις, τα τε αλλα και παρα πολεμου. ει δε μη συνειεν ταλαντον αν αργυρου αποτινοιεν τῳ Δις Ολυμπιω οἱ αν δεδηλημενοι λατρευομενων· ει δε τις τα γραφειη τῃ αν δηλεοιτο ειτε ἑτης ειτε τελεστης ειτε δημος, ἐν τῳ εφιερειῳ ἀν ἐνεχοιτο τῳ ενταυθα γεγραμμενῳ.

Judicent tamen doctiores et siquid probabilius habuerint, proferant." R. P. Knight.

Hæc verba exscripsi e chartula qua ipsum fœdus ære incisum cum doctis communicavit Knightius, qui pluribus postea suam interpretationem ornavit. Epigraphen summa cura recensitam postea quam laminæ tradita sit, testantur quum litera **O** in linea secunda in **Σ** mutata; tum litera **Σ**

(l. 9.) sua sede post cæteras incisas posita. Quod notandum ne quis imperitus cum fœdus explicare nequeat, suas conjecturas injiciendo nodum secare velit. Notandum quoque ob eandem causam, tantulum laminæ nocuisse tempus, ut ne punctum quidem, (nedum litera) in ea ambiguum aut obscurum sit.

Quo tempore fœdus initum, difficile dictu; vetustissimum autem esse multa ostendunt. Verba enim hic reperiuntur quæ, eodem saltem sensu, haud alibi apud solutæ orationis scriptores vel antiquissimos leguntur. Literæ nonnullæ antiquissima forma efficiuntur; et ipsa oratio inculta est quam maxime, atque rudis; quod cuivis duo fœdera, apud Thucydidem conservata, eademque dialecto conscripta, inspicienti clarius patebit. His nostram Ρητραν duobus totis sæculis antecedere putat Knightius[1]. Cum autem populi hic memorati obscuri essent atque ignobiles, adeoque literarum rudes ut, quantum sciamus, vix ac ne vix quidem dialecto sibi propria librum conscriptum habuerint, sculptor, si quando æris vel marmoris incidendi necessitas exorta fuerit, nullam certam regulam quam sequeretur, habere potuit. Quod cum ita sit, ævo alibi cultiori, inter has gentes incultissimum, quum loquendi, tum scribendi, morem diu permansisse minime a vero alienum. Hæc fere sunt quæ impediunt quominus de fœderis ætate aliquid audacter proferam, efficiuntque ut libens in Knightii sententiam eam, dicentis scilicet difficile esse aliquid certi statuere de inscriptionibus quæ vera historia vel vetustiores sunt vel indignæ quas memoret. Sed forsan illud notandum, in hoc fœdere articulum proprio

[1] Eph. Class. XIII. p. 117.

sibi more usurpari, quod Homericis temporibus haud factum omnes sciunt.

Exempla inscriptionum in æreis tabulis (χαλχωμασιν) incisarum collegit Vandalius[1] pluraque loca advocavit I. P: Boissonade[2] qui duo in hac Eliaca tabula foramina esse observavit per quæ adacti clavi parieti forsan Jovis Olympii adfixerint. Pausanias[3] quidem στηλην χαλχην fœdus inter Lacedæmonios atque Athenienses initum exhibentem, et Jovis Olympii statuæ suspensam memorat, quem morem fœderum Olympiæ servandorum diutissime apud Græcis mansisse testatur Livius[4].

Ἁ Fρατρα Æolice pro Ρητρα. Homerico[5] sensu vox usurpatur, quo si apud bonæ notæ solutæ orationis scriptores quæris, frustra quæres donec ad Ælianum perveneris ubi hoc sensu ter legitur. Qui plura de hac voce scire velit, scriptores in nota memoratos adeat[7].

Τοιρ Fαλειοις. Laconismum (ρ pro σ) casu et fortuito irrepsisse putat Knightius[8]. Sed oblitus est, ut videtur, vir minime oblivisci solitus, hanc permutationem Laconibus solis haud esse tribuendam. Est enim quum Æolum universorum tum præcipue Eleorum ac Eretriensium. Strabonem[9] de Eretria loquentem audiamus. Ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος ἄφ' οὗ καὶ τῶ γράμματι τῶ ρ πολλῷ χρησάμενοι

[1] Dissert. Antiq. Diss. IX. c. 2.

[2] Eph. Class. ubi supra Demosth. adv. Phil. III. p. 131. T. I. Tauchn. Lycurg. Leoc. §. 30.

[3] Paus. V. 23.

[4] Liv. XXVI. 24.

[5] Hom. Odyss. ξ. 393.

[6] Var. Hist. II. 7. X. 18. H. A. XV. 24.

[7] Mazoch. ad Tab. Herac. p. 234. Ruhnk. ad Timæum in voce. Apollonium ad voc. et ibi Tollium. Sturz. in Lex. Xenoph. Decret. Byzant. apud Demosth. de Coron. Tom. I. p. 273. (Tauchn.) et ibi interpretes. Gesner. ad Luc. Philop. §. 22.

[8] Eph. Class. XIII. p. 118.

[9] Strab. X. p. 448. (Casaub.) cf. etiam V. p. 221.

οὐκ ἐπὶ τέλει μονον τῶν ρημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ κεκωμώδηνται.
Nec aliter de Eretriensibus Plato [1]. Quod universos Æoles attinet adeundus Eustathius [2] et ab eo advocatus Herodianus. Sed proculdubio hæc permutatio apud Laconas magis usitata, ut verissime alio loco vir cel [3]. ubi illustre illud contra Timotheum decretum [4], Aristophanem [5] Laconas irridentem, et Plutarchum advocat [6]. Sed aliquid necessitudinis inter Σ et P interesse multa testantur. Veteres Latini pro ARENA, ASENA dixere, quod cum tradat Velius Longus [7], tradit quoque, "Σ familiariter in P transire." Inde orta est duplex forma nominativorum *honor* sc. et *honos*. Quod autem jure mireris, bis tantum in nostra tabula fit mutatio. Alibi enim σ suo loco reperitur. Utrumque scribendi et pronuntiandi modum ab his gentibus adhiberi potuisse putat Boissonade [8]. Sed hoc est nodum secare. Quid sibi voluerit vir idem cel. cum "Σ idem prope esse ac in monumentis nonnullis vetustis, exempli caussa in Sigeo et Nointeliano lapidibus," dixerit, prorsus nescio. Hoc enim adeo falsum est ut Σ ejusdem formæ ac in hac lamina nusquam in Nointeliano lapide, nec in Sigeo nisi in lineis a dextra sinistrorsum scriptis extet.

Ϝαλειοις. Hoc modo Elidem incolentium [9] nomen in

[1] Plat. in Cratyl. Tom. III. p. 334. ed. Bip. p. 434. C. ed. Serran. Cf. etiam Eustath. ad Iliad. B. p. 279. 33. Δ. p. 492. 15. Herodian. apud Eustath. ad Iliad. A. p. 114. l. 15. Hesych. voc. Ερετριεων Ρω. Hesych. voce Σιορ et ibi Intpp. Meurs. Misc. Lacon. II. c. 8. Phrynich. Eclog. p. 40. Salmas. de Hellenist. pp. 286. 489. Maittaire de Dial. p. 196. ed. Sturz. Fisch. ad Well. I. p. 201.

[2] Ad Iliad. A. p. 114. 16.

[3] Anal. Essay on the Greek Alphabet, p. 15.

[4] Cf. Casaub. ad Athen. VIII. p. 352.

[5] Lysist. v. 984.

[6] Plutarch. in Pyrrh.

[7] Vel. Long. apud Putsch. p. 2230.

[8] Eph. Class. XX. p. 292.

[9] Cf. Thucyd. II. 25. V. 31.

nummis sæpe representatur[1]. Quam autem regionem tenuerint Ευϝαιοιοι juxta cum ignarissimis ignoro. Ενα quidem, teste Stephano[2], Arcadiæ oppidum est. Ejus autem cives nunquam Εναοιοί dici potuere. Knightius[3] hanc vocem Elei cujusdam populi nomen proprium esse suspicatur. Quod verum esse potest, quum Elidem satis constet post Persicum bellum conflatam esse (modo ita loqui liceat) e parvis quibusdam pagis, quorum nomina postea tempus oblivione obruit. Dignus quidem qui exscribatur Strabonis[4] locus. Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις οὐπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδον ᾠκεῖτο—ὀψὲ δέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν νῦν πόλιν τὴν Ἦλιν μέτα τὰ Περσικὰ ἐκ πολλῶν δήμων, σχέδον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους τοὺς κατὰ Πελοπόννησον πλὴν ὀλίγων, οὓς κατέλεξεν ὁ ποιητὴς, οὐ πόλεις ἀλλὰ χώρας ὀνομάζει, συστηματα δήμων ἔχουσαν ἑκάστην πλείω, ἐξ ὧν ὕστερον· αἱ γνωριζόμεναι πόλεις συνωκίσθησαν, οἷον τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνωκίσθη—οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη μία ταὐτων (αὐτὴ.) Nec aliter Diodorus[5]. Ἐναοιοι ergo æque ac Elei ex illis pagis esse potuere quorum conventu postea constitit gens Elea atque ipsa Elis. Illud tantum turbat quod nesciam quomodo ullius oppidi incolis consueta in his rebus lex Etymologiæ nomen talis formæ tribuere possit. Inscitiæ forsan quamvis haud incuriæ Scriptor insimulandus. Böckhius noster advocat nummum ita inscrip-

[1] Cf. Eckhel. Doct. Numm. Vet. P. I. Vol. II. p. 267. Goltz. Tab. XXXV. et XXXVI. Combe Mus. Hunter. No. 21. et 22. Pellerin. Tom. I. Tab. X. Eckhel. Num. Vet. Anecd. Tab. I. No. 7. R. P. Knight. Essay, p. 13.

[2] Cf. Harduin. Num. Vet. Pop. voce Ενα.

[3] Ubi supra p. 115. et infra in App.

[4] Strab. Geog. VIII. p. 336. ed. Casaub.

[5] Diodor. IX. Tom. II. p. 39.

tum. ΕΥΑΕΙΩΝ ΑΧΑΙΩΝ. qui tamen ut ipse agnoscit, nostrum locum non defendit[1]. Quid sibi velit vanus homo[2] nuper de hac lamina disserens prorsus nescio. Eu! ipsum loquentem. "Ejusdem populi ut videtur mentio facta est in Gruteri Inscr. p. ccxii. Locum citat Koen. ad Greg. p. 102." Populus ibi memoratus est Γαεωνες, nisi, quod Koenio videtur, vox *canales* significet! Sed nuperrime ipse fœderis reportator G. Gell[3] minime ΕΥΓΑΟΙΟΙΣ sed ΕΡΓΑΟΙΟΙΣ legendum monuit, quo verbo Heræos, populum scilicet Elidi proximum, significari putat. Judicet Lector.

Lin. 2. Συνμαχια. Ejusdem formæ ac infra ολυνπιοι hanc scripturam esse putat Boissonade quod jure mireris. Ολυνπος cum compositis hoc modo inter longe seriores scribitur. Illa autem præpositionis a voce sua dissensio rudis est omnino ac remotæ ætatis.

L. 2. Κεα. Recte Knightius per ἀν εἴη interpretatur, sc. κα εἀ. Nota satis locutio. Ita apud Thucydidem[4] in tali re. Λεγόντων ὅτι——Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι. εἴη δ' ἂν εἰ τοὺς Ἕλλήνας αὐτονόμους ἀφεῖτε. Fœdera autem ipsa, quantum memini, omnia alio modo concepta, modis videlicet imperativo et infinitivo. Κα pro αν vulgare in monumentis Doricis. Εἰ δέ τις κὰ ἄγη in Decreto Ætolorum[5]. Εἰ δέ τινες κὰ—ἀδικήσωσι in Decreto Istroniorum[6]. Quo decreto occurrit illa ipsa ellipsis quam hic legimus,

[1] Böckh. über die Staathaushaltung der Athener. Tom. II. p. 391. .... ΕΥΑΕΙΩΝΑΧΑΙΩΝ — am nächsten hierher passt, wiewohl die Endung οιοι in unserer Inschrift dadurch noch nicht erklärt ist.

[2] Eph. Class. Tom. XXII. p. 352.

[3] Eph. Class. Tom. XXIV. p. 402.

[4] Thucyd. I. 139.

[5] Chishull. Ant. As. p. 106.

[6] Id. Ib. p. 112.

Ἐφ' ὅσον κέωμεν δυνατοί. Nec aliter in decreto Corcyræo[1]. ἀφ' οὗ κάρξονται. ubi multa exempla hujus particulæ occurrunt[2]. Fallitur autem Chishullius qui notam phrasin οἱ τοκαει κοσμοντες, in decretis Istron. et Hierapytn. supra citatis, per το κα αει κοσμ. explicat et hoc modo Latine vertit. "*Cosmi autem qui ea in perpetuum auctoritate fuerunt.*" Putavit scilicet vir cel. το ἀει æque ac το νυν Græce dici posse et postea "intromissam esse inter το et ἀει Creticam expletivam κα." Sed κα nec expletiva est, nec inter το et ἀει intromitti potest; nec bene Græca est phrasis το ἀει; quod si aliter esset, vim vocis ἀει[3] minus

[1] Montfaucon. Diar. Ital. p. 412.

[2] Hic gratia lectorum exscribam inscriptionem (quippe quæ ejusdem particulæ exemplum præbeat) adhuc quantum sciam ineditam a Linckhio atque Brondstedio Carthææ (in templo Apollinis) in *Cea* repertam, atque mihi a viro celeberrimo P. P. Dobræo datam. Novem lineæ satis integræ manent. Postea spatium vacuum relinquitur satis latum ut duas tresve lineas capere possit. Tum sequuntur tres lineæ, de quibus nescio an ejusdem aut alterius ad eandem rem pertinentis inscriptionis partem esse statuere debeamus.

1. Ἔδοξεν τοῖς Αἰτωλοὶς ποτί τοὺς νιους (sic, sed lege Κείους) τὰν φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν διαφυ—

2. —λάσσειν καὶ μηθένα λγειν (lege ἄγειν) Αἰτωλων μηδὲ (μήτε?) τῶν ἐν Αἰτωλίαι πολιτεύον—

3. —των τοὺς Κείους μηθάμοθεν ὑρμώμενον μήτε κατὰ γαν μήτε κατὰ θάλατ—

4. —τὰν μήτε ποτ' Ἀμφικτυόνικον μήτε ποτ' ἄλλο ἔγκλημα μήθεν, ὡς Αἰτωλῶν

5. ὄντων τῶν Κείων εἰ δέ τις κα ἄγει τοὺς Κείους, τὸν στραταγὸν ἀεὶ τὸν ἐνάρ—

6. —χοντα τὰ ἐν Αἰτωλιαν (lege Αἰτωλίαι) καταγόμενα.....οντα κύριον εἶμεν καὶ τους

7. Συνεδρους καταδικάζοντας τοῖς Κείοις....να....το....μιαν

8. ἄγ κα δοκιμα....ων τε κυρίους εἶμεν στρατα.....

9. ταρτον πρεσβευσάντων ἐν κε...

1. Ἐπὶ θεώρου Σωκράτους τον Τιμονουσα (legendum του, nomen autem corruptum est)

2. Τὰν φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν ποτὶ κε....

3. γονοτα (forsan γον ... οντα) αὐτοῖς.

[3] Cf. Blomf. ad Prom. 973. et ab eo advocatos Valck. ad Theoc. Adon. p. 272. Koen. ad Greg. p. 80. et Toup. ad Longin. p. 44.

capit vir celeberrimus. Melius Koenius[1] per τοτε ἀει explicat, atque ita Bentleius in Diss. de Phalaride legit[2].

L. 2. εα. Manifesto labitur Boissonade Hesychium advocans. εα. ἀφὲς ἤ ἦν ἤ ὕπηρχεν. Phrasis enim κα εα, si εα pro ἦν poneretur, "*fuissel*" valeret, non "*erit.*" Et præterea εα pro ἦν Ionum erat[3]. Recte, ut opinor, Knightius per εἴη explicat, quamvis exempla desint.

L. 2. Εκατον Fετεα. Vox ἑκατον illis adjicienda quas ab aliis Græcis δασυνομενας, Æoles ψιλας reliquere. De Fετος ita Knightius[4]. "Fετος v. ετος. Hesychio ΓΕΤΟΣ atque in tab. Herac. ΣΕΤΟΣ, *annus;* unde Latinum *Vetus* et *Vetustus,* idem quod *Annosus.*" Latinum *Vetus* ab Fετος profluxisse vidit quoque Mazochius[5] et pœne videre Scaligerus[6] atque Vossius[7]. Vox ετος proculdubio apud Homerum Digamma habuit[8]. Fœdera, ut videtur, sæpe centum annos duravere[9].

L. 3. Αρχοι δεκατοι. Hic locus omnes interpretes mire contorsit. Eo tempore quo fœdus initum, decem tantum menses apud Æoles fuisse Knightio[10] placet. Et profecto rem ita esse apud vetustissimos Græcos satis cognitum. Singulis mensibus tum singulos Archontes præfuisse putat, et postea υπο aut επι intelligendum, adeo ut hæc verba fœdus, decimo Archonte jam rerum potito, initum

[1] Τοκα pro τοτε apud Tim. Locr. p. 562. Theoc. Id. II. 64. Cf. Gregor. p. 167. et Koen. ad Greg. p. 80. Fisch. ad Well. I. p. 213.

[2] Bentl. de Phal. p. 331.

[3] Fisch. ad Well. II. p. 498.

[4] Proleg. ad Hom. p. 85. CLIII.

[5] Mazoch. ad Tab. Herac. p. 130. n.

[6] Scalig. Conjecr. in Varr. p. 176.

[7] Voss. voce *Vetus.*

[8] Cf. Dawes. M. C. p. 178. Kidd. ad Dawes. p. 268. Knight. ubi infra.

[9] Cf. Thucyd. V. 47. IV. 114.

[10] Eph. Class. XIII. p. 114.

esse ostendant. Alii Decennales fuisse Archontes Eleos, et finem fœderis sub illo, qui decimus esset ab icto fœdere, innui putant. Quod, ut vere Knightius, alio prorsus modo (sc. ες ἀρχον δεκατον) concipiatur necesse est. Boissonadius[1] de hoc loco ita loquitur "Si hæc "verba pro dativis sumentur duo erunt interpretationis "modi, *Archonte decimo*, vel, *Archonte Decato*. Qui "prior versio stare possit, non bene intelligo; altera "melior esse videtur." Hanc tamen non nisi nugis quibusdam de nominibus propriis longe serioribus, qualia sunt Πρωτη, Δευτερα, et similia, defendit; et postea suam sententiam exponit. Verba hoc modo vertit "*Archontes autem decem erunt*." "Fuerunt enim," ait "*forsan* utraque gente Archontes ad Decennium inte- "grum constituti, ita ut decem Archontes sancitum an- "norum centum tempus explerent. *Paulum turbat* hic "usus vocis Δεκατα, cum Δεκα expectes. Forte etiam "divisim legendum δ' εκατοι; et εκατοι erit adjectivum "ab εκατον formatum, nec illud hic proprie positum, vel "erit· mendum in apographo, et reponendum αρχοι δ' "εκατον. *Anni erunt centum et centum Archontes.*" Sed hæc sunt hominis otio abutentis. Quod Eleorum civitatem attinet, perpauca quidem colligere potui. Olympiade 90ma. recensentur Eleorum magistratus in fœdere apud Thucydidem[2]. Ἐν Ἤλιδι (ομνύντων) οἱ δημιουργοὶ καὶ οἱ τὰ τέλη ἔχοντες καὶ οἱ ἑξακόσιοι· ἐξορκούντων δὲ οἱ δημιουργοὶ καὶ οἱ θεσμοφύλακες. Ne verbum quidem de Archontibus. Δημιουργοὶ civitatis principes erant inter

[1] Eph. Class. XX. p. 291.

[2] Thucyd. V. 47.

Dores[1], Achæos[2], Mantineos[3], Argivos[4], Delphios[5]. Summis ergo magistratibus inter Eleos quoque Δημιουργοις fuisse nomini credo. Proclive quidem dictu est, et proculdubio verissime dici potest, mutationes in rebus-publicis sæpissime factas esse, nec eidem civitati eosdem semper magistratus præfuisse. Sed nullo teste adhibito, vix illud ponere licet, Archontes scilicet, summi nomen honoris inter Eleos, rempublicam gerere aliquando esse solitos. Quid si δεκατοι pro δε κα τοι positum statuamus, totumque locum hoc modo explicare tentemus; αρχοι δε κα τοι, i. e. ἄρχοι δἄν τούτῳ, articulo τῷ sc. pro τούτῳ posito, et voce ἔτει subaudita, quamvis vereor ut ista phrasis bene Græca sit. Infra quidem ται pro ταυτη legitur; et vix fieri potuit quin fœderis, quod tempus statutum duraturum esset, initium recte constitueretur. Ita in inscriptione Orchomenia tertia ubi sermo est de Eubuli επινομία, hæc habemus. Ἄρχει τῶ χρόνω ὁ ἐνιαυτος μετὰ ἄρχοντα κ. τ. λ[6]. Nec minori diligentia initium induciarum inter Athenienses et Lacedæmonios statuit Thucydides[7]. Nescio an operæ pretium sit memorare δεκατις in eadem inscr[8]. Orchomenia pro δ' αν τις occurrere. Böckhius[9] noster locum a nemine, ut ipse verissume, satis explicatum non tetigit.

L. 4. Fαργον. Fεργον semper apud Homerum. "Λοιγια Fεργα, et sic sexcenties. cf. ad. Γ. 77." Heynii verbis utor. Conferendi quoque Kiddius et R. P. Knight.

[1] Cf. Eustath. ad Odyss. p. 1825. Hesych. Etym. M. et Suidam in voce.
[2] Cf. Polyb. Exc. Legat. XLVII. Liv. XXXII. 22. XXXVIII. 30.
[3] Thucyd. V. 47.
[4] Eustath. ubi supra.
[5] Lucian. in Phalar. II. ad init.
[6] Clark. Itin. Tom. VII. p. 196.
[7] Thucyd. V. 19.
[8] Böckh. über die Staathaushaltung der Athener. II. p. 391.
[9] Heyn. in Exc. ad Iliad. T. 384.

α pro ε Dorum est, testibus Gregorio[1] et Maittairio[2]. Ταμνω scilicet, τραφω[3] cum similibus Dorum sunt. Ιαρος pro ἱερος in inscr^e. apud Clarkium[4]. Ιαροκλειος in inscr^e. Oropia inedita[5]. Αργαδεις nomen erat unius e tribubus veteribus Atheniensium ex hoc fonte derivatum[6].

L. 4. Συνεαν καλαλοις ταταλ καὶ παρπολεμο. Knightius ita hæc interpretatur. Συνειεν αν αλληλοις τα τε αλλα καὶ παρα πολεμου. Nec dubium quin recte. Quamvis enim forma ειαν haud alibi occurrat, Doricas gentes α pro ε sæpe usurpasse jam supra notavimus, et præterea satis notum est tertiam pluralem omnium optativorum Æolicorum in αν, ut infra αποτινοιαν, desinere solere. Eodem nomine quo antea, hic quoque reprehendendus venit Boissonade qui συνεαν pro συνησαν scriptum putat. Quid enim est istud συνησαν αν, nisi "mutuo auxilium *adtulissent?*" Sententia autem postulat "mutuo auxilium se *adlaturos* esse (pollicentur)."

L. 4. Quod αλαλοις, ταλ et postea γραμενοι attinet, notandum est reduplicationem in aliis quoque marmoribus aliquando esse omissam. Sic in Sigeo Προκονεσιο habemus pro Προκοννεσιο, et in marmore Larissæo Ἰπομεδων pro Ἱππομεδων. Nec mirandum si αλλα et παρα ultima quæque litera privetur. Dores enim, ut Grammatici[7] semper dicunt, βραχυλογοι καὶ ολιγοφράδεις erant, et Strabo exempla verborum quibus ultima syllaba ab illis adempta est

[1] Gregor. de Dial. p. 138. (p. 304. ed. Sch.)

[2] Maitt. de Dial. p. 203. ed. Sturz.

[3] Aristoph. Ach. 788. Theoc. III. 16, &c.

[4] Itin. Tom. VII. p. 215. (8vo. ed.)

[5] Infra Class. IV. No. 4.

[6] Cf. Wess. ad Herod. V. 66. et Herod. Diss. p. 169. Casaub. ad Strab. VIII. p. 588. B. Corsini. Fast. Att. I. p. 119. Poll. Onom. VIII. §. 109. (Tom. II. p. 931.)

[7] Cf. Casaub. ad Strab. VIII. p. 364.

congessit[1], quod idem fecit Gregorius[2]. Παρ quidem pro παρα ante consonantem ubique legitur apud Homerum, atque Pindarum[3], et in tertia Orchomenia inscriptione[4] occurrit. Difficilius est statuere quo sensu adhibeantur verba παρπαλεμο. Totius loci sententia ita concipi potest. "*Alii aliis auxilium se daturos esse (pollicentur) quum quod cætera attinet tum in bello.*" At si concedimus συνείναι sensu τοῦ ἀμύνεσθαι positum esse, haud melius res sese habet. Illud enim verbum præpositionem παρα post se nunquam recipit. Nec si ad vetustissimos auctores respicias, quicquid videbis quod monstret quo sensu nostro loco præposito adhibeatur. In Homero semper (cum genitivo conjuncta) verbis motum significantibus subjungitur, nisi semel in Iliade quarta[5].

Πλευρὰ, τά οἱ κύψαντι παῤ ἀσπίδος ἐξεφαάνθη

ubi recte Heynius explicat locum, sc. ἔξω τῆς ἀσπίδος. Apud Pindarum rarissime cum genitivo legitur[6] et semper sensu vulgari.

L. 5. Αι δε μα συνεαν ταλαντον καργυρο αποτινοιαν τοι Δι Ολυνπιοι. Nihil hic difficile. Ει δε μη ξννειεν, ταλαντον αν αργυρου αποτινοιεν τω Δι ολυμπιῳ. Nec aliquid novi, in fœdere[7] enim inter Priansios et Hierapytnenses, illi quicunque contra leges fœderis offenderit multa τιμηματα denunciantur. Quod huic loco contulere a Thucydide[8] Böckhius[9] et Walpolius[10], haud omnino ad rem. In

[1] Strab. VIII. p. 364.
[2] Gregor. de Dial. p. 142.
[3] Pindar. Pyth. I. 148. Nem. X. 89. Isth. VII. 68.
[4] Clark. Itin. VII. p. 192.
[5] Iliad. Δ. 468.
[6] Ol. I. 112. II. 127. V. 21. XIV. 33. Pyth. I. 148. 171. Nem. IX. 1. X. 89. XI. 46.
[7] Chish. Ant. As. p. 130. Maitt. Marm. Ox. p.
[8] Thucyd. V. 31.
[9] Ubi Supra.
[10] Walpol. in Mus. Crit. p. 537.

eo fœdere enim tributum indicitur Jovi quotannis pendendum.

L. 6. Δι pro Διΐ; duabus scilicet syllabis in unum contractis[1]. Nec aliter in galea Olympica a Brondstedio publici juris facta[2]. Alibi hanc formam non offendi quamvis tertius casus *fœmininorum* in ις apud Æoles ita sæpe scribatur. Θετι pro Θετιι legitur apud Homerum[3], et sæpissime apud Ionas[4]. Ita quoque Διφιλος contractum est a Διϝιλος, prima longa, quamvis per ecthlipsin factum esse falso, ut mihi quidem videtur, doceat Socrates apud Platonem[5].

L. 6. Ολυνπιοι. ν pro μ in hac voce occurrit in galea antiquissima ab Olympia a B. Frere reportata[6], neque aliter in recentioribus marmoribus[7].

L. 6, 7. Τοι καδαλεμενοι λατρειομενον. Vexatissimus locus. Knightius ita explicat atque interpretatur. Οἱ αν δεδηλημενοι λατρειομενων. "(*Solvent Jovi*) *quicunque fœdus violaverint, sacrorum causa;*" et postea dicit causalis præpositionis ellipsin, quæ, illo judice, ante λατρειομενον fiat, vulgarem esse. Denique nullum exemplum participii λατρειομενων, aut verbi a quo ortum est, passivo sensu gaudentis se reperisse fatetur, quod tamen haud aliam propter causam forsitan accidisse putat quam quod nullus extet locus ubi sensu passivo opus sit. Δηλεομαι contra semper activo, nunquam passivo aut medio sensu gaudere

[1] Cf. R. P. Knight. Proleg. CLII. voce ΔΙϜΟΣ.

[2] Infra Class. II. 6.

[3] Homer. Iliad. Σ. 407.

[4] Cf. Herod. II. 102. 141.

[5] Plat. Cratyl. 17. Cf. Etym. M. h. v. p. 279. 28. Fisch. ad Well. I. p. 131.

[6] R. P. Knight. ad Iliad. A. 221. et infra Class. II. Ins. 3.

[7] Cf. Beaufort. Caramania p. 44. Memoir. de l'Acad. des Inscr. XLVII. p. 314. Walpole, Tom. I. p. 455.

docet. Quæ de λατρειομενον dicit vir doctissimus, hæc aut vera aut falsa esse possunt; quæ autem de verbo δηλεομαι, his minime assentior. Apud Homerum quidem, Theocritum [1], Theognidem [2] non nisi tempora media, activo autem sensu, leguntur; apud Euripidem [3] perfectum passivum occurrit: e quo loco nihil certi statui potest; apud Herodotum autem sæpius passivo sensu gaudet. Bis perfectum passivum occurrit quorum in uno [4] locorum, sensus, si Porto credis, activus est, sed recte Schweighæuserus illi loco passivum tribuit sensum, nec aliter Larcherus vertit, "*Ne souffre aucun dommage.*" In altero loco [5] sensus haud dubie passivus est, et Valckenærius quidem per βεβλαφθαι exponit. Alius quoque locus extat ubi tempus præsens [6] sensu passivo usurpatur.

Fœderis nostri interpres Gallicus hoc loco verba τοι καδαλεμενοι cum τοι Δι conjungit et Lennepium secum consentire docet. Nec aliter scriptor quidam in Ephemeride Classica [7]. Quod nescio an male. Postea autem Boissonadius λατρειομενον cum ταλαντον conjungit ita ut vertat "*Talentum Jovi Olympio læso vel offenso dicatum.*" Quod nullo modo defendi potest. Si λατρειομενον cum Knightio, aut meliori adhuc ratione explicare possemus, simplicius certe et expeditius τοι καδαλεμενοι cum τοι Δι conjungere mihi videtur. Sed illic quoque turbat incommodum istud κα, pro κατα ut videtur positum, quod tamen nescio an satis tueri possim. Nota quidem sunt

[1] Theoc. XV. 48. XXII. 127. IX. 36.
[2] Theog. 791.
[3] Hippol. 175.
[4] Herod. IV. 198.
[5] Herod. VIII. 100.
[6] Herod. II. 12.
[7] Eph. Class. XI. p. 349.

ista καπτεσειν, καββαλειν; et quum in hac tessera διπλασιασμος ejusdem literæ nusquam appareat, proclive dictu est καταδηλεομαι, breviori forma, non nisi per καδηλεομαι scribi posse. Hæc autem omnia in lubrico versantur; nemo aliquid certi statuere potest. Verissime tamen Knightius monuit compositum καταδηλεομαι haud alibi occurrere. Ipse quidem præpositione κατα cum verbo δηλεομαι conjungi nequire putat. "Quid enim esset," ait "apud nostrates, *to injure down, to hurt down?*" At si mihi judicare licet, hæc nimis argute vir celeberrimus; multa enim extant verba cum hac præpositione composita quibus tamen minime propria ejus vis congruat. Notandum præterea δαλεμενοι nec huic nec alteri hypothesi omnino congruere. Si perfecti temporis participium sit, δαλαμενοι, si præsentis δαλεομενοι vel forsan δαλομενοι magis expectaremus. Sed quod modo dixi, id hic repetendum, in rudi scilicet nec forsan sibi per omnia constanti dialecto, nihil satis certi statui posse.

L. 7. Αι δε τιρ τα γραφεα ται καδαλεοιτο. Quod τιρ attinet cf. locos supra citatos de voce τοιρ; τα pro ἁ vulgare; γραφεα cum Knightio explico sc. ut antea εα pro ειη, sic hoc in loco γραφεα pro γραφειη positum videtur. Quæ mutatio, nisi fallor, haud alibi occurrit, sed de εα vix dubitare possumus, quum sententia nullum nisi optativum tempus recipere videatur. Quod si verum sit, germana est omnino forma γραφεα. Postea, ται i. e. τῃ, pro ταυτῃ (sc. ρητρᾷ), quod vulgo factum omnes sciunt[1]. His verbis innuitur, ut credo, ipsius monumenti violatio[2].

Hic autem a Boissonadio memoratur conjectura viri

[1] Cf. Blomf. ad Sept. Theb. 17. [2] Videsis infra p. 47.

doctioris quam ut eum digne laudare possim P. P. Dobræi, qui hoc in loco puncta post γραφεα delenda putat, ut γραφεα et ται in idem verbum coalescant, et ita γραφεαται pro γεγραφαται ponatur. Nisi tamen præter γραφω aliud verbum esset quale γραφεω, γραφαται magis expectandum esset [1]. Vincentius [2] ὁ μακαριτης, γραφεα forsan ab obsoleto vocabulo γραφος pro γραφη derivari posse putavit; cum in vase fictili hodie extent μόλκος et άλκος pro μόλπη et ἄλκη. Nec ea conjectura temere damnanda. Vere quidem Knightius γραφος nihil nisi ipsam Pητραν designare posse dicit; cum autem nullam pœnam denunciari putet illis qui tesseram violaverint, sed iis tantum qui fœdus in ea scriptum ruperint, illis haud assentior. Nisi enim his verbis tesseræ ipsius violatori pœna indicatur, inutiliter prorsus, ut mihi videtur, quæ prius dicta sunt, hic repetuntur. Qui enim fœderis pacta violaverit, illi jam antea pœna constituta erat.

L. 8. Αιτε Fετας, αιτε τελεστα, αιτε δαμος. Ἕτης apud Homerum quoque Digamma habuisse [3] videtur. Ibi semper Ἕτης sodalis est [4]. Apud Thucydidem [5] simpliciter *civis* esse videtur quamvis aliter Scholiastes. τοῖς ἕταις) τοῖς πολιτευομένοις ἐν μίᾳ ἑκαστῃ πόλει. Stephanus hæc habet. "Ἕτης socius. amicus. Idem fere quod Ἑταῖρος. ἑταῖρος autem συνηθέστερος, id est, familiarior alicui est quam Ἕτης. Hoc vocabulum Eustathius inde derivari putat unde ἑταῖρος scilicet ab ἔθος, ut ambo sint idem ac

[1] Cf. Gregor. p. 229. Etymol. Mag. p. 9. 19. Fisch. ad Well. II. 408.

[2] Apud Knight. in Eph. Class. ubi supra et infra in App. I.

[3] Cf. Kidd. ad Dawes. M. C. p. 268. Heyne in Exc. ad Il. T. 384. Aliter tamen Knightio visum qui dedit ἑτης in Iliad. Z. 239.

[4] Iliad. Z. 239. I. 460. II. 456. 674. Od. Δ. 16.

[5] Thucyd. V. 79.

ἑθάς. Etymologistes vero ab ἔτος derivat ut sit ὁμοέτης Æqualis; vel ab ἑτεὸς ut sit *verus amicus.*" Hesychius Ἕεται . ἑταῖροι . συνήθεις . πολῖται . δημόται[1]. φίλοι . ἐπίκουροι Ἕετας . τοὺς κατ' επιγαμίαν οἴκους . καὶ πολίτας . Ἕεταισιν. ἑταίροις . πολίταις. Suidas. Ἕετης . ὁ πολίτης . ἀπὸ τοῦ ἔθους. Knightio videtur Ἕετην unum esse posse e societate (ἑταιρεία) ex illis civibus constanti quibus officia muneraque tradita sunt, quamvis simpliciter postea vertat *civis.* Ea certe vulgaris vocabuli significatio nec aliam, ut mihi videtur, hic locus requirit. Tum τελεστα pro ὁ ἐν τέλει ponitur, nisi fallor, quamvis aliter Knightius qui a τελειν *tributum pendere* derivatum putat vertitque "*qui tributa quæ respublica exigit, pendit.*" Postea δἀμος pro ea cujusque gentis parte cui nec munera committuntur, nec tributa injunguntur, positum putat, et totum locum vertit. "*Sive civis, sive liber homo qui tributa pendit, sive liber civis.*" Et profecto Δημος aliquando pro Δημοτης ponitur, ut a Stephano et Hesychio discimus. Sed tot verbis minime opus erat, cum hos omnes cives una vox complecti potuisset. Ego contra ἑτης pro *civis,* τελεστα pro *magistratus,* δημος pro *gens* sive *populus* poni credo. Hujusmodi enim enumeratio in hisce formulis solennis. Bene Boissonadius Amphictyonum jusjurandum advocavit[2]. Ἐι δὲ τις τάδε παραβαίνοι ἥ πόλις ἥ ἰδιώτης ἥ ἔθνος; et Polybium[3]. Εἴ τις ἰδιώτης ἥ πόλις. Nec aliter locum constituit noster Böckhius[4] cujus verba subjungo. "Fέτης ist hier offenbar ein bürger, wie in dem ähnlichen

[1] Interpretes ad Hesych. monent hanc expositionem pertinere ad Æschyl. Suppl. 255. Ubi interptes Græcus. Ἕετην) ὧν δημοτην.

[2] Eph. Class. ubi supra.

[3] Polyb. VI. 13. 5.

[4] Böckh. Tom. II. p. 393.

bündniss bei Thucyd. V. 79. Τελεστης scheint die obrigheitliche Behörde zu bezeichnen, οἱ τά τέλη ἔχοντες in Elis (Thuc. V. 47. in einem bundniss;) also *ob Burger oder Behorde oder ganger Staat.*" Tum quod sequitur ἐντ' pro ἐστι poni putat, et locum ita ordinat; αἴτε Fέτας, αἴτε δᾶμός ἐντ' (sc. ἐστι).

L. 9, 10. Εντεπιαροι κενεχοιτο τοιντανταγραμενοι. Böckhius, ut jam dixi, εντ' cum præcedentibus conjungit. Knightius hæc ita explicat. Ἐν τῳ ἐφιερειῳ ἀν ἐνεχοιτο τῳ ἐνταυθα γεγραμμενῳ. Ubi incommoda est elisio diphthongi οι ante brevem vocalem ε, præsertim cum idem haud fiat in verbis τοι ενταυθα. Boissonadius manifesto labitur legens εντε εφιερειω....ενταυθα εγγραμενω. Illi quidem videtur τε otiosum esse in loco Demosthenis. ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ἔντε τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις καὶ πολλας καὶ μεγαλας χρειας παρέσχηται ἔντε τῷ παρεστακότι καιρῷ—Ubi liquido non otiosum est. Nam καὶ duas partes tantum sententiæ conjungit, ἔντε autem suam clausulam priori ἔντε τοῖς προγενομένοις καιροῖς opponit. Et postea magis de εγραμενοι falsus est. Dicit enim, "In εγραμενοι ε non est augmentum sed signum præpositionis ἐν. Simplex est γ, quod duplex esse debuit, ut μ in eadem voce, ut λ supra in αλαλοις. Non scribebant elementa quæ non pronunciabant." Verissime proculdubio, unde autem scit vir doctissimus, et hoc et illud γ, in verbo ἐγγραφω non pronunciatum esse? Ego contra semper pronunciatum esse credo. Sed de hac re in Præfatione jam egi. Ἐφιερειον nihil nisi mulctam sacram (talentum sc. Jovi dicatum) hic significare potest. "Proposita est" utique, ut vere Boissonade, "eadem pœna illis qui fœderis clausulas despexerint, et illis qui

monumentum ipsum violaverint." Idem bene contulit fœdus inter Priansios [1] et Hierapytnenses, ubi qui fœdus infregerint et *στηλην* fœderis sanciti monumentum erigere neglexerint, eadem mulcta tenentur.

Magnopere sane dolendum est, eximii hujusce fœderis uberiorem explicationem proferri omnino, ut videtur, nequire. Ut tamen lector præsto habeat quod cum eo comparet, et unde forsan aliquid de ejus sententia et ætate extricare possit, duo illa fœdera e Thucydide supra advocata, eadem forsan lingua, et anno A. C. 413 scripta, hic exscribenda curavi.

1. "ΚΑΤΤΑΔΕ *δοκεῖ τᾷ ἐκκλησίᾳ τῶν Λακεδαιμονίων ξυμβαλέσθαι ποττὼς Ἀργείως· ἀποδιδόντας τὼς παῖδας τοῖς Ὀρχομενίοις, καὶ τὼς ἄνδρας τοῖς Μαινἀλίοις, καὶ τὼς ἄνδρας τὼς ἐν Μαντινείᾳ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀποδιδόντας, καὶ ἐξ Ἐπιδαύρω ἐκβῶντας, καὶ τὸ τεῖχος ἀναιροῦντας. αἰ δέ κα μὴ εἴκωντι τοὶ Ἀθηναῖοι ἐξ Ἐπιδαύρω, πολεμίους ἦμεν τοῖς Ἀργείοις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις καὶ τοῖς τῶν Ἀργείων ξυμμάχοις. καὶ ἄν τινα τοὶ Λακεδαιμόνιοι παῖδα ἔχωντι, ἀποδόμεν ταῖς πολίεσι πάσαις. περὶ δὲ τῶ σιῶ, συμβατόσαιμεν λᾖν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον, δῶμεν δὲ αὐτοὺς ὀμόσαι. τὰς δὲ πόλιας τὰς ἐν Πελοποννάσω, καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας, αὐτονόμους ἦμεν πάσας καττὰ πάτρια. αἰ δέ κα τῶν ἐκτὸς Πελοποννᾶσον τὶς ἐπὶ τὰν Πελοπόννασον γᾶν ἴῃ ἐπὶ κακῳ, ἀλεξέμεναι ἀμόθι βουλευσαμένους, ὅπα καὶ δικαιότατα δοκῇ τοῖς Πελοποννασίοις. ὅσοι δ' ἐκτὸς Πελοποννάσω τῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι ἐντὶ, ἐν τῷ αὐτῷ ἐσοῦνται, ἐν τῷπερ καὶ τοὶ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων ξύμμαχοι ἐντὶ, τὰν αὐτῶν ἔχοντες. ἐπι-

[1] Marm. Ox. p. 64.

δείξαντας δὲ τοῖς ξυμμάχοις ξυμβαλέσθαι, αἴ κα αὐτοῖς δοκῇ. αἰ δέ τι καὶ ἄλλο δοκῇ τοῖς ξυμμάχοις, οἴκαδ' ἀπιάλλειν[1]."

2. "ΚΑΤΤΑΔΕ ἔδοξε τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀργείοις σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἦμεν πεντηκονταετῆ· ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας καττὰ πάτρια· ταὶ δὲ ἄλλαι πόλιες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ, κοινᾶν ἐόντων τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶν ξυμμαχιᾶν, αὐτόνομοι καὶ αὐτοπόλιες, τὰν αὐτῶν ἔχοντες, καττὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. ὅσοι δὲ ἔξω Πελοποννάσου Λακεδαιμονίοις ξύμμαχοι ἐντὶ, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐσοῦνται, τοῖσπερ καὶ τοὶ Λακεδαιμόνιοι. καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων ξύμμαχοι ἐν τῷ αὐτῷ ἐσοῦνται, τῷπερ καὶ τοὶ Ἀργεῖοι, τὰν αὐτῶν ἔχοντες. αἰ δέ ποι στρατιᾶς δέῃ κοινᾶς, βουλεύεσθαι Λακεδαιμονίως καὶ Ἀργείως, ὅπα κα δικαιότατα κρίναντας τοῖς ξυμμάχοις. αἰ δέ τινι τᾶν πολίων ἢ ἀμφίλογα, ἢ τᾶν ἐντὸς ἢ τᾶν ἐκτὸς Πελοποννάσου αἴτε περὶ ὅρων, αἴτε περὶ ἄλλου τινὸς, διακριθῆμεν. αἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσι δοκοίη. τοῖς δὲ ἔταις καττὰ πάτρια δικάζεσθαι[2]."

In Appendice alia quædam fœdera dialecto Dorica scripta lector reperiet.

[1] Thucyd. V. 77. [2] Thucyd. V. 79.

Digitized by Google

Fig. 1.

Tournefort.

Fig. 1 ?

Chishull



Fig. 1, 3

Stuart



Fig. 2

To face P. 49

Class. II. Inscr. II.

INSCRIPTIO DELIACA.

TAB. V. Fig. I.

Tournefort. Voy. de l'Or. (Ep. 7.) Tom. I. p. 360. Montfaucon. Palæogr. Gr. Lib. II. c. i. p. 121. Chisbull. Antiq. As. p. 16. Gebelin. Monde Prim. p. 176. Dawes. Misc. Crit. p. 125. Shuckford. Connex. Tom. I. p. 259. Nouv. Traité de Diplom. Tom. I. p. 633. Lanzi. Sagg. di Ling. Etrusc. Tom. I. p. 102. p. 57. D'Hancarville. Recherch. sur les Art. de la Grece. Tom. II. Pl. VI. Stuart Ant. Tom. III. p. 57. R. P. Knight. Essay on Gr. Alph. Pl. I. fig. 3.

Hanc inscriptionem in Delo insula, inter Apollinis templi ruinas tunc temporis extantem, primi quantum sciam, videre Sponius et Whelerus qui (mirabile dictu) lingua, quod aiunt, Romaica scriptum putavere. En ipsius Sponii verba[1]. "Joignant le Temple, ou peut-être même dans son enceinte, nous remarquâmes une grande pierre à demy enterrée, où se lisent ces deux mots, ΝΑΞΙΟΙ ΑΠΟΛΛ qui ne nous apprirent autre chose, si ce n'est que les habitans de l'Isle de Naxos appellée presentement *Naxia*, avoient dedié à Apollon quelque statuë, ou quelqu' autre monument à Delos, dont ce marbre servoit de base. De l'autre côté il y avoit quelques caracteres, qui approchoient de la figure des lettres

[1] Spon. Voyage, Tom. I. p. 184. (Ed. 1678.)

Toscanes anciennes, mais je reconnus pourtant qu'elles étoient de Grec moderne." Hæc postea Tournefortius exscripsit ipsam literarum formam imitatus. Sed ipsius verba de marmore nostro proferre præstabit[1]. "Ces ruines sont presentement de gros morceaux de colonnes brisées, d'architraves, de bazes, de chapiteaux entassez confusément; parmi tant de piéces, vers le bas de ces débris est un quartier de marbre bien équarri, qui sans doute a servi de plinthe à la statuë d'Apollon: ce marbre qui a 15. pieds et demi de long, dix pieds neuf pouces de large, et deux pieds trois pouces d'épaisseur, est percé au milieu comme si l'on avoit voulu le vuider pour le rendre plus leger: on lit en parfaitement beaux caracteres sur son épaisseur qui est tournée du côté de la mer:

ΝΑΞΙΟΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

[2]Plutarque rapporte dans la vie de Nicias, que cet illustre Athenien fit dresser auprès du temple de Delos un grand Palmier de bronze qu'il consacra à Apollon, et que les vents renverserent ensuite cet arbre sur une statuë colossale élevée par les habitans de Naxos: il est hors de doute que c'étoit la statuë d'Appollon dont on vient de parler: pour l'inscription, il est certain qu'elle est de ce temps-lá, et qu'elle marque que la pierre sur laquelle on la lit, servoit de plinthe à la statuë; mais il faut conclurre aussi que cette statuë étoit encore posée à terre, ou que le palmier qui la renversa étoit sur le comble du temple.

[1] Tournefort. Voyage, Tom. I. p. 358.

[2] Ὁ δὲ Φοίνιξ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀποκλασθεὶς ἐνέπεσε τῷ Ναξίων ἀνδριάντι τῷ μεγαλῳ καὶ ἀνέτρεψεν. Plut. in Nicia.

Sur l'épaisseur du plinthe vis-à-vis de l'inscription des Naxiotes on en lit une autre en caracteres si extraordinaires que les plus habiles gens des Isles voisines n'y connoissent rien. Mr. Spon crut d'abord qu'ils approchoient des anciennes lettres Toscanes; mais Mr. Wheeler et lui, après les avoir bien examinées, jugerent qu'elles étoient en Grec vulgaire, quoi qu'ils ne pussent pas les expliquer.

[1] Deux des plus grands hommes de ce siécle, sans être avertis d'où j'avois tiré cette inscription, sans se voir, sans conferer ensemble, l'ont expliquée sur le champ, et se sont si bien rencontrez que je ne puis assez admirer leur sagacité. Le P. Hardouin croit que les quatre premiéres lettres désignent quelques noms propres; et le P. Dom Bernard ne doute pas que l'inscription ne soit en caractéres anciens et Ioniens, qui répondent aux suivans:

Το λιθο εστιν ανδριας και το σφελας.

Huic lapidi inest statua et scabellum, suivant le P. Hardouin: *In lapide sum* (vel *est*) *statua et basis*, suivant le P. Dom Bernard.[2]" Post Tournefortium exscripsit Stuartius[3], et præterea, credo, nemo. Cætera apographa omnia quæ vidi a Tournefortiano desumpta sunt.

[1] Le P. Dom Bernard de Montfaucon de la Congregation de S. Maur, et le P. Hardouin de la Compagnie de Jesus.

[2] Palæog. Gr. Lib. II. Cap. 1.

[3] Stuart. Tom. III. p. 58. Ita loquitur vir ingeniosus. "These inscriptions are on opposite sides of the same stone which is 19 feet long. *The inscription is entire*, and says that the pedestal and statue are of the same piece of marble, but it seems to be a slab sawed out of a much larger block. The characters of the lower inscription are of a later age.

Si ad Æolicam dialectum [1], Dawesio jubente, inscriptionis verba referantur literis Constantinopol. ita reddenda videntur ;

ω αϜυτω λιθω ημι ανδριας και το σφελας

i. e. communi dialecto.

ὁν αὐτοῦ λίθου εἰμι ἀνδρίας (sc. ὁ ἀνδρίας) καὶ τὸ σφελας.

Nec, si Attica hæc esse statuas, aliter explicanda veniunt, nisi quod hac ratione articulo suo vox ἀνδριας privetur, quo tamen, me judice, vix carere potest.

Cum autem apud antiquos id maximum duceretur ut ex eodem lapide [2] basis et statua constarent, vix dubium quin in initio Epigraphes longinquitate temporis litera Τ deleta sit. Quod si verum sit, ita hæc interpretanda veniunt.

"Ex eodem lapide facta sum statua et basis."

Statua sc. sistitur loquens, ut in inscriptione Sigea et compluribus aliis [3]. Hujus sententiæ auctores habeo Bentleium [4], Shuckfordium [5], Dawesium [6], D'Orvillium [7]. Alia Chishullio [8] placuere. Statuam enim de quâ agitur, eam esse voluit quam æreæ Niciæ palmæ ruina dejectam tradit Plutarchus [9], quo casu, cum basis a statua divi-

[1] Cf. Dawes M. C. 127. et App. ad Dawes. p. 327. (Ed. Kidd.)

[2] Cf. Lanzi Sagg. Tom. I. p. 102. Marini Alb. p. 10. Plin. Nat. H. XXXVI. 4. 10. et 13. 9. 5. (ed. Harduin.) Paus. VIII. 37. Fallitur igitur Bentleius (Letters edited by Dr. C. Burney.) p. 252.

[3] Cf. Herod. V. 53. Pausan. V. 30. VI. 68. Plat. Hipp. p. 229. (Ed. Serran.)

[4] "Letters" ubi supra.

[5] Connex. Tom. I. p. 259.

[6] Misc. Crit. p. 132.

[7] In exerc. de Inscr. Del. (Misc. Obs. V. 7. Tom. I. p. 24-28.) Adde quoque auctorem ignotum in Observ. in Inscript. a Whelero et Sponio vulgatas. Misc. Obs. V. 3. Tom. II. p. 200.

[8] Antiq. As. p. 43.

[9] Plut. in Nic. Vit. 3.

deretur, Naxii quorum cura refecta est, "poscente tum sic rei veritate," initiale Τ delevere. Quod si linguæ Græcæ indolem perspectiorem habuisset Vir Cl. vocem αὐτος, nunquam nisi cum. articulo conjunctam, *idem*[1] significare vidisset. Unde quidem apparet falsum esse Tournefortium, qui cum "illæsam manere basim figura perfecte quadrata, nulloque uspiam fracturæ indicio" dicat, diviso a statua lapide fabrefactam esse[2] arbitratur.

Montfauconium[3] in hoc marmore et constituendo et interpretando multa fugere. Duarum priorum literarum (mirabile dictu) nullum respectum habendum putat, ceteras ita legit ΕΝΤΟ ΝΙΘΟ &c. Quod si marmor Sigeum (quo tempore hæc scripsit, haud publici juris factum) vidisset Montfauconius, nec id quod perspicuo ν est mancum esse ν[4], nec α nova et insolita forma factam esse statuisset. Nihil autem magis mirandum videtur quam Montfauconium putasse ο pro φ hic scriptum esse, quod nunquam factum pro certo habendum.

Dawesio[5] "vehementer suspecta est scripturæ ΑΓΥΤΟ fides; quippe cum αυτος, uti hodie scribimus, in omnibus Græciæ dialectis perpetuo sit disyllaba, non potuit quin sibi persuaderet primitus exaratum fuisse ΑΓΤΟ, το Υ vero a recentiore manu adscriptum, quo indicaretur potestas elementi Ϝ jam rarius occurrenti tribuenda." Hanc Dawesii sententiam merito reprehendit[6] hodiernus harum

[1] Dawes Misc. Crit. p. 132. Valck. ad Eur. Phœn. 927. R. P. ad Hec. 299-295. Eodem nomine reprehendendus Askevius cujus nugas, cui tanti videatur, adeat (Nouv. Trait. de Diplom. Tom. I. p. 633, n. 17).

[2] Chish. Antiq. As. p. 43.

[3] Pal. Gr. lib. II. c. 1. p. 121.

[4] Cf. Voss. de Art. Gramm. lib. I. c. 30.

[5] Mis. Crit. p. 132.

[6] Essay, p. 72.

literarum Coryphæus R. P. Knight quippe qui vero absimillimum arbitretur literam in inscriptione loco tam publico sita tamque paucis e literis constanti addi posse. Idem αυτος eodem modo αϝυτος (Æolico scilicet digammate interposito) quo αιδης fiat αϝιδης fieri posse aliquando putavit [1]. Quam sententiam ipse postea damnavit [2] cum αιδης semper trisyllabon, αυτος autem, ut recte Dawesius, semper disyllabon esse intelligeret. Sculptorem ergo, cum incertus hæreret an AFTO more antiquiori, vel AYTO seriori scribendum esset, utramque literam adhibuisse putat Knightius, quam sententiam Porsono quoque arrisisse literis MSS. me certiorem effecit.

Mihi autem, pace tantorum virorum dicam, hæc ratio veri similis haud videtur. Nullis exemplis, nulla auctoritate nititur, nec ipsa sese tuetur. Sculptorem quis credat ea literarum figura usurum fuisse, quam dum incideret, omnibus adeo obscuram futuram esse intelligeret ut ipse explicationem quoque scriberet? Quod quidem si fecisset, literam qua uteretur ad alteram explicandam, supra potius quam ad latus scripsisset.

Aperte ergo profitendum est rem difficilem esse et adhuc sub judice.

Dawesius [3] quod in hac inscriptione legitur ειμι, non jam ειμι, uti voluere viri eruditi, sed ημι valere statuit. Ita enim apud Æoles ειμι semper scriptum constat [4].

Quod ανδριας attinet (quæ vox Dawesium mirum in modum torsit, cum sermonis soluti rationem postulare ut articulus tam voci ανδριας quam σφελας præpona-

[1] Essay, p. 72.
[2] Proleg. in Hom. §. LXXXVI.
[3] Mis. Crit. p. 127.
[4] Cf. Fisch. ad Well. I. p. 111. Koen. ad Greg. p. 129. 137. Matth. I. p. 29.

tur[1] rectecenseret[2], pessime autem eaque qua solet esse temeritate, marmoris incisi nihilo pluris quam libri MS. fidem æstimans, voces ὁ τε ante ανδριας interponi juberet) certo certius est hanc vocem cum articulo conjunctam haud alio modo apud Æoles scribi posse. Articulus enim in antiquioris notæ marmoribus sua cum voce crasin sæpissime efficit ita ut ὁ ἀνδριας, Ηανδριας scribatur[3]. Æoles autem aspiratam haud usurpâsse omnibus notum[4]. Nec aliter viro doctissimo Thomæ Kidd visum est[5].

Dawesii emendationes quibus hæc αμετρα verba ad Senarium Iambicum (si Diis placet) mira quadam vi redigere conatus est, sciens volens prætereo. Bentleius[6] quidem nil mutavit, verba autem uti in marmore repræsentantur, cum metri Iambici leges ante Porsonum minus notæ essent, verum Senarium efficere putavit. Cum

[1] Aliter tamen judicare videtur Dœderlein. Spec. Soph. p. 50.

[2] Hoc argumento præcipue fretus, inscriptionem Æolica dialecto conscriptam esse puto. Quod qui negant, seriori ea ætate qua spiritus semper omissus est iuscriptionem positam esse confirmant, obliti quidem, ut mihi videtur, quantam præ se vetustatem literarum forma ferat, et quam longinqua ætate in omnibus dialectis præter Æolicam atque Bœoticam, Digamma omissum sit. Meæ autem sententiæ minime assentitur Böckhius, cujus verba profero. "Deliacæ inscriptionis dialectum "quamobrem quis putet Æolicam "esse, non assequor. Nam ob Di-"gamma quidem Æolicum id hodie "nemo statuerit, quum haud pauca "supersint vestigia, ex quibus ejus "literæ usum latius potuisse intel-"ligatur; neque ulla, me judice, "ratio excogitari poterit, cur in "insula Delo Æolica maxime in-"scriptio sit posita, si præsertim "hæc statua a Naxiis dicata fuerit, "Ionicæ gentis populo." Judicet Lector.

[3] In Sigeo Marmore Ὁ ΑΙΣΟΠΟΣ fit ΗΑΙΣΟΓΟΣ, &c. D'Orvillius autem (quod jure mireris) literam ο ab initio Epigraphes revocandam et cum Ανδριας jungendam esse putat. Miscell. Obs. V. 7. Tom. I. p. 25.

[4] Cf. Fisch. ad Well. I. p. 139. Matth. I. p. 20.

[5] Cf. Kidd. ad Dawes. Mis. Crit. p. 132.

[6] "Letters" ubi supra.

Bentleio stat amicus meus doctissimus, Augustus Böckh, cujus nomen nullo meo præconio eget. Quæ sequuntur, ex ejus literis ad me nuper datis exscribo. "Mihi prorsus constat versum esse senarium. Viribus sane et arte caret, sed confectus est ad eam normam quam Porsonus in Præf. ad Hec. exposuit, cujus exemplum est Aristophaneum illud

Φιλοξενος | Μελησιας | Αμεινιας ;

Nisi dixeris cæsuram esse post

ταὐτοῦ λίθου | εἴμ' ανδριὰς | καὶ τὸ σφέλας &c.

Qua ratione Porsonus in multis Tragicorum versibus merito usus est. Alterum in quo hic versus ab usitata regula discedit, hiatus est in voce λίθου, sed hic hiatus, ut a scenicis poetis devitetur, in trochaicis tamen et iambicis numeris non devitatur, a lyricis, ut est apud Pindarum Olymp. XIII. Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ et alibi *aliquoties. Ad lyricas igitur leges, non ad scenicas* ille versus compositus est." Sed hoc est nodum secare, non solvere.

Cum in hac inscriptione memoretur basis statuæ, res, ut videtur, parva atque ignobilis, notandum est sæpissime signa, nulla basi infra posita, ab antiquis statui. Qui autem majus testimonium pietatis suæ, majoribus impensis faciendis, dare voluere, aut ex eodem marmore statuam ac basin faciendas aut saltem basin, nunc marmoream nunc æneam, addendam curavere. Quod nobis multa vetusta monumenta testantur basim cum statua dicatam referentia[1]. Cockerellius eodem loco (*Side*) quinque inscriptiones reperit in quibus omnibus hæc leguntur

[1] Gruter. VII. 1. IX. 5. X. 2. XVI. 12. ubi pro *vase* legendum (ubi *basis* et *hypobasis* memorantur) *basi*, vel (ut in inscr. apud eun-

——λαβόντες
ἄθλον τότε θέμα καὶ
τὸν ἀνδριάντα σὺν τῇ
βάσει.

Idem aliquas inscriptiones reperit, *βάσιν γύψου μέστην* memorantes. Rem pro more suo plene tractavit Paciaudius [1].

Nescio an operæ pretium sit monere inficetum quendam Scriptorem [2] (quem quidem suo calculo comprobat Raoul-Rochettius) [3] voces *ὁ ἀϝυτο λιθο* pro *ὁ ἀϝυτος λιθος* positas esse nuper statuisse.

dem XVI. 14.) *baside*, XVIII. 5. XXXVIII. 1, 2. LXIII. 3, 4. XLVIII. 1. (*bas.* et *hypob.*) LXXXIII. 8. CCCCXLVIII. 7. (*basis lapidea æri clusa*) CCCCXCVIII. 14. (*basis ænea.*) Murator LXVII. 7. LXX. 8. Gor. Inscr. Ant. II. 56, 57. Plura ad-

vocare haud opus.

[1] Paciaud. Monum. Peloponn. Tom. I. p. 73. sq.

[2] Eph. Class. I. p. 95.

[3] Rochette. Deux Lettres a my Lord Comte d'Aberdeen. p. 51. Not.

Class. II. Inscr. III.

GALEA OLYMPICA I.

TAB. VI. Fig. II.

Hæc verba inscripta sunt in dextra orea galeæ in fluvio Alpheo repertæ et nunc apud virum insignem B. Frere Londini asservatæ. Vix opus dicere verba esse

Ζῆνος Ὀλυμπίου.

Antiquissimam esse galeam indicio est forma literæ Iota. Notandum ergo hic occurrere nusquam alias (quantum scio) in pervetustis inscriptionibus visum illud **Z** eadem prope forma qua in Atticis marmoribus postea effictum. Ολυνπιος semper, credo, apud vetustos pro ολυμπιος, quod mollius et recentius [1].

[1] Cf. supra p. 41. et Knight. ad Iliad. A. 221. nostram galeam memorantem.

Digitized by Google

Fig: 1.

Fig: 2.

Class. II. Inscr. IV.

GALEA OLYMPICA II.

TAB. VII. Fig. I.

Extant hæc verba in extrema ora [1] galeæ trophæo, ut videtur. aliquando affixæ, quæ a viro celeberrimo T. Morritt Olympiæ reperta nunc apud Knightium asservatur. Literæ satis integræ manent, typis impressæ, me judice, non sculptæ. Discrimen inter circulares et semicirculares formas male servatur, nempe quod, ut mihi videtur, duobus tantum typis, quadrato scilicet atque circulari, artifex uteretur, unde factum est ut si forma semicirculari opus esset, nihil haberet quod faceret nisi ut alteram partem typi circularis fortiter, alteram leviter imprimeret. Ubicunque ergo formam semicircularem expectes, circulum reperis, cujus dimidia pars manifesta atque liquida, dimidia mutila atque evanida. Tertia litera ergo aut Delta (Ɗ) aut Phi (Φ) aut denique Rho (Ꝑ) esse potest. Quod si Rho esse statuas, ita forsan hæc legenda veniunt.

Τ' Αργειοι ανεθεν τοι ΔιϜι τον Κορινθοθεν

i. e.

Τοι Αργειοι ανεθεν (ανεθεσαν) τῳ Δι (απο)
των Κορινθοθεν (λαφυρων)

[1] Vulgaris hæc ratio scribendi apud Græcos. Paus. V. 20. ὁ δὲ τοῦ Ἰφίτου δίσκος ἦν ἐκεχειριά, ἣν ἐπὶ τοῖς Ὀλυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ Ἠλεῖοι. ταύτην οὐκ ἔχει ἐς εὐθὺ ἐγγεγραμμένην, ἀλλὰ ἐς κύκλου σχῆμα περίεισιν ἐπὶ τῷ δίσκῳ τὰ γράμματα.

ubi si omissio præpositionis cui durior visa fuerit, omnino conferat epigramma apud Herodotum [1].

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρεῷ ἔσβεσαν ὕβριν,
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τασδ' ἔθεσαν.

Ubi ante genitivum τῶν, απο (ut in nostra epigraphe) subaudiri videtur et forsan tota sententia eodem modo quo nostra expedienda, verbo λύτρων pro λαφύρων subaudito. Hac munerum dicatione e spoliis victorum nihil vulgarius. In cornu Amaltheæ a Miltiadis exercitu e spoliis τείχους Ἄρατου Jovi Olympio dicato, hæc verba ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασιν inscripta fuisse narrat Pausanias [2].

Ζηνί μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ ἐκ Χερονήσου
Τεῖχος ἑλόντες Ἀράτου. ἐπῆρχε δὲ Μιλτιάδης σφίν

Nec aliter in priore libro [3].

Ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
Τῆς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τεθὲν
Δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθηναίων καὶ Ἰώνων,
Τὰν δεκάταν νίκας εἵνεκα τῷ πολέμῳ

Sed maxime omnium quamvis haud eandem propter causam conferendum Epigramma apud eundem in eodem libro [4].

τῷ Διΐ τ' Αχαιοὶ τὰ ἀγάλματα (lege τἀγάλματα) ταῦτ' ἀνέθηκαν
Ἔγγονοι ἀντιθέου Ταυταλίδα Πέλοπος

antiquissimum sc. epigramma cum in eodem marmore inesset Agamemnonis nomen ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν scriptum.

[1] Herod. V. 77.
[2] Paus. VI. 19. Cf. quoque Demosth. c. Timarch. p. 429. ed. Taylor.
[3] Paus. V. 10.
[4] Paus. V. 25.

Ibi quidem ut in nostra epigraphe, voce τοι pro οι scripta, (quod vulgare) articuli cum suo nomine crasis efficitur τ' Ἀχαιοὶ ; τ' Ἀργειοι.

Monendus autem lector Porsonum aliam explicandi rationem iniisse, quippe qui sua manu in adversariis MSS. amici mei desideratissimi E. D. Clarke hæc verba exaraverit.

ΑΝΕΘΕΝΤΟ ΟΙ (XIXI) ΤΩΙ ΔΙΙ
ΑΠΟ ΤΩΝ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ

Legerat ergo

ΤΑΔΕ ΧΙΟΙ ΑΝΕΘΕΝ(ΤΟ) ΤΟΙ ΔΙFΙ ΤΟΝ ΚΟΡΙΝΘΟΘΕΝ

Sed proculdubio nec quarta litera est Ε nec quinta Χ.

Knightius ita explicat[1]

ΤΑΡΛΕΙΟΙ ΑΝΕΘΕΝΤΟ ΙΔΙΕΙ ΤΟΝ ΚΟΡΙΝΘΟΘΕΝ

i. e.

Τοὶ Ἀργείοι ἀνέθεντο ἰδίῃ τῶν Κορινθίων

Lineam sc. postremam literæ Ε incuria vel festinatione omissam esse putat, ita ut F scriberetur, quod bis in vase fictili depicto apud J. Edwards factum testatur[2]. Sed hujusmodi conjecturis vix indulgere licet, nisi locum aliter explicare nequeas. Hoc enim non est antiquorum reliquias enodare, sed nova efficere. Negat idem vir eruditus ἀνέθεν pro ἀνέθεσαν unquam esse positum, cujus exemplum si revera deesset, quis tamen de hac syncope jure dubitare posset cum mille fere similes ubique legantur. Cum Græci τίθεν[3], ἵεν[4], ἐφόβηθεν[5], vel si paullo

[1] Eph. Class. I. 328.
[2] Proleg. ad Hom. CLII. p. 80.
[3] Pindar. Pyth III. 114.
[4] Hom. Iliad. M. 33. Pind. Isthm. I. 34.
[5] Hom. Il. M. 470.

diversa quærantur, ἔσταν [1], ἔβαν [2] et similia [3], ubique usurpent, quidni ανεθεν scriberent? Sed profecto exemplum hujus vocis extat apud Simonidem [4]. Vulgo quidem in eo loco legitur

Ὅπλ' ἀνέθεντο Λατοῖ

ubi cum magna metro fiat injuria, quisnam dubitat quin cum Blomfieldio [5] legendum

Ὅπλ' ἄνεθεν Λατοῖ [6].

Sed injuria quoque, ni fallor, linguæ Græcæ purioris legibus fit legendo ἀνέθεντο. Nusquam enim apud bonæ notæ scriptores mediam vocem hoc sensu positam me vidisse memini. Apud recentiores aliquando occurrit, e. g. in epigrammate apud Sponium [7].

Μνῆμ' ἀλόχῳ φιλίῃ θήκατο κουριδίῃ.

ubi legendum forsan φιλίης.

Vidi quoque epigramma Pallad. Alexandr. apud Brunckium [8]

τὸν θῶ· καὶ τὰς κνῆ· τὰν τ' ἄσπιδα καὶ δορὺ καὶ κρᾶ·
Γορδιοπριλάριος ἄνθετο Τιμοθέου

et aliud apud Chishullium [9] Commodo imperante scriptum, ubi θηκατο occurrit. Knightius [10] quoque jam fatetur activam vocem in hujusmodi locis frequentiorem esse.

Plures turbas dat vox ΔΙΕΙ. Knightius [11] enim satis,

[1] Pind. Isth. VIII. 128.

[2] Pind. Pyth. IX. 384. Hom. Od. A. 211. Cf. Etymol. M. p. 401. 48.

[3] Εθεν in Gramm. Portr. citatur (p. 200.) sed nullo loco indicato nec ego me legisse memini.

[4] Epig. XXXIV. ed. Gaisf.

[5] Blomf. ad Pers. 992. App.

[6] Ἀνεθεσαν frequenter hoc sensu occurrit quamvis ἀνέθηκαν vulgatius. Cf. Strab. X. 448. Epigr. apud Clark. Itin. Tom. VI. p. 408. (8vo. ed.) et Lucianum ab eo citatum sine loci indicio.

[7] Spon. Misc. Erud. p. 318.

[8] Brunck. Anal. II. p. 426.

[9] Chishull. Itin. p. 28. Cf. quoque Epigramma apud Walpol. Tom. I. p. 576.

[10] Proleg. ad Hom. CLII. p. 80.

[11] Proleg. ad Hom. XCVI.

me judice, monstravit nomina in ις per ιστος—ιτος, et denique—ιος flecti, ita ut nullum locum habeat Digamma in hujusmodi verborum flexionibus. Hoc quidem quod nomen Δις attinet, satis testantur Latina illa *Ditis &c.* Notandum autem plures esse formas nominis Deorum principis apud Græcos, pluraque apud Latinos vocabula satis monstrare extitisse aliquando hujusmodi nomen cui flectendo interesset Digamma. *Divus* (sc. ΔΙϜΟΣ) manifesto vox est antiquissima[1], cum ab ea formentur omnia verba quæ ad numinum cultum pertineant. Antiquissima forma vocis Ζευς, Knightio judice[2], ΔΣΕϜΣ erat, quæ postea emollita, ΔΕϜΣ, vel ΔΕΥΣ, vel DEUS facta est. Nec profecto, si mutationes in aliis vocibus a dialectis, vel temporis cursu, vel quibuslibet causis effectas spectemus, magna est transitio a ΔΕϜΣ ad ΔΙϜΣ. Walpolius[3] ΔΙΕΙ pro ΔΙΙ ut in voce Διειτρεφής positum putat. Sed hæc diphthongi ει pro simplici ι inductio serioris ætatis est.

Si conjecturis indulgere liceret, præclare Blomfieldius in literis MS. ΤΟΙ ΔΙ ΕΚ legendum putat; quam lectionem ego recipere haud dubitarem, si in galea nostra literæ evanidæ essent. In marmoribus enim mutilis vel tritis, persæpe literæ Κ nihil nisi recta illa linea Ι perspici potest. Sed omnia hic bene servata et satis liquida.

Quod scopum inscriptionis attinet, Welckerus[4], Uni-

[1] Knightius (Proleg. CLII. p. 79.) in Latina linguâ antiquissimas adjectivorum formas extare putat.

[2] Ubi supra.

[3] Walpol. Tom. II. p. 558.

[4] In libro cui titulus "Diem natalem Frid. Gul. III. ab Alma Univ. Boruss. Rhen. celebrandum indicit F. T. Welcker," (Bonnæ. 1822.) et in quo exhibetur "Epigrammatum Græcorum Spicilegium alterum." Hoc opus, dum hanc

versitatis Borussicæ Rhenanæ Professor et Bibliothecarius, bene advocat Pausaniam[1], in thesauri a Megarensibus constructi fastigio scutum esse affixum referentem, cum inscriptione, qua *τοὺς Μεγαρεάς ἀπὸ Κορινθίων ἀναθεῖναι* (*τὸν θησαυρόν*) indicaretur, participes autem Argivos etiam ejus in Corinthios expeditionis ferri, antea quam Olympiades numerarentur susceptæ. "Unde" ait Welckerus "suspicari licet, galeam illam fictitium esse spolium, ab Argivis dedicatum."

libelli mei partem prelo subjicerem, humanissime mecum communicavit Dobræus. Supra ΔΙFΙ a Δίς "insolita flexione, dubio carere" putat; sed præterea meis collectaneis nihil addit.

[1] Pausan. VI. 19.

Class. II. Inscr. V.

LEBES CUMANUS.

TAB. VII. Fig. II.

Hunc lebetem galeæ præeunti proxime subjeci quod literæ, quamvis tremula manu incisæ, ejusdem generis typis quibus illa, circulari scilicet et quadrata impressæ esse videantur. Ex ære efficitur et in sepulchro quodam prope Cumas inventus nunc in museo Ricardi Payne Knight servatur[1]. In eodem sepulchro repertus est alter lebes huic similis, sed magnitudine præstans, in quo effinguntur homines circa metam currentes. Unde augurari licet et hunc et illum victori cuidam, ludis habitis, dono esse datos. Legendum videtur.

Ἐπιτνίς Ὀνομάστου (sc. γυνὴ vel θυγάτηρ) τοῦ Κειριλέο (vel Φειδιλέο; hic enim ut in priori titulo, inter D et P vix distingui potest, et litera K in voce ἔθηκεν effingitur fere ut Φ) ἆθλον ἐθηκεν.

[1] Eph. Class. I. p. 328.

Class. II. Inscr. VI.

GALEA OLYMPICA IV.

TAB. VIII. Fig. I.

Brondstedt. in libello Neapoli A. D. 1820. edito cui titulus, "Sopra un' incrizione Grecha scolpita in un elmo di bronzo rinvenuto nelle ruine di Olimpia." Idem in Diario Germanico Morgenblatt. 1820. in Append. Archæolog. No. 65. Niebuhr in libello Romæ edito (4to.) Thiersch. et Böckh. Kunst-Blatt. 1821. No. 26. Sillig. apud Böttiger Amalthea II. p. 231-234. Welcker in libello cui titulus, "Diem Natalem Frid. Gul. III. ab Alma Univers. Boruss. Rhen. celebrandum indicit F. T. Welcker." (Bonnæ. 1822.) p. 10.

Hæc Galea Olympiæ a Domino Cartwright reperta, viro nobili P. Ross Equiti Aurato dono data est. Hieronem dona Jovi Olympico vovisse quæ postea, ipso mortuo, a filio dicata erant Pausanias satis amplus auctor est[1]. Ex his donis nostram galeam fuisse putat Brondstedius, et sumptibus Syracusanæ classis ducum partim factam esse dicit, cum Hieron auxilium Cumanis a Tyrrhenis oppugnatis adtulisset insignemque victoriam a Tyrrhenis reportasset[2]. Cum domum redeuntes Syracusani per Thuriam (*δι τυραν* i. e. auctore Brondstedio *δια θουριαν*) iter fecissent, quo Tyrrhenorum clades magis

[1] Pausan. VI. c. 12. VIII. c. 42.

[2] Cf. Diodor. Sicul. Tom. I. p. 442. ed. Wessel.

Fig. 1

ΘΙΑΡΟΝΟΦΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙΤΟΙΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙΔΙΤΥΡΑΝΑΠΟΚΥΜΑΣ

Fig. 2.

innotesceret, sua nomina galeæ Hieronis in curru sedentis statuæ imponendæ incidenda curavere!" Quei Siracusani ch' erano venuti da Cuma, passando per Turia, avevano contributo al monumento (parte di cui era il nostro elmo) del loro principe[1]." Verba Brondstedii exscribo; ne suspicio forte oriatur, me hæc finxisse quo bonus iste Danus omnibus ludibrium debeat. Niebuhrius verba τοι δι τυραν eodem modo quo Brondstedius explicat quamvis, si fides Brondstedii Censori Italico[2], aliquando conjecerat pro τυραν, ἰαράν (sc. κορύθα) legendum. Böckhius in literis MSS. ita explicat. "Ἱέρων ὁ Δεινομένους καὶ οἱ Συρακούσιοι τῷ Διὶ Τυρρην' απο Κυμης. Galeæ significantur ex præda Tyrrhenica[3] post pugnam Cumanam Olymp. LXXVI. 3. Cf. Diodor.[4] et Pindar. Pyth. I." Hæc certe verisimilia, quamvis nescio an Ζευς Τυρρην alibi moretur, nec placet synalæpha ista vocalis I quam nunquam in marmoribus factam esse observavi. Jupiter autem (id quod a Pausania satis patet) Olympiæ non tantum Olympius audiebat, sed multis nominibus vocabatur. Alibi[5] tamen Τυραν' pro Τύρρηνα (sc. κρανή καὶ ἄλλα σκῦλα) positum putat, subaudita voce ἀνέθεσαν, nec aliter explicant Thierschius[6] et Welckerus[7]. In eandem quoque conjecturam incidit Leakius in literis MSS. mihi haud ita pridem datis. Hermannus[8], ut

1 Brondstedt. p. 20.

2 Diario Arcadico. Rom. Dec. 1820. p. 381.

3 Partem prædæ victarum partium Diis victores sæpe vovebant. Cf. Liv. I.

4 Diodor. XI. 51.

5 Böckh. Kunst-Blatt. (1821.) No. 26. et ad Pindar. Pyth. p. 225.

6 Thiersch. Kunst-Blatt. ubi supra.

7 Welckerus ubi supra, p. 10.

8 Referente Silligio quodam apud Böttiger. Amalth. Tom. II. p. 233.

videtur, anno 1820, Pindarum in Scholis Lipsiensibus explicavit et ad versum quendam Nemeorum[1] Τυραν pro Τυραννων positum statuit, eamque ultimæ syllabæ omissionem in inscriptionibus, si fides Silligio, vulgarem esse dixit. Hanc postea interpretationem proposuit. "Hiero des Deinomenes Sohn, und die Syrakusaner (weihten diesen helm) dem (Olympischen) Zeus aus Tyrrhenischen Erz wegen der Schlacht bei Kuma." Knightius Τυραν pro τυραννοι positum esse putat. Simplex N pro duplici proculdubio sæpe ponitur; sed synalæpha diphthongi οι nunquam facta est. Diversæ enim est farinæ εντεπιαροι in Elea illa Rhetra. Probabile quidem videtur poni hæc pro εν τοι επιαροι, sed semper et ubique articulo cum nomine suo crasin efficere licuit. Præterea vetustate pœne barbara Rhetra illa scripta est et minime cum serioribus comparanda.

Mihi quidem, pace tantorum virorum dixerim, nulla harum rationum satis omnino facit. Sententia quidem loci tertiam personam pluralem verbi alicujus desiderare videtur.

Pauca jam e Welckeri disputatione exscribam. "Ultimus versus est justus paræmiacus. Priores ad metrum anapæsticum accedunt. Specie quadam numerorum auctores Epitaphiorum (quidni aliorum titulorum itidem?) interdum contentos fuisse annotat Jacobs[2]. Quod Böckhius conjicit tres tantum galeas et loricas e manubiis Jovi aliisque Diis de more consecratas esse parum, ut mihi videtur magnificum fuisset, nec in Epig. anathem. 130-132. spoliorum dedicandorum numerus finitur. Octo

[1] Nem. IX. 45. [2] Jacobs. in Anthol. App. Ap. 233.

spolia integra donantur ab uno Agnone Ep. 129. Huc accedit ornamenta architectonica e spoliis eleganter composita armorum copiam in templis suspensorum imitari videri [1]."

Denique sua laude minime fraudandus Silligius [2], qui, qua est mira benevolentia, Boissonadium [3] nostram Epigraphen male explicantem reprehendere nonvult, quod illi non nisi mendosum tituli apographum videre contigerit, et postea ipse primam lineam hoc modo edidit.

ΕΙΗΡΟΝΟΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ

[1] Cf. Stuart. Antiq. T. IV. c. 5. Tab. X. Piranesi Raccolt. di Tempi Antich. Tab. VII. Mus. Veron. p. 237.

[2] Sillig. apud Böttiger. ubi supra.

[3] Boissonad. in Eph. Class. XL. p. 301.

Class. II. Inscr. VII.

TAB. VIII. Fig. II.

Archæol. Tom. II. p. 216.

Hoc marmor Stuartius prope Ποικιλην Athenis reperit, Smyrnamque misit. Ibi amissum est sed postea a Daniele Wray repertum in vico suburbano *Finchley* in horto Jonesii cujusdam, mercatoris Londinensis. Jonesius autem a præfecto navis, mare Mediterraneum sæpe adeunti, acceperat. Multa de hoc marmore, sed haud magni momenti chartulis commisit D. Wray. Ipsa Epigraphe nihil notabile habet præter formas literarum quarum aliæ rarissimæ, alias nuspiam in marmoribus nisi in hoc lapide vidi. Vere quidem, quantum sciam, Montfauconius[1] formam Ξ in nummis tantum, minime autem in lapidibus vetustioribus præter hunc Wrayianum; occurrere docet. Sed nec in ipsis nummis unquam conspicitur eodem modo posita quo in hoc lapide. Formam ⊦ pro Lambda nuspiam nisi hic, in fragmento quodam[2] inter Fourmontiana, et in imaguncula quadam Musei Naniani[3] vidi.. Rarissimo quoque usu punctum in medio literarum O et ϙ ponitur. Quod quidem fuse in Prolegomenis docui.

Verba inscriptionis literis Constantinopolitanis ita reddenda sunt

[1] Pal. Gr. Lib. II. p. 142. [2] Infra Class. II. 10. [3] Infra Class. II. 13.

(Φο) ινιξ
. . λεας
. ραχας
Τελεσσταs [1]
Δαμοφανες
Θυμαρες
Δαικλες
Συλιχος
Δερκετος
Λυφοδορκας
Κλεον
Κρατιαδας
(Αι)σχυλος

Cum Danieles Wray huic inscriptioni aliquam fraudis suspicionem inurere videatur, quasi literæ elegantius formarentur quam in aliis inscriptionibus antiquis, ipsius verba exscribam oportet quo tollatur omnino ea suspicio [2].

"Give me leave to add a word about the fate of our marble: it is rather singular. All I could learn from Mr Jones was, that a Captain in his Majesty's Navy, who had made many voyages to Italy and the Levánt, brought home this stone, with those others which I saw at Finchley, some years ago; presented them to him, and died soon after. As soon as I had considered the characters, and reduced them to what I supposed was their alphabetical order, I consulted Dr. Bernard's Table, republished, with improvements, by our learned brother Dr. Morton, to see whether any of his alphabets

[1] De reduplicatione literæ Σ cf. quæ in Prolegomenis dixi.

[2] Archæol. Tom. II. p. 220.

agreed with this: when I found an imperfect one, exactly corresponding both in the number and shape of the letters, communicated to the Doctor by Mr. Stuart, who has done this Society and this Country so much honour by his Antiquities of Athens. This discovery sent me directly to my old friend, who very kindly looked over his papers, and found that with which he had favoured Dr. Morton. This now lies upon your table; and Mr. Stuart assures me, it is a transcript from a marble, which he found at Athens (near the ruins of a magnificent portico, which he takes to be the *Poikile*) and embarked with some other fragments for Smyrna where he proposed to meet the cargo; but it miscarried, and he never got any tidings of it, till I shewed him the stone in my custody."

Digitized by Google

Fig 1. 1

Dodwell.

Fig 1. 2

Rochette.

Fig: 2

Class. II. Inscr. VIII.

VAS DODWELLIANUM.

TAB. IX. Fig. I.

Moses. Coll. Vas. Tab. III. Dodwell., Itin. Tom. II. p. 197. Rochette Deux Lettres a MyLord Comte d'Aberdeen, Tab. III. Fig. I.

Vas hocce pulcherrimum in vico cui nomen Mertese prope Corinthum a Judæo quodam effossum, viatori celeberrimo Ed. Dodwell venditum est. Vas e terra cocta effictum est, et, judice Dodwellio, omnium adhuc repertorum antiquissimum est. Quid de his vasis statuendum sit, expeditu difficillimum. Passerius, Hancarvillius aliique varias proposuere sententias, quarum nulla, me judice, audienda est. Hancarvillius quidem picturas in vasis conspectas pœne Hieroglyphica significatione donavit[1], et hanc artem ante Romam conditam[2] notam esse putat. Contra vir doctus R. Christie nuper diversam omnino protulit sententiam. Putat scilicet omnia quæ in his vasis conspiciuntur ab Eleusiniacis adumbrata esse.

Profecto Mystarum oculis horrendas quasdam species semper in Eleusiniis objici solere satis cognitum. "Les principaux objets," inquit eximius quidam scriptor Gallicus,[3] "etoient des fantomes ayant la figure de chien et

[1] Cf. Hancarvill. Coll. Antiq. e mus. G. Hamilton. Tom. V. p. 204. et in Append. No. V.

[2] Id. Ibid. II. p. 109.

[3] Ste. Croix. Memoires pour servir a l' histoire de la religion secrete des anciens peuples (Paris. 1784.) p. 214. vel in secunda editione cui titulus, Mysteres du Paganisme (2 Tom. Paris. 1817.) Tom. I. p. 353.

diverses formes monstrueuses." Hæc quoque mira quadam luce splendescere solere multi docent, quorum sententias contraxit Meursius[1]. Exinde Christius[2] putat explicari posse spectaculorum Eleusiniorum veram naturam quæ nil nisi picturas pellucidas esse statuit. Ex iis species in vasis pictas adumbrari, et cuique Ἐπόπτῃ vas iis figuris quæ ipsius oculis in spectaculo objectæ fuerant signatum, quasi initationis symbolum, semper dari solere putat, scilicet ut omnes illud "haberent, servarentque sepulchro." In sepulchris certe hujusmodi vasa plerumque reperiuntur et omnes ante mortem initiari debere docet Aristophanes[3]. Huc quoque respicere loca Apuleii[4] monet vir eruditus. "Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis Deûm conscium, quædam sacrorum *crepundia* domi servare?" Et postea. "Et fors fuat ut ob hanc divini contumaciam non inducat in animum, verum esse quod dixi, me

[1] Meurs. in Eleusin. c. 11. (Op. Tom. II. p. 227.)

[2] Christie. Disquisition on Etruscan Vases, p. 24. En ipsius verba. "We may hence collect the real nature of these shews; they probably consisted of transparencies, of which the subjects are faithfully preserved on Etruscan vases to the present day. The shadow was transferred to the vase from the scenes of the theatre at Eleusis. These, it might be conceived consisted either of a dark superficies, in which transparent figures were placed: hence, the Etruscan vases with red figures on a black ground; or of opake figures, moved behind a transparent canvas; and hence, those earlier vases with black figures on a red ground." p. 24. Et postea. "These vases are only found in the most ancient Greek tombs, and they seem to have been deposited as a tessera or mark that the deceased had been initiated, by commemorating the particular scenes of which he had been Ἐποπτης, or spectator. The certificate of initiation was probably expressed by the words καλως or καλος." p. 25.

[3] Aristoph. Pac. 374. Qui non initiati fuerant, in luto apud inferos degere putabantur. Cf. Meurs. ubi supra c. 18.

[4] Apul. Apol. p. 495. et p. 497. (Ed. Delphin.)

sanctissime tot sacrorum *signa et memoracula* custodire." Notat præterea vir eruditus in his vasis aliquando conspici Græcarum literarum formas recentissimas. Ingeniosa certe hæc disputatio, vereor autem ut vera sit. Hic tamen advocanda videbatur cum hujusmodi vasculorum ætatem respiciat. At si recte omnia dixerit vir eruditus, nihil est quod impediat quominus ex his vasis aliqua antiquissima esse statuamus. Ipsa enim Eleusinia inter sacra veterrima plane habenda sunt. Et mos " quos pingerent, adscribendi [1]" ex initiis picturæ proculdubio petitus. A primis pictoribus factum docet Plinius. Nec aliter Ælianus[2]. Οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος. Hujusmodi picturas subinde memorat Pausanias[3].

Jam autem ad vas nostrum veniamus in cujus operculo depingitur apri venatio, venatorum singulorum nomine supra caput perplexe scripto. Quem morem scribendi innuit Pausanias[4]. Dodwellii de vase verba in Appendice lector inveniet. Nomina quidem male intellexit vir eruditus quæ hoc modo explicanda veniunt.

Ἀγαμέμνων
Ἀλκά
Δορίμαχος sive Δορέμαχος
Σάκις sive Σακες sc. Σάκης
Ἀνδρύτας
Πάκων
Φίλων
Θίρσανδρος sive Θέρσανδρος

[1] Plinii verbis utor. Cf. Nat. Hist. xxxv. 5.
[2] Ælian. Var. Hist. X. c. 10.
[3] Pausan. V. 17. X. 25.
[4] Paus. V. 17. ubi. cf. Sylburgium.

In voce Ἀγαμέμνων, Ε hoc modo effingitur ⋿; in voce Φίλων, satis liquido forma ⋽, elementi ι vice fungitur. Dubitari ergo potest an vocibus tertia, quarta et postrema, ε vel ι legendum. Præter notum Agamemnona, nomen apud Græcos scriptores frustra quæres. Cætera nomina haud ejusdem ætatis esse videntur, cum ne unum quidem apud Homerum occurrat. Tres apud Pausaniam Thersandri memorantur[1]. Duas celebres aprorum venationes memorat idem scriptor, Calydoniam sc. et Parnassiam illam qua Ulyssem vulneratum esse dicitur[2]. Neutra harum ea esse potest quæ in nostra vase conspicitur, nomina enim cum nostris haud conveniunt. Eadem materies in numero proximo tractatur. De literarum formis in Prolegomenis egi.

[1] Cf. Pausan. II. 5. II. 20. III. 16.

[2] Cf. Pausan. VIII. 45. X. 8. Hom. Odyss. XIX. 428-466.

Class. II. Inscr. IX.

VAS HOPIANUM.

TAB. IX. Fig. II.

Christie. Disquisition on Etruscan Vases, Pref. p. 5. Millin Peinture des Vases, II. p. 95. Tab. LXI.

Vas fictile Agrigenti repertum, hodie apud Dominum Hope virum elegantis ingenii fama florentissimum servatur. Literæ perantiquæ sunt, et rarissimo usu Pictor nomen suum in vase effinxit; cujus rei tria exempla (recentioris autem, ut videtur, ævi) apud Millinum observavi. Asteas[1] scilicet, Lasimus[2] et Calliphon[3] invidæ ætatis potestatem hoc modo superare potuere. In Asteæ nomine, quod notandum, Σ duplicatum est, cujus rei plura exempla infra posui.[4]

Cum inscriptionem quæ prius hoc in loco steterit in superiorem classem relegare magis commodum duxerim, et ita hanc paginam typographo rursus tradere sim coactus, hanc occasionem nactus, unum et alterum vas, in quod post reliquum opus impressum inciderim, hic cum Lectore communicabo.

[1] Millin Peinture des Vases, I. p. 10.

[2] Id. ibid. p. 88.

[3] Millin Peinture des Vases, I. p. 88.

[4] Cf. Class. II. Inscr. XIX.

In vase fictili Agrigenti reperto[1], effingitur Nympha Bacchum adhuc parvulum a Mercurio accipiens, nominibus supra scriptis.

ΑΡΙΑΓΝΕ
ϟΕΜΨΕΗ
ΔΙΟΝΥϟΟϟ

Vas alterum in Museo Archiepiscopi Tarentini Neapoli extat. In uno latere effingitur currus in quo ponuntur auriga et heros Amphiaraus; et haud longe ab equis abest mulier terram spectans; super heroem et mulierem scribuntur hæ voces:

ϟΟΔΑΑΙΦΜΑ
ΚΑΥΟΓΑ

In altero quoque latere conspicitur currus cum auriga et heroe, cujus supra caput hæc videmus. ϟΟΤϟΙΑΑ. Hoc etiam in latere ponitur alia quædam mulier, his verbis circa caput atque corpus scriptis[2].

ΕΡΙΦΥΥΕ
ΑΥΟΦΛΑΚ

Vas more prorsus archaïco depingitur.

[1] Observazioni intorno a un vase Greco-Siculo del Museo Martiniano, dell Abb. Niccolo Maggiore (Palermo, 1824.) Cf. Millingen Peintures des vases, Tab. XX. et XXI.

[2] De hoc vase plurimi in lucem prodiere libelli. Scotti Illustraz. di un vase Italo-Greco del Mus. de Mons. Arcivesc. di Tarento (Neap. 1811. 4to). Ponticelli Simboli che si veggono nelli scudi di Anfiarao e Adrasto (Neap. 1813). Idem Osserv. dell. Abb. P. Ponticelli su' l'illustr. di un vase Italo-Greco. (Neap. 1813). Ctesifilo Parresiaste, Sulle Osservaz. recent. publ., intorno all' illustraz. di un vase It. Grec. composte dall. Abb. Scotti (Neap. 1815). Lettera di Critobulo a Filalete (Neap. 1814). Ponticellius (p. 62.) primam mulierem Callirhoen Acheloi filiam et Alcmæonis uxorem esse putat; et nomen ita legit, Καλορα, quod commodo in Καλλιρόη verti posse dicit. Idem in altero latere primam vocem ita explicat, ut sit *Adrastus*, et postremam Καλιφοδα (Dor. pro Καλλιφοδει, læti sc. augurii voce ab Eriphyle ad Adrastum prolata) esse credit.

Digitized by Google

ΙΕΜΝ ΛΙΙΙΟΡ.Ο.
ΟΙΡΑΜΜΑ

ΑΜΟΜ
ΚΑΙΜΘΕΝΕΣΑΜΒΟΥΝΑΜΙΙ
ΚΑΙΙΓΟΜΕΔΟΝ
ΚΑΙΛΑΡΟΜΒΟΑΡΧΕΜΙΚΑ
ΚΑΙΑΔΡΑΜΤΟΜ
ΚΑΙΒΟΡΘΑΝΟΡΑΜ
ΚΑΙΚΡΕΤΟΜΒΟΜΙΝΤΟΝΟΜ
ΚΛΙΔΕΜΤΟΜΑΧΟΜ
ΚΑΙΝΟΜΡΑΜ

GELL.

ΜΙΝ[illegible]
ΟΤΤΑΜΜΑ

ΜΟΜ
ΜΘΕΜΕΓΑΜΒΟΥΝΑΜΙ
ΚΑΙΓΟΜΕΔΟΝ
ΛΑΡΟΝΒΟΑΡΧΕΜΙΚΑ
ΑΙΑΔΡΑΜΤΟΜ
ΑΙΡΟΡΘΑΝΟΡΑΜ
ΚΑΙΚΙΕΤΟΜΒΟΜΙΝΤΟΡΟΜ
ΚΑΙΑΓΚΜΙΟΜΑΧΟΜ
ΚΑΝΟΜΡΑΜ

Class. II. Inscr. X.

INSCRIPTIO LARISSÆA SIVE ARGIVA.

TAB. X.

Dodwell. Itin. Tom. II. p. 221. Gell. Argol. Tab. 7.

Argis, ut satis notum est, duæ erant arces, quarum uni Larissæ nomen. Ibi a Gellio et Dodwellio reperta est vetustissima hæc inscriptio. Dudum autem ante eos viderat atque exscripserat Fourmontius, cujus apographum cum Dodwelliano congruit nisi quod linea tertia pro AMOM legat ΓΟΤΑΜΟΜ. De forma literarum in Præfatione dixi. Quidnam inscriptionis argumentum esset dicere nequeo. Apud Atticos, nomina militum dum pro patria pugnarent cæsorum marmoribus tradebantur. Sed hic aliquid majus, nisi fallor, memoriæ mandabatur. E nominibus hic memoratis, aliqua celeberrima sunt, Hippomedon, scilicet, Sthenelaus, Adrastus, Arcesilaus, et e vetusta memoria repetita. Böckhius qui Fourmontii apographum viderat lectu esse difficillimam Epigraphen putat necdum quæ sibi satisfaciant se reperisse dicit. Ita tamen legit

καὶ Σθενέλας ὁ Υνασιοῦ[1]
καὶ Ἰππομέδων
καὶ Γᾶρος[2] ὁ Αρκεσίλα
καὶ Ἄδραστος
καὶ Βορθανόρας[3]
καὶ Κρῆτος ὁ Σίντωνος
καὶ Δεστόμαχος

Male quædam explicavit Dodwellius qui nomina ita edidit. "Sthenelas—Ipomedon—Archemicha—Adrastos — Borthanoras — Kretos — Omintonos — Destomachos." Idem præter hæc, septem præterea nominum vestigia in lapide sibi deprehendere visus est.

Aspirationem in voce Ἰπομεδον omitti et simplicem π pro duplici poni observandum est.

[1] "YNAMIΩ est a me compositum ex Dodw. et Gell. exemplis" B.

[2] ΛAPOM mihi non Λᾶρος sed Γᾶρος videtur." B.

[3] "Nisi potius Βορθαγόρας. h. e. Ὀρθαγόρας præfixo B. pro digam." B.

Fig. 1.



Fig: 2



Fig 3



Class. II. Inscr. XI.

E SCHEDIS FOURMONTIANIS.

TAB. XI. Fig. I.

Hæc Fourmontius Argis reperit (ubi quoque, ut antea dixi, præcedentem inscriptionem transcripsit) quæ quamvis ita clauda atque mutila sint ut pauca tantum verba eruere possimus, hic tamen servanda putavi, cum vetustissimas illas formas literarum Lambda, Omicron et Kappa referant quas in Wrayiano lapide Lectores jam videre. Quamvis in apographo quædam corrupta sint, manifesta versuum hexametrorum vestigia deprehendimus.

Class. II. Inscr. XII.

SIGILLUM NANIANUM.

TAB. XI. Fig. II.

Maffei Veron. Illust. III. c. 7. p. 261. Passeri. Dissertazioni sopra alcuni monumenti del Museo Nani. P. I. p. 24. Lanzi Sagg. Tom. I. p. 103. Zannetti in libello cui titulus, "Due antichissime Iscrizione Spiegate." Venet. 1755. Corsini in libello, "Spiegazione di due antichissime Iscrizione Greche." Rom. 1756. Paciaud. Mon. Pelop. Tom. II. p. 50.

Icuncula quædam Dei vel herois, ut videtur, in Museo Naniano extat, e Græcia allata, sed, me judice, opus Ægyptium est. Paciaudius quidem longius forsan progressus est. "Hanc icunculam ad communem illam Ægypti consuetudinem conformatam, oppido quam antiquissimam, et vix æris signandi doctrina illinc in Græciam deducta, fuisse conflatam, certo produnt vetustissimæ formæ characteres plintho incisi[1]." Unus certe character (⊦ pro Lambda) ibi conspicitur quem nusquam nisi in præcedentibus lapidibus vidi. Præterea nihil notabile in hoc marmore inest.

[1] Paciaud. Mon. Pelop. II. p. 50.

CLASS. II. INSCR. XIII.

TABULA PETILIANA.

TAB. XI. FIG. III.

Barthelemi. Epistol. ad Adler. et Borg. Villoison. Epistol. ad Borg. Gabr. Fabr. Diatribe p. 238. Schow. Chart. Papyr. Rom. 1788. p. 115. Heeren. Bibliothek der alten Literatur und Kunst. Pars. V. p. 1. (Götting. 1789.) Lanzi Sagg. Tom. I. p. 108. Nich. Ignarr. apud C. T. Murr. de Papyr. (Argentor. 1804.) p. 37–49. Siebenkees. Expositio tabulæ Hospital. in Mus. Borgian. Velitris asservatæ. Rom. 1789.

LAMINA est "ex ære in Bruttiis prope Petiliam (Policastro) reperta an. MDCCLXXXIII quæ inter insigniora antiquitatis monumenta Velitris in Museo Borgiano asservatur." Interpretes in omnia abiere. Quod scopum tabulæ attinet, Villoisonus in ea emtionis et venditionis, vel donationis instrumentum, ut loquuntur Juris consulti, invenit[1], "nisus, ut videtur, præcipue verbis *διδοτι ταν* "*οικιαν καὶ ταλλα παντα*, et Demiurgi i. e. populi Rectoris, "et Proxenorum subscriptione, qui vel talium rerum testes "aderant, vel eo officio fungebantur, quod hodie illud "hominum genus, negotiatoribus Italis Sensali dictum, "exercet[2]. Reliqui autem omnes, qui de lamina nostra "verba fecerunt" (præter virum facetissimum Nicholaum Ignarra, quem mox audiemus) "Abb. Barthelemy, Rev.

[1] Siebenkees. Exp. p. 5.

[2] Cf. Poll. Onom. VII. p. 692.

"P. Gabr. Fabricy, Abb. Lanzi, Nich. Schow, —— licet "varie in ipso interpretandi modo, conveniunt tamen in "hoc, ut eam hospitalitatis vel publicæ, vel privatæ decretum "continere censeant." Ex his, quos enumeravit Siebenkeesius, Schowius solus privatæ hospitalitatis monumentum in hac lamina deprehendisse sibi visus est, cui sententiæ favet ipse Siebenkeesius, his præcipue argumentis nisus. "Omnia" ait, "variorum populorum publica hospitalitatis "decreta habent aliquid inter se commune quod publicam "formam primo statim intuitu arguit, cujus ne vestigium "quidem in nostro monumento apparet. Incipiunt nempe "formula in publicis dogmatibus solenni: ἐδοξε τῃ συγ- "κλητῳ και τῳ δημῳ, vel ἐδοξε ται ἀλαι και τῃ συγκλειτῳ, ut "publica Agrigentinorum et Melitensium psephismata "in Demetrii Syracusani honorem lata[1], vel ἐδοξε ται "ἀλαι, ut decreta hospitalia Corcyrensium, quæ exc. "Iac. Nani, Venetus Senator, possidet[2], vel alia simili "formula convenienti publicis monumentis. Pergunt "deinde causas enarrare, ob quas excipiendus hospes "hoc beneficium sibi acquisiverit, et addunt in fine de- "cretum de incidendo in ære decreto hospitalitatis publicæ. "Sic se habent omnia Græca hospitalitatis decreta. "Nostrum autem de his plane silet. At ne quis credat "solitam decretorum formam brevitatis studio omissam "fuisse, provoco ad illud, a Gytheatensium civitate Marco "Latino Pandusa hospiti publico positum quod Paci- "audius ex Museo Naniano ita publicavit[3],

[1] Torremuzz. Inscr. Sic. N. 79. 82.

[2] Notizie sulle antichita, e delle arti di Roma (1787) p. 58.

[3] Paciaud. Mon. Pelopon. II. 131. Menda multa Siebenkeesius suo apographo injecerat quæ ego e Paciaudio tacitus correxi.

ΜΑΡΚΟΝ, ΛΑΤΙΝΙΟΝ, ΠΑΝ
ΔΟΥΣΑΝ, ΑΠΟΛΙΣ, ΤΩΝΓΥ
ΘΕΑΤΑΝ, ΒΙΑΔΙΝΟΥ, ΠΟΛΕΙΤΑΝ
ΑΜΟΝ, ΞΕΝΟΝ, ΚΑΙ, ΙΔΙΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ.

"Hoc paucis licet lineis absolutum, omnia tamen continet "quæ publicis decretis propria ex aliis monumentis "scimus."

"Solebant præterea publici hospitis jura non in unius "personæ sed in posterorum hospitis quoque favorem "decerni ut in marmore Melitensi de Demetrio Syra- "cusano[1] et in decretis Corcyræis de Boisco Dodonæo[2], "et Lycisco Prienensi; at nostra lamina unum solum- "modo nominat, iis ornatum. At cum nonnulla alia "monumenta[3] quoque ita se habent, parvi hoc argu- "mentum ipse facio."

"Majoris autem momenti videtur omissio urbis ξενο- "δοχου; eam enim cum vv. doctissimis Lanzi et Fabricy "in Σαοτις vocabulo quærere, vix ac ne vix quidem a me "impetrare possum. Hisce rationibus commotus, quia "nempe nostra lamina nec formam publicam habere, "nec urbem ξενοδοχον indicare videtur, eam potius pri- "vatæ quam publicæ hospitalitatis tabulam fuisse exis- "timo[4]." Recte omnino, quod laminam nostram haud publicæ hospitalitatis tesseram esse existimarit; quod privatæ statuerit, haud item, ut ego puto. Privatæ amicitiæ testes magistratus adhibere, vel, ut Siebenkeesius, "hos-

[1] Cf. Torremuzz. Inscr. Sic. p. 79. Marm. Del. inter Marm. Oxon. Ed. Prid. No. III. Thomasin. de Tesseris Hospital. apud Gronov. Thes. Ant. Græc. Tom. IX. p. 198.

[2] Cf. infra Class. V. No. 2. Mustoxidi Illust. Corcires. p. 188. Dodwell. Itin. II. p. 504. Bramsen. Itin. I. p. 325.

[3] Torrem. Inscr. Sic. p. 79.

[4] Siebenkees. pp. 5, 6, 7.

pitii auctorum subscriptione firmare" absurdum esset, nec unquam hujusmodi exemplum vidi. Cum Siebenkeesio autem stat Heerenius[1]. "Das monument Selbst ist eine sogenannte *tessera hospitalis*, eine Marke, die sich Gastfreunde nach errichteter Gastfreundschaft einander zu geben pflegten, um bey wiederholten Besuchen, selbst nach beträchtlichen Zeiträumen, sich einander wieder zu erkennen." Schowius hæc habet. "Initur publicum hocce fœdus, amicitiæ et hospitalitatis fœdus, ut opinor, inter privatos, quorum unus Saotis, alter Sicænias appellatur; initi autem fœderis stabiliendi causa, subscripta sunt nomina amicorum et hospitum, Demiurgus, Paragoras &c." Denique sapiens quidam Nicholaus Ignarra, "in Regio Archigymnasio Neapolitano S. Scripturæ interpres[2]," et post eum Murrius (quod mireris) lamellam nostram exsecrationem esse solennem statuunt. Priusquam meam sententiam exponam, tabulæ verborum explicandorum rationes, quas interpretes iniere, exponendæ videntur. Quod prima verba Θεὸς τύχα attinet, Siebenkeesius, cum in tesseris hospitalibus Dei xenii, aut nomen, aut symbolum inesse constet[3], Fortunam huic monumento inscriptam conjecit tanquam hospitalitatis numen et genium familiæ ξενοδοχου tutelarem. Tum, locis[4] quibusdam advocatis, Fortunam inter penates quasi numen tutelare ali-

[1] Bibliothek. der alt. Lit. und Kunst. P. V. p. 2.

[2] Nisi Scripturam melius quam nostram lamellam interpretetur, væ Theologiæ Neapolitanis studiosis.

[3] Plaut. Pœn. Act. V. Sc. 1. "Deum hospitalem et tesseram mecum fero."

[4] Sallust. de Diis inter mythogr. Gr. (ed. Oxon.) p. 21. Eckhel. Num. Vet. Anecd. p. 183. Inscript. apud Murator. I. p. lxxx. Gruter. LXXV. Spon. de aris ignot. Deor. No. 29. Marini Iscriz. Alb. p. 7. Capitol. inter script. Hist. Aug. p. 21. (ed. Casaub.)

quando cultam esse ostendere conatur. Barthelemius voces Θεος Τυχα Σαοτις junxit, et cum Σαοτις pro Σωτειρα, vulgari sc. Fortunæ agnomine[1], dictum putaverit, ita vertit, *Dea Fortuna conservatrix.* Siebenkeesio arbitrari visus est Barthelemius laminam nostram continere decretum hospitii publici in Fortunæ Conservatricis templo contracti. Cui sententiæ recte occurrit Siebenkeesius[2], rogans ubinam sit urbis benefactricis nomen, quod in publico decreto omitti nequire omnes vident; Barthelemius tamen vertit "*Dea fortuna conservatrix dat Sicæniæ &c.*" quæ quid velint, nemo, credo, intelligere potest. Tum Lanzius de urbe quadam antiquissimi Lucaniæ populi Sontinorum[3] cogitavit, et N eodem modo hic ejectum statuit, quo e voce *Linternum,* quæ aliquando *Liternum* scribitur. Ita ergo initium inscriptionis vertit.

"*Dea fortuna,* (*urbs*) *Sontis dat Sicæniæ domicilium &c.*

Sed recte Siebenkeesius Σάοτις δίδοτι pro ἡ πόλις τῶν Σαοτίνων δίδοτι bene dici posse negat, cum in nullo urbium decreto tale quicquid extet. Schowius post Θεὸς Τύχα verba ἱλέος εἴη subaudiri putat et hæc addit. "Verba Σαοτις διδοτι κ. τ. λ. paullo ambigua sunt, et obscura, quæ autem ita intelligenda esse reor, *Saotis dat Sicæniæ domum* (i. e. *habitationem*) *et cætera omnia,* (i. e. *cætera omnia, quæ præter habitationem necessaria sunt.*") Heerenius eodem modo quo Barthelemius prima verba inscriptionis explicat[4]. Postea (mirum dictu) ita locum ordinat.

[1] Plat. Cratyl. p. 473. ed. Serran. Inscr. Agrigent. apud Torremuz. Inscr. Sic. No. 79. 82.

[2] Siebenkees. ubi supra, p. 21.

[3] Hujus urbis memoria jam Plinii tempore pæne interierat. Plin. Nat. Hist. lib. III. c. 7.

[4] Heeren. ubi supra, p. 3. "Die

Δίδοτι Σικανίαι τὴν οἰκίαν καὶ τἄλλα πάντα Δαμίοργος, Παραγόρας, Πρόξενοι[1], κ. τ. λ. Schowius quoque eodem modo de voce Δαμιοργος titubat quod nomen proprium esse existimat. De qua re verum videre Siebenkeesius, Barthelemius, et Lanzius. Mox, cum, ut vere Siebenkeesius, "Proxeni publici nec privatis interesse hospitiis, nec eorum nomine decreta signari possent," voci Προξενοι "eam significationem tribuit, quæ *conciliatorem* vel *auctorem amicitiæ* innuit[2];" et "quamvis conciliatorum nomina decretis hospitalibus inscribi consuevisse, nec e Græcis nec Romanis lapidibus se probare posse" palam profiteatur, "illos tamen quos nostra tabula nominat Minconem &c. amicos fuisse Saotis et Sicæniæ communes et auctores hujus hospitalis fœderis" esse existimat. Προξενους ejusmodi homines esse statuit Heerenius, quos Anglice *consuls* appellamus, homines sc. missos in peregrinas urbes, ut ibi suæ reipublicæ negotia perficiant. Demiurgum ergo et Paragoram ejus urbis cujus Sicænias civis erat Proxenos esse; cætera autem nomina privatorum Sicæniæ amicorum esse docet.

Jam sequitur faceta interpretis illius SS. Neapolitani explicatio. Imprimis pro τυχα σαοτις legendum statuit

ersten Worte Θεὸς τύχα Σάοτις *Dea fortuna conservatrix*, sind eine blosse Anfangs—formel, und haben mit den folgenden keine Verbindung."

[1] Heeren. ubi supra. "Δ. Σ. T. F. nach dem Dorischen Dialect für δίδωσι Σ, τὴν οἰκίαν (hospitium) καὶ τἄλλα πάντα *alles übrige, was das Recht der Gastfreundschaft mit sich bringt*; und jetzt folgen die Namen derjenigen, die mit dem Sicænias Gastfreundschaft errichtet hatten, unter welchen der Erste is Δαμιοργος. Dieser und der folgende Παραγορας waren Προξενοι, *hospites publici*."

[2] Hæc loca advocat vir doctus. Plutarch. Tom. I. p. 79. Schol. med. in Eurip. Phœn. v. 356. (inter Codd. bibl. Angel. Pl. c. 4.)

τυψασα ὁτις; pro Μινκων, μινυον, quasi μηνυοντω; et pro Αρμοξιδαμος, Αγαθαρχος, Ονατας, Επικορος, hoc modo distinguendum et legendum monet ἁρμοξι, δαμος ἀκαθαρτος ον (ων), ἀτὰς ἐπιχορος (ἐπιχωρους.) His primum positis ita omnia vertit.

Θεος (*Dea*) τυψασα (*flagellatura* est) ὁτις (*quisquis*) διδοτι (*suppeditat*) *Sicæniæ* οἰκιαν (*domicilium*) και ταλλα παντα (*et alia quæcumque.*) Δαμαοριους Παραιορας (*conterraneos prævaricatores*) Προξενος (*Proxeni*) μηνυοντω (*denuncient*) ἁρμοξι (*Harmostis.*) Δαμος (*populus*) ἀκαθαρτος ὠν (*cum pollutus sit*) ἀτας ἐπιχωρους (*noxas locales* luet.)

Cum reverendi Canonici interpretationem omnes avidissime complectantur necesse sit, haud opus est auctoritates quibus nititur exscribere.

Sed, nugis omissis, unus recte hanc tesseram explicat Dobræus, qui testamentum esse statuit, et huic gemellam formam advocat [1].

ΘΕΟΣ ΤΥΧΑΝ ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ ΔΕ
ΚΑΤΑΣΜΑΧΧΙΔΑΝ ΔΙΔΩΤΙ
ΠΟΛΥΤΙΜΩΙ ...ΑΙ ΚΑ ΠΑΣΧΗ ΤΑΝ ΓΑΝ

Ubi rei naturam satis explicat nota ista phrasis αἴκα πάσχη. Sed ad sententiam omnino firmandam, Hermippi quoque versus ex Athenæo [2] advocat vir cel.

Ἤν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπίων
Τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Unde hanc solennem esse formulam satis constat. Testamenti ergo confirmandi causa magistratus testes adhi-

[1] Montfauc. Diar. Ital. p. 422.
[2] Hermipp. apud Athen. XI. p. 486. A. Locum autem e mente Porsoni (in Præf. ad Hec.) citavi.

bentur sc. Demiurgus[1] et Proxeni[2]. Θεος τυχαν in nostra Epigraphe legendum suadet Rochettius[3], quod profecto melius[4].

[1] Hoc summo magistratui nomini sæpissime fuisse testantur Eustath. ad Odyss. P. p. 1825. Polyb. Exc. Leg. XLVII. Liv. XXXII. 22. XXXVIII. 30. Thucyd. V. 47. Lucian. in Phalar. II. ad init.

[2] Cf. Paciaud. Mon. Pelop. Tom. II. p. 137. Suid. in voce. Poll. Onom. lib. V. c. 4.

[3] R. Rochette Deux Lettres a My Lord Comte d' Aberdeen, p. 53.

[4] De hujusmodi formulis cf. Ignarra. Palæstr. Neapol. p. 18. Biag. Mon. Nan. I. p. 33. et Tract. de Decret. Athen. c. 17, et 27. Corsin. Fast. Att. Tom. II. Diss. XI. 3.

Fig 1

Fig 2

Fig 3. 1.

Fig 4

Fig 5.



Hæ literæ circa figuram hominis magnis intervallis sculpuntur

Class. II. Inscr. XIV.

MARMOR SICULUM.

TAB. XII. Fig. I.

Eximii hujusce marmoris apographo donatus sum a Thoma Thorp, Collegii SS. Trin. Socio, qui summa diligentia nec minori doctrina, hujusmodi reliquias, dum per Siciliam iter faceret, conquisivit. Extat apud Baronem Judica, ab illo inter sepulcra prope ruinas Acrarum (haud procul a vico *Palazzuolo*) repertum. Marmori Larissæo proxime subjecissem, cum eodem modo utrumque scriptum videatur, at nonnisi post præcedentes paginas prelo subjectas a Thorpio accepi. Liquido hic leguntur

ΥΣΙΣ ΗΟ ΤΙΜΑΔΟΥ

i. e.

Ὕσις ὁ Τιμαδου.

Notandum est Epigraphen ab inferiori linea incipere, et postea sculptorem (qua veteres sæpe fuere in scribendo aut incuria aut levitate) tres ultimas litteras in superiori linea, lapide deorsum verso, scripsisse. Nunquam nisi in hoc lapide latera aspiratæ ⊟ sursum producta vidi.

Class. II. Inscr. XV.

VASCULUM LOCRENSE.

TAB. XII. Fig. II.

Ardito. "Illustrazione di un antico Vaso trovato nelle ruine di Locri." (Neap. 1791.) Zarillo "Sopra un Medaglione Καναστανων." 1792. et "Lettera apologetica di Zarillo a Fonseca à Parigi," 1801. Villoison. in Millin. Horr. Encyclop. Tom. II. a. VII. p. 473. Huschke. "Anal. Crit. ad Anthol. Græc." p. 8. et "Commentatio de Inscr. Vasculi Locr." Rostochii. 1813. Quaranta in libello Neapoli edito anno 1817.

Verba Villoisoni exscribo quum breviter Arditi, Zarillii, suamque ipsius sententiam exponant.

"M. Michel Ardito, ancien membre de l' Academie d'Herculanum a donné une dissertation sur cette inscription ΚΑΛΕΔΟΚΕΣ qu'on trouve[1] sur une vase Etrusque qui appartient au Roi de Naples et représente une joueuse de cithare. Ces lettres καλεδοκες qu'on voit *a traverso di una citaristria che vi era depinta*, M. Ardito les lit καλὴ ἡδόνη et les explique "*L'onesto piacer personificato.*" M. Zarillo, confrère de M. Ardito, réfuta son interpretation, en 1792, à la tête de la réimpression de sa Dissertation italienne sur une médaille Καναστανων publiée

[1] "Negat e contrario Arditus hanc vocem legi in vasculo Locrensi, sed per conjecturam illatam esse ait, p. 61." Huschke.

pour la premìère fois en 1755. Il lit καλὴ δοκῇς qu'il traduit *pulchra videaris*. Je croirois plutot que καλε δοκες est mis pour καλὴ δοκεῖς c'est a dire *pulchra videris*." Hæc ille, quæ omnia Huschkius vere futilitatis plena esse dicit levitatisque summæ. Ipse refert ad Κηληδόνας de quibus Pindarus

χρυσείας δ' ἐξ ὑπερφύου ἄειδον Κηληδόνες [1]

quæque eædem ac Sirenes Homericæ fuisse videntur [2]. In templo Apollinis exhibitas [3] putat, vel certe descriptas a Pindaro ad similitudinem ejus figuræ quæ cernitur in vasculo Locrensi. Viscontius [4] vocem ὄρνες nomen proprium vocativo casu positum esse statuit, atque ita epigraphen interpretatur. *Pulcher Orneu!* Vir doctus autem R. Christie Zarillii explicationem probat, et omnes inscriptiones ubi vox καλός vel καλέ occurrit ad Eleusiniaca referendas putat. Ea enim vox illum cujus cum nomine conjungitur initiatum esse et probatum, ut viro docto videtur, significat [5]. Mazochius [6] contra "moris Græcis fuisse" docet "ut nomina τῶν ἐρωμένων libris arborum, foliis, foribus, parietibus inscriberent, hac formula utentes, ὁ δεῖνα καλὸς, ἡ δεῖνα καλή [7]."

Jam pauca de literis ipsis dicenda. Nemo jure de quatuor prioribus dubitare potest quin sint **KAVE.**

[1] Pindar. apud Pausan. X. 5. cf. quoque Galen. T. III. p. 615. Ed. Basil.

[2] Cf. Eustath. ad Od. M. pp. 1689, 1709. Aliter tamen Casaub. ad Athen. VII. p. 290. E.

[3] Cf. Voss. Epist. Mythol. T. II. p. 39.

[4] Viscont. Mus. Pio-Clement. Tom. V. p. 25. Not.

[5] Christie. Disquisition on Etruscan Vases, p. 27.

[6] Mazoch. ad Tab. Her. p. 139.

[7] Cf. Aristoph. Vesp. 98. Ach. 144. Eustath. ad Iliad. B. p. 170. l. 13. Diog. Laert. in vita Zen. Cit. §. 21.

Secunda quidem τοῦ Δελτα formam refert, duabus hastis scilicet paullo inferius quam fieri soleat junctis. Quod quintam attinet, Huschkius cum ceteris Δ esse statuit. Montfauconius[1] quidem, ut Huschkius ingenue profitetur, Delta quadrangulum nusquam reperiri nisi in codice quodam sæculo VII. scripto dudum statuit. At ipse Huschkius duo exampla e vasis profert ubi eadem litera eodem modo exarata est[2]. Idem sextam literam O esse statuit. At si quid exempla auctoritasque valeant, sculptorque tabulæ Huschkianæ literas accurate e vase exscripserit, quinta litera est O, sexta autem Δ vel forsan P. In vetustioribus enim titulis, hæ literæ eodem fere modo effinguntur. Quæ si vera sint, concidit omnino pulcra ista Huschkii de Sirenibus disputatio. Köhlerus[3] autem se hocce vas sæpe tractasse testatur, et neminem oculis sanum et Palæographiæ peritum aliquid præter καλεδοκες in eo reperire posse contendit. Millinus post Viscontium marmoris scripturam vult corrigere, ut legatur καλεορνες; sed ut vere Köhlerus, non nova excogitanda sunt, at quærendum est quomodo quæ in marmore extent explicanda veniant. Köhleri lectionem unice veram esse confirmat Osannus[4].

Cum hæc ita sint, nec satis constet quomodo literæ legendæ sint, de interpretatione epigraphes aliquid proferre plane ridiculum esset.

[1] Monfauc. Pal. Gr. Lib. III. p. 222.

[2] Viscont. Mus. Pio-clem. T. II. p. 106. t. 13.

[3] Köhlerus apud Böttiger. Amalth. T. I. p. 301.

[4] Osann. apud Böttiger. Amalth. T. II. p. 274.

Class. II. Inscr. XVI.

VASA MASTRILLIANA.

TAB. XII. Fig. III.

Mazoch. Tab. Heracl. p. 137—140.

"Felix Mastrillus," ait Mazochius, "antiquissima "Nolana nobilitate illustris magnam contraxit undique "figlinorum vasorum copiam;—inter hæc antiquissimæ "sunt dyotæ duæ. In una mulier est alata; inscribitur "superne KAVOS, inferne NIKON pro Νίκων, quia "forsan Ω nondum in usu erat."

"In dyota altera, mirum sane est, quod illud Καλος, "quod latus lævum obsidet, ita scribitur, ut A prope "Phœnicium videatur, O vero triangulum, ut in scrip- "tura Phœnicia Atticaque, postremo sibilum tunc primum "ad arcus Scythici figuram accedat. At in dextro latere "litteris mere Atticis, KAVVIKVES pro ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ "scribitur. Hæ dyotæ Nolæ effossæ fuerant."

Class. II. Inscr. XVII.

VAS SICULUM.

TAB. XII. Fig. IV.

Visconti in Actis Institut. Gall. Hist. et Litt. Tom. III. p. 38.

Vas (ex eorum genere quæ μονωτιδες appellantur) in Sicilia repertum nunc Parisiis servatur apud Dominum Tôchon d'Annecy. Subrubrum est, ut pleraque hujusmodi vasa, et in ea effingitur nympha quæ vestes leviter attollens ne aqua conspergantur, ad fontem accedit ut vas aquæ plenum referat. Aqua autem ex ore leonis vel ejusmodi animalis profluit[1]. Figuræ omnes nigræ, nisi quod nymphæ carnis candidus color sit. Verba quæ in vase inscribuntur Viscontius ita legit atque interpretatur,

Δεχε, τηρε, παεο.

Accipe, serva, posside.

Idem loquendi genus apud Latinos valuisse putat, hæc verba e vase quodam argenteo citans,

Pelegrina utere felix.

[1] "Ejusmodi fontes imprimis apud Egyptios facti. Leo Hori vel Solis æstivi typus erat cujus sub radiis aqua Nili e ripis effluens campos Ægyptios fœcundat. (Horapoll. Hierogl. I. c. 17, et 18.) Coloni Ægyptii in Italiam et Græciam hunc morem induxere. Fons Artacinus eodem modo depingitur in ære apud Kircherum. (Mus. Kirch. Monum. Tab. VI.") Visconti.

Quæ horum verborum vera sit interpretatio prorsus nescio; quæ autem dicit Viscontius ridicula sunt omnino atque absurda. Quisnam ullum vestigium formæ Δεχω, ut de cæteris taceam, in Græcis literis unquam vidit?

Class. II. Inscr. XVIII.

VAS AGRIGENTINUM.

TAB. XII. Fig. V.

Verborum in hoc vase inscriptorum apographum humanitati summi viri R. P. Knight debeo qui de ipso vase in doctissimis in Homerum notis hæc disputavit. "Vir amicissimus, tam ingenii elegantia quam varia eruditione insignis, Gulielmus Stewart Rose, vas fictile pictum, quod e Sicilia reportaverat, mihi humanissime dedit, in quo scriptum inveni, literis Ionicis antiquissimis, **ΣΟΤΣΟΤΟΣΑΕΣ**; quod more loquendi et scribendi recentiore, **ΣΩΖΟΥ ΤΟΥ ΣΑΗΣ** reddendum videtur; nam nomen vix aliud esse potest quam quod in Simonidis Epig. lxxiii. ed. Jac. nunc legitur **ΣΩΣΟΣ**; atque solita variatione quæ in Smyrnæorum nummis observata est, alia forte dialecto **ΣΩΖΟΣ** legebatur. Vasculum, etsi in agro Agrigentino repertum est, in Ionia Lyciæ contermina factum esse ostendit tum dialectus tum metronymicum [1]."

[1] Cf. Herod. I. 173.

11.3.53

Digitized by Google

Fig. 1



Fig. 2

1

2



3

4

5



6



7

8 & 9

10

11

Class. II. Inscr. XIX.

INSCRIPTIO DELPHICA.

TAB. XIII. Fig. I.

Dodwell. Itin. Tom. II. p. 500.

Inscriptio ab initio manca est, in basi statuæ victoris cujusdam in Pythicis certaminibus ut videtur scripta. Deest ergo nomen victoris. Amicus meus Augustus Böckh ita primam lineam legit

...ιοδαλος Πολα....(nempe υιος)

quod verum esse potest. Quæ sequuntur omnia satis patent

Βοιωτιος ἐχσ (εξ) Ἐρχομ(ενου)
Ὑπατοδωρος Ἀριστογ(ειτων)
Ἐποιησατην Θηβαιω.

Plinius[1] Hypatodorum sculptorem laudat, et Olymp. cii. vixisse tradit. Laudat quoque Pausanias[2], et alio loco[3] Hypatodori socium Aristogitonem memorat. Hæc inscriptio ergo inter eas numeranda quæ paullo seriori ævo scriptæ vetustatem affectant. Quod non solum in formis literarum, sed, ut vere Böckhius, in ipsa verborum structura notandum. Hic tamen ponendum putavi quum literæ vetustissimæ sint et ætas haud dubia.

Litera σ reduplicatur, quod aliquando in marmoribus vetustis notavi. Τελεσσταις legitur in marmore Wrayiano.

[1] Nat. Hist. xxxiv. 19.
[2] Paus. viii. 26. 4.
[3] Paus. X. 10, 2.

Ἀσσκληπιοδωρος in Elginiano marmore (No. 169.) Ἀριστοδαμος in inscriptione a Fourmontio Geraniæ reperto quod Böckhius mihi indicavit. Αριστοφανης in lapide a Leakio inter Thespias et Thisben reperto et ab illo humanissime mecum communicato.

Class. II. Num. XX.

INSCRIPTIONES MISCELLANEÆ.

TAB. XIII. Fig. II.

1, 2. Leakius prope Harmam Bœotiæ vicum has inscriptiones reperit. Formæ quidem literarum antiquissimæ, at nescio plane quid statuendum de mira illa mutatione diphthongorum AI et OI in AE et OE. Si prior per sese conspiceretur, Latinismum plane redoleret, cui tamen sententiæ posterior illa OE minime favet. In libris quidem nihil reperi quod huic rei aliquam lucem offundere queat. Notandum est Leakium secundam inscriptionem a Tanagra Harmam aliquando allatam esse putare, cum ibi templum e marmore ejusdem generis ac illius in quo hæc Epigraphe incisa est ædificatum viderit.

3. Leakius nunquam nisi in hoc lapide (quem prope Tanagram reperit) aspiratam in Bœotia observavit.

4. In hac inscriptione (quam inter Thespias et Thisben Leakius exscripsit) eandem τοῦ χ formam ac in præcedenti videmus.

5, 6. In eodem loco quo præcedentem idem vir doctus exscripsit. In illa notanda literæ Σ reduplicatio, in hac forma elementi I, quæ, cum nusquam præterea occurrat, aut casui aut festinationi, credo, tribuenda est.

7, 8, 9. Has omnes Orchomeni reperit Leakius. Idem vir doctus singulas Græciæ regiones sibi proprium quendam morem sepulcrorum inscribendorum habuisse animadvertit. In Bœotia fere semper (ut in inscr. 1ma, 8a. et 9a.) nomen dativo casu post præpositionem επι ponitur.

10. Marmor (a Leakio Thisbes repertum) forsan mutilum est a sinistro latere. Tum legendum puto

.....ιρ ἀνεθηκεν Ἀθηνᾳ.

Leakius autem aliter legit

Ἰδαν ἐθηκεν Ἀθηνᾳ.

Profecto litera secunda aut ᐅ aut ᐱ esse potest. Verbum autem compositum in hujusmodi formulis solennius, quamvis exempla simplicis eodem sensu positi haud desint.

11. Hanc vocem (sc. ΣΥϘΟΙ i. e. Συκῳ) e lapide inter ruinas Acrarum a Barone Judica reperto exscripsit T. Thorp. Vetustissimum esse lapidem testantur trium priorum literarum formæ.

CLASS. III. SECT. I.

Digitized by Google

ΝΥΚΙΝΟΣ
ΚΑΝΝΙΑΣ
ΜΝΕΣΙΛΕΝΕΣ
ΣΙΚΩΝ
ΑΜΦΙΜΕΔΕΣ
ΧΣΕΝΥΝΝΟΣ

ΗΥΠΕΡΒΙΟΣ
ΗΑΛΜΩΝ
ΠΟΝΥΧΣΕΝΕΣ
ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ
ΝΙΚΩΝ

ΣΜΙΚΡΟΣ
ΝΕΑΙΟΣ
ΕΡΑΟΤΕ
ΦΩΚΙΩΝ
ΑΡΑΙΟ

ΣΤΡΑΤΕΛΟΣ⁝ΕΝΑΙΛΥΠΤΟΙ
ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ·
ΕΥΘΥΜΑΧΟΣ⁝ΤΕΝΕΝΙΚΟΣ
ΕΥΜΕΝΟΣ ⁝ΜΑΝΤΙΣ
ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΕΣ
ΤΟΧΣΟΤΑΙ⁝ΦΡΥΝΟΣ
ΤΑΥΡΟΣ
ΘΕΟΔΟΡΟΣ
ΑΝΕΞΙΜΑΧΟΣ.

Notandum est literam N in linea secunda post voces ΕΝΚΥΠΡΟΙ hodie extare, quod, nisi fallor, illis vitio vertendum qui literas omnes rubro quodam colore pinxerunt. Sed de hac inscriptione plura lector in Appendice reperiet.

CLASS. III. SECT. I. INSCR. I.

MARMOR ATHENIENSE *sive* NOINTELIANUM *sive* BAUDELOTIANUM I.

TAB. XIV.

Montfauc. Pal. Gr. Lib. II. p. 134. Maffei. Gall. Select Antiq. p. 82. et Mus. Veron. p. CCCCVII. Bernard. Diss. I. apud Murator. Thes. Vet. Inscr. T. I. p. 42. Murator. Thes. p. DCCCLXXVIII. Nouv. Trait. Tom. I. p. 633. Corsini Fast. Att. Diss. IV. p. 159. Lanzi. Sagg. Tom. I. p. 106.

Hoc marmore non aliud illustrius. Athenis, in ecclesia quæ του Σταυρουμενου dicitur, a Gallando, Giraldoque, Gallis, repertum est A. S. 1678. Horum cura (auspiciis Marchionis de Nointel Gallorum apud Turcas legati) Lutetiam quam celerrime missum, in Regiæ Inscriptionum Academiæ Museo adservatum est. Hodie in Museo Regio extat[1]. Ipse proximo anno exscripsi, quod factum magnopere gaudeo, omnia enim, quanta videram, apographa mendosa esse credidi, nec aliter ac censuissem, res cecidit. At suo quæque ordine ad examen revocanda.

Neminem morabitur scopus Epigraphes. Tribus Erechtheidos voluntate inscripta est, ut suos tribules, dum

[1] "Les deux marbres de Nointel ont été pendant plusieurs années au Musée des monumens François aux Petits Augustins, aujourd'hui (1809.) on les voit dans le vestibule de la galerie des Antiques du Musée Napoleon." Mem. de l'Acad. des Inscr. Tom. XLVII. p. 157. Not.

pro patria pugnarent cæsos sempiternæ memoriæ traderet. Quod ad locum attinet, nullus dubitat Corsinus[1] quin hoc Marmor in exteriore Ceramico (nempe in urbis pomœrio) positum fuerit. Illic enim solenne fuit milites omnes qui in bello sublati fuerant, certis ritibus sepelire, ipsorumque et Ducum nomina marmoreis monumentis inscribere[2].

Quod ætatem marmoris attinet, multa multi ex variis auctoribus protulere. Instar omnium nobis sit Thucydides[3], qui aliquando uno eodemque anno Athenienses in Cypro, tum in Ægypto, deinde ad Halieas, mox in Ægina, tandemque in Megarensi agro dimicasse tradit. Eundem quem Thucydides in prœliis recensendis ordinem servare nostrum marmor notandum est[4]. Ex his duo contigisse, Philocle Archonte, anno secundo Olympiadis LXXX, Megarense autem bellum anno tertio ejusdem Olymp. auctor est Diodorus[5]. Nihil ergo in causa est quominus cum Bimardio[6], hoc marmor eodem anno, i. e. anno tertio Olymp. LXXX, excitatum esse statuamus[7].

In ipsa inscriptione nihil est quod vel indoctis moram injicere posset nisi vox ΜΕΛΑΡΟ, quæ mirum in modum omnes interpretes cruciavit. ΜΕΛΑΡΟΙ extat apud Montfauconium, Maffeium, Corsinium. ΜΕΛΑΡΟΙΣΤΕ legendum confirmat Bimardius, quod quidem dedit Lanzius.

[1] Fast. Att. p. 158.
[2] Cf. Pausan. in Att. c. 29.
[3] Thucyd. I. 105.
[4] Cf. Corsin. F. A. I. p. 162.
[5] Diodor. XI. c. 78.
[6] Diss. I. p. 43. (apud Murator.)
[7] Nescio quid sibi velit Montfauconius, qui nunc, flagrante bello Peloponnesiaco, nunc, anno A. C. 450. marmor positum esse dicat. Pal. Gr. lib. II. c. iv. p. 134. De ætate hujus marmoris alii quoque titubârunt.

Certo autem certius est, id quod fatetur Bimardius, nullam post ΜΕΛΑRΟ literam in Marmore hodie extare. Quendam e tribu Erechtheide, cui Megaro nomen esset, suo sumptu hoc marmor ponendum curâsse putat Montfauconius et *ἀνέθηκεν* intelligendum monet, quæ nec Atheniensum mos, nec inscriptionum leges, nec linguæ Græcæ indoles patiuntur.

Maffeius postremas tituli voces ita conjungit; *Μέγαρος ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαύτῳ Στρατηγῶν*· quod neque verum, neque, si res ita se habuisset, quare in hoc marmore memoraretur, nos docuit Vir Cl. Præterea quid tali Syntaxi durius excogitari potuit?

Propius ad veritatem accedit Bimardius[1] qui, cum Thucydides eodem anno quo in Cypro, Ægypto, apud Halieas et in Ægina, Megaris etiam pugnatum esse tradat, nullus dubitat quin in marmore Megarensis quoque pugna memorata fuerit. Quod autem dicit, fuisse proculdubio in marmore ΜΕΛΑRΟΙΣΤΕ, id nullis argumentis confirmat. Non nisi unius literæ in marmore extat vestigium; quæ Sigma, necne esset, omnino dubium. ΜΕΛΑRΟΙ ergo legendum puto, quæ vox legitur apud Aristophanem[2] et Platonem[3]. Conjunctioni *τε*, ut recte Maffeius[4] "non opportunus hic locus et dictio *Μεγάροις τε*, *in Megaride*, apte loquendo non significaret."

Omnes libri ad unum ante ΤΟ ΑΥΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ, ΕΝ dedere, quam vocem in marmore nunquam extitisse dudum notaverat Maffeius[5], atque idem meum apographum confirmat. Maffeius autem suæ sententiæ oblitus

[1] Diss. I. p. 42.
[2] Aristoph. Acharn. 758.
[3] Plat. Theætet. p. 142. C. (ed. Serran.)
[4] Mus. Veron. p. CCCCXI.
[5] Ubi supra.

est cum in Arte Critica Lapidaria[1], dum lapidum scripturam sibi raro constare notaret, nostrum marmor exempli gratia protulerit. "Baudelotiana prima pro ἐν τῷ, primum ἐν τοι deinde ἐν το." Hic autem το αυτο ενιαυτο pro τοῦ αὐτοῦ ἐνιαύτου, linguæ Græcæ indoli convenienter, scribitur[2].

Lacuna, quæ ante literas ΤΕΛΟΝ extat, eodem modo ab omnibus expletur; ΣΤRΑΤΕΛΟΝ sc. scribunt, quod quomodo Maffeius explicet, jam dixi. Montfauconius eodem modo quo Maffeius vocem ΣΤRΑΤΕΛΟΝ Latine reddit, longe aliter autem loci sententiam constituit, cum Cimonem hic innui putet, quem, cum ei tunc temporis summa rerum Atheniensium demandaretur, in omnium tribuum στήλαις memoratum verisimile esse arbitretur. Quod quibus argumentis fretus protulerit Vir. Cl. haud equidem video. Quod si hic ΣΤRΑΤΕΛΟΝ legendum, proculdubio *Ducum*, vel *E ducibus* vertendum est. Exempla enim participii στρατηγῶν *nude* pro στρατηγός positi desiderantur. Nec si aliter res sese haberet, sententia ita constituta expeditu facilis esset. Sed satis notum est e more Atheniensium esse plures pari jure eidem exercitui præficere unde nota illa apud Thucydidem δέκατος αὐτὸς, τρίτος αὐτὸς, et similia. Hic ergo innui possunt Φάνυλλος, Ἄκρυπτος[3] (quorum nomina in eadem linea ac Στρατηγῶν posita sunt) quippe qui exercitibus

[1] Apud Donat. Suppl. Murator. Nov. Thes. Vet. Inscr. lib. III. cap. i. p. 79. Cf. quoque Placent. Epit. Palæog. p. XXIV.

[2] Cf. Matth. Tom. II. p. 528.

[3] "Ægre concedam Στρατηγῶν esse genitivum pluralem. Phanyllus aut solus, aut præterea Acryptus, quum ducis munere jungeretur, in bello perierat; quod optime significatur, præmisso Στρατηγῶν participio. (Ἀπέθανε) Φάνυλλος Στρατηγῶν *dux quum esset.*" Aug. Böckh. in literis MSS.

ad Halieas et ad Phœnicen missis forsan præfuerint, atque inter tribules Ἐρεχθειδος numerarentur. Vel Ducum ea nomina censenda quæ vocem Στρατηγων proxime sequuntur ut postea prope finem Epigraphes.

ΣΤΒΑΤΕΛΟΣ
ΕΝΑΙΛΥΓΤΟΙ
ΗΙΓΓΟΔΑΜΑΣ

Verba Epigraphes a se invicem separantur, tribus punctis interpositis, cujus rei exempla præbent inscriptio Sigea, Elea Rhetra, aliæque complures. Præpositio autem a casu quem regit nunquam disjungitur. Ita in Delphico lapide quem supra exhibui, ΒΟΙΟΤΙΟΣ: ΕΧΣΕΡΧΟΜΕΝΟΥ.

Quod nomina attinet, summa cura omnia exscripsi. Maffeii apographum inter prius edita optimum est sed et illud fœdis mendis respersum, quæ tamen hic non notavi, cum in marmore omnia satis sint liquida atque manifesta. Memorandum videtur, literas haud eadem forma ubique in marmore effici. Vere de litera ᗩ Barthelemius[1] "Ce qu'il y a de certain c'est que le Rho avec la tête angulaire, et la petite queue, se trouve toujours dans la première inscription de Nointel, de l'an 457, excepté dans les dernieres lignes de la premiere colonne, ou il parôit sous cette forme Ꝑ dans les mots ΤΑΥΡΟΣ et ΦΡΥΝΟΣ." Hodie quidem in illis vocibus cauda literæ Ꝑ conspicitur, quod quomodo effectum sit explicat Dacierius[2]. "En marquant de rouge les caractères de cette inscription, placée au Musée Napoleon, on a donne a tort la forme Ꝑ au Rho dans le mot Ταυρος;

[1] Mem. de l'Acad. des Inscr. Tom. XLVII. p. 161.

[2] Ibid. p. 162. Not.

en l'examinant de plus pres, on voit que la petite queue du P n'est pas indiquée par une trait fait avec le ciseau, mais seulement avec la couleur rouge. L'observation donc de M. l'Abbe Barthelemi n'est donc inexacte, comme le pourroit faire penser un coup d'œil superficiel jeté sur l'inscription."

Antequam orationi finem imponam, bella hujus Epigraphes versione a Muratorio confecta, pulchro scilicet munere, Lector donandus.

"[1] Ex Erectheide Tribu.

Qui in bello mortui sunt, in Cypro, in Ægypto, ac Phœnice, in MARITIMIS NAVIGATIONIBUS, IN ÆGINA MEGARÆ.

[2] Eodem Anno."

Quæ sequitur nota, ipsa versione præstantior. "*In Marit. Nav.* nisi sit *In Eleusi*[3]."

[1] Thesaur. p. DCCCLXXIX. Diss. N. p. 164.
[2] Cf. Corsin. Fast. Att. P. I. [3] Monum. Pelop. I. p. 65.

IK 3.53



[*To face page* 111.

ΝΥΚΙΝΟΣ	
ΑΡΧΙΑΣ	
ΦΟΚΙΟΝΤΡΙΕ	ΧΑΙΡ
ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ	ΓΥΘ
ΑΝΔΡΟΝ...	ΝΙΚΟ
ΘΕΟΔΟΤΟΣ	ΝΙΚΟΔ
ΝΥΣΙΜΑΧΙΔΕΣ	ΚΤΕΣ
ΓΥΡΡΑΝΔΡΟΣ	ΑΥΧΕΝ
ΒΝΕΓΥΡΟΣ	ΝΥΣΙΜΑΧ
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ	ΦΙΝΟΚΡ
ΧΑΡΙΑΔΕΣ	ΓΙΝΔΑΡΟΣ
ΝΥΣΙΣ	ΧΑΡΙΔΕΜΟΣ
ΚΑΝΝΙΓΓΟΣ	ΣΟΚΡΑΤΙΔΕΣ
ΕΡΕΤΡΙΕΥΣ	ΑΡΙΣΤΟΚΡΑ
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ	ΔΙΟΦΑΝΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ	ΜΕΝΕΚΝΕΣ
ΑΝΤΙΚΝΕΙΔΕΣ	ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ
ΕΥΦΡΑΝΟΡΙΔΕΣ	ΣΟΣΙΓΓΟΣ
ΠΟΣΕΙΔΙΓΓΟΣ	ΑΙΣΧΥΝΙΔΕΣ
ΕΓΙΛΕΘΕΣ	ΕΦΙΑΝΤΕΣ
ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ	ΑΝΚΑΜΕΝΕΣ
ΜΙΜΝΟΝ	ΦΙΝΕΑΣ



ΧΑΡΙΔΕΜΟΣ
ΤΙΜΟΧΣΕΝΟΣ
ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ
ΕΜΠΟΤΕΙΔΑΙΑΙ
ΓΑΝΤΑΚΥΕΣ
ΑΛΝΟΔΕΜΟΣ
ΑΡΧΙΑΣ
ΕΝΑΜΦΙΓΟΥΕΙ
ΦΙΥΟΦΡΟΝ
ΕΠΙΘΡΑΙΚΕΣ
ΕΥΚΡΑΤΕΣ
ΕΜΠΥΥΟΙ .
ΕΛ . . ΙΑΣ
ΕΝΣΥΡΜΥΥΙΑΙ
ΠΟΥΥΜΝΕΣΤΟΣ
ΕΣΣΙΛΛΟΙ
ΠΑΥΣΙΑΣ
Α . Σ .

ΤΟΧΣΟΤΑΙ

ΦΙΥΙΠΠΟ
ΑΥΓΑΚΤ
ΔΕΧΣΙΟΣ
ΜΝΕΑ . ΟΡΑΣ
ΗΕΡΙΚΥΕΙΔΕΣ
ΗΕ ΦΙΥΟΣ
ΟΝΕΣΙΜΟΣ
ΗΙΕΡΚΥΕΣ
ΑΝΑΧΣΙ
ΧΣΕΝΟΙ
ΑΘΕΝΟΔΟΡΟΣ
ΕΥΦΡΑΙΟΣ
ΧΑΙΡΙΛ ΝΕΣ
ΠΟΣΕΙ ΠΡΟΣ
ΜΕΝΟ
ΣΤΡΑΤ Ν

ΑΙϟΧΥΥΙΔΕϟ
ΜΝΕϟΙΚΙΔΕϟ
ΑΝΤΙΒΙΟΣ
ϟΟϟΙΑΣ
. ΓΙϟΙΔΕΙΟ .
. ΕΦΙϟΟΔΟΡΟϟ
ϒΤΙΟΙ
ΔΙΑΙ:ΚΧΥΥΙ
Ν : Ι
Δ . ΔΕϟ
Λ . ΛΕϟ

L. 13. et 21. Fourmont.
ΜΝΕϟΕΚΥΕΙΔΟϟ
ΕΠΙΧΑΡΙΔΟϟ

L. 29. Vix dubium quin scribere debeamus
ΜΝΕϟΙΚ[ΥΕ]ΙΔΕϟ

L. 35. Quid legendum haud expedio.

Class. III. Sect. I. Inscr. II.

MARMOR NOINTELIANUM II.

TAB. XV.

Spon. Miscell. p. 315. Maffei. Mus. Veron. p. ccccvii.

Hoc marmor eodem loco quo prius Athenis repertum, cum eo in Museo Regio asservatur. Utrique eadem species, eadem latitudo, eadem scripturæ ratio. Sponius qui primus edidit, in eodem loco "alia duo fragmenta Pandionidis et Leontidis tribus, in quibus *nuda* leguntur tribulium nomina eodem modo *ὀρθογραφούμενα*, v. 9. ΚΑΛΛΙΧΣΕΝΟΣ, ΧΣΕΝΥΛΛΟΣ, ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ, ΗΙΕΡΟΝΥΜΟΣ, ΧΣΕΝΟΦΙΛΟΣ, ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ, ΗΥΠΕΛΕΙΟΣ, ΔΙΟΝ, ΑΝΤΙΦΟΝ, ΧΣΕΝΟΚΛΕΣ, &c.[1]" reperiri docet. Unde cum hæc nomina in præcedente marmore extent, omnes una voce Sponii verba, *alia duo fragmenta*, ad illud marmor cum alio quodam jam amisso respicere statuunt. Quibus multa impediunt quominus omnino assentiar. Sponius enim in fragmentis illis Pandionidis et Leontidis tribus tribules memorari dicit, at ne verbum quidem de tribu Erechtheide profert. Nomina quoque *nuda* in illis marmoribus inesse a Sponio discimus, quo vocabulo, si quid ego videam, vult vir doctus nominibus nihil præire quo quare marmori tradita

[1] Spon. Miscell. p. 317. Literas e Sponio accurate exscripsi.

sint, explicaretur. Quod de præcedente marmore vere dici non potest. Præterea si illud marmor vidisset Sponius, potius quam nostrum exscripsisset, cum multo magis notabile sit. Quod nomina attinet, tot Atheniensibus idem nomen erat, ut nihil exinde colligere possimus. Illud marmor certe Erechtheidos tribus proprium erat; hoc autem, cum plures tribus memoret, publico sumptu excitatum esse credo. Cum autem inter se simillima sint, utrumque forsan eodem tempore sculptum est, ut suos tribules (plures scilicet numero) Erechtheis, cæterarum autem tribuum tribules (cum singulæ suos honore debito prosequi aut nequirent aut nollent) respublica monumento decoraret. Sed nostro marmori titulus deest, quare nihil certi statui potest.

Abbreviatio (res insolita, ut in Prolegomenis jam dictum est) in hoc marmore bis conspicitur, ΤΡΙΕ sc. pro ΤΡΙΕΡΑΡΧΟΣ[1].

[1] Cf. Maff. de Sigl. Græc. p. 72. Corsin. Not. Græc. p. 68. et Fast. Att. I. p. 159.

Class. III. Sect. I. Num. III.

TAB. XVI.

1. Clarke Itin. Tom. VI. p. 368. Ed. 8vo. 2. Fourmont. MSS.

Hæc fragmenta præcedenti proxime subjeci, cum quod ejusdem argumenti esse videantur, tum quod eadem urbe repertæ sint. Mendose Clarkius primam edidit. In meo apographo omnia, credo, fideliter expressa sunt; vix ergo operæ pretium duxi Clarkii variationes notare. Vox Αντιφανης in marmore proculdubio extat, sed liquido a recentiori quadam manu injecta. Quæ sequuntur, e schèdis Fourmontii in bibliotheca Regia Parisina proximo anno exscripsi.

Class. III. Sect. I. Inscr. IV.

INSCRIPTIO POTIDÆA.

TAB. XVII.

E marmoribus in Mus. Brit. asservatis No. 290. Thiersch. Act. Phil. Monac. II. p. 398. sq. Viscontius de Marm. Elgin.

Hoc marmor in Academiæ campo prope Ceramicum inventum. In Ceramico *καλλίστῳ προαστείῳ* scilicet *τῆς πόλεως* omnes qui in bello ceciderant, præter Marathone occisos, id quod diserte testatur Thucydides[1], et omnibus notum, *δημοσίῳ σήματι* sepeliri solebant[2]. Quorumnam in Ceramica sepulcra extiterint prolixius narrat Pausanias[3].

Cum marmor vetusto more inscribatur, proculdubio referendum est ad illos qui anno antequam Peloponnesiacum bellum exarserit Potidæam concesserunt, e quorum numero, teste Thucydide[4], centum cum viginti et ipse Archon Callias, ante muros Potidææ occisi sunt. Pausanias[5] quidem aliquos *περὶ Θράκην μαχεσαμένους* (nescio an ad nostros respiciens) in Ceramico sepulcro donatos testatur. Hæc omnia, Ol. LXXXVI. 4. Apseude Archonte evenere[6], sc. A. C. 432. Id sane dolendum venit quod

[1] Thuc. II. 34.

[2] Cf. Meurs. Pop. Att. voce *Κεραμεικος*, item apud Gronov. Thes. Vol. IV. p. 1006. Petit. Leg. Att. p. 495. Palmer. Exerc. p. 48.

[3] Paus. I. c. 29.

[4] Thucyd. I. 63. Diodor. XII. 34.

[5] Paus. I. 29.

[6] Corsini F. A. Tom. III. p. 226. et Tom. II. p. 71. Cf. quoque Diodor. XII. 36. Dodwell. Diss. III. §. 35. Knightius autem (Proleg. ad Homer. p. 82.) anno secundo belli Peloponnesiaci hæc omnia acta esse statuit, nescio quibus argumentis fretus.

[*To face page* 114.

TAB. XVII.

ΑΘΑΝΑ
ΣΕΜΑΙΝ
ΚΑΙΓΡΟΛΟ
ΝΙΚΕΝΕΥΓΟΥΕΜΟ
ΑΙΘΕΡΜΕΜΦΣΥΧΑΣΥΓΕΔΕΧΣΑΤΟΣΟ
ΤΟΝΔΕΓΟΤΕΙΔΑΙΑΣΔΑΜΦΙΓΥΝΑΣΕΝ
ΕΧΘΡΟΝΔΟΙΜΕΝΕΧΟΣΙΤΑΦΟΜΕΡΩΣΗ
ΤΕΙΧΟΣΓΙΣΤΟΤΑΤΕΝΗΕΥΓΙΔΕΘΕΝΤ
ΑΝΔΡΑΣΜΕΜΓΟΥΙΣΗΕΔΕΓΟΘΕΙΚΑΙΔ
ΓΡΟΣΘΕΓΟΤΕΙΔΑΙΑΣΗΟΙΘΑΝΟΝΕΜΓΡ
ΓΑΙΔΕΣΑΘΕΝΑΙΟΝΦΣΥΧΑΣΔΑΝ ΡΡΟ
Γ . . ΥΧΣΑΝΤΑΡΕΤΕΝΚΑΙΓΑΤ ΥΚΥ

Google

quatuor priores lineæ omnino mancæ atque mutilæ sint. Viscontius quidem titulum quendam in initio inscriptionis aliquando extitisse monet et literas ΕΛΟΙ majusculis literis scriptas etiam hodie extare putat. Sed nec ipse nec amicus quidam meus ex iis aliquam præter Ε (quæ quidem diserte legi nequit) nec illam majori forma quam sequentes, reperire potuimus. Thierschius, animadverso marmor nostrum verisimiliter columnam fuisse prope quadratam (*στήλην*) eo ambitu ut nomina centum et quinquaginta Atheniensium caperet, hæc subjicit[1].

" Ac pars quidem superior quæ nomina continebat tota interiit nisi quod in fractura anguli sinistri ductus nonnulli ejus nominis quod extremo loco positum erat, emineant, ita tamen dissoluti, ut nihil inde efficias."

Thierschius quidem ita quæ manca sunt supplevit[2].

Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ' ἔθεντο,
Σημαῖνεν δὲ μάχη δυσμενεέσσι βίην·
Καὶ προγόνων τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες
Νίκην εὐπόλεμον μαρνάμενοι κάθελον.
Αἰθὴρ μέμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών
Τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν.
Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱδὲ φυγόντες
Τεῖχος πιστοτάτην ἐλπιδ' ἔθεντο βίου.
Ἄνδρας μέμ πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆμος Ερεχθέως,
Πρόσθε Ποτειδαίας οἵ θάνον ἐμ προμάχοις,
Παῖδες Ἀθηναίων· ψυχὰς δ' ἀντίῤῥοπα θέντες
Ἠλλάξαντ' ἀρετὴν καὶ πατρίδ' εὐκλεῖσαν.

Ex his vix opus est dicere quatuor priores lineas omnino incertas esse. Optime quæ sequuntur quatuor

[1] Thiersch. Act. Ph. Mon. II. p. 405. [2] Thiersch, ubi supra p. 431.

lineas supplevit Thierschius In linea nona, præclara et certa est conjectura P. P. Dobræi,

ΔΕΜΟΣ ΕΡΕΧΘΕΟΣ,

nec magis dubium est ipsius Thierschii in linea decima supplementum, cum (ut ille recte) ΠΡ adhuc in lapide satis liquido quivis legere possit. In linea undecima idem vir cel. legit tantum in lapide

ΓΑΙΔΕΣΑΘΕΝΑΙΟΝΦΣΥΧΑΣΑ....ΡΡΟ

et postea conjecit ΑΝΤΙΡΡΟΠΑ, quæ vox mihi in marmore extare videtur. An recte postea ΘΕΝΤΕΣ ΕΥΝΑΧΣΑΝΤ' suppleverit dicere nequeo; nullum profecto ejusmodi locutionis exemplum profert, sed quod illi et Schæfero, viris certe præclaræ doctrinæ, placuerit, haud meum est improbare, nisi melius aliquod haberem quod proferrem. Postea Viscontius recte proculdubio ΠΑΤΡΙΔΕΥΚΝΕΙΣΑΝ.

Idem vir cel. lineas quintam et sextam ita restituit,

Αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δ' ὕπνον
Τόνδε Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας ἔλαχον.

Saltem debuerat *ἔλαχεν*, quod miror Thierschium Viscontii vincta cædentem præteriisse. Qui plura vult de hoc marmore, appendicem conferat, ubi Thierschii dulcissimam dissertationem ex actis Philologicis Monacensibus exscripsi.

Class. III. Sect. I. Inscr. V.

MARMOR ATHENIENSE.

TAB. XVIII.

Böckh. II. p. 198. (Tab. II. Inscr. III.)

Extat hæc inscriptio in schedis Fourmontianis, unde descripsit Bekkerus, Böckhioque dedit. Ipse apographum Fourmontianum Lutetiis anno proximo vidi. Prope Carbatum in Attica marmor repertum est. Quicunque animadverterit quoties quamque ridicule in Amyclæis istis inscriptionibus lapsus sit Fourmoutius, is certe nunquam suspicabitur hanc inscriptionem a nebulone isto fingi potuisse [1]. Decretum est ea caussa factum ut pecunia a Deorum thesauris mutuata redderetur. Nihil notius hoc more pecuniæ a templis mutuandæ [2]. Quo anno decretum factum sit dici nequit, quamvis a scopo haud longe aberrare possimus. Ante anarchiam factum satis patet in ipso enim decreto dicitur pecuniam Diis reddi

[1] Longius quidem quam ego progressus est meus Böckhius cujus verba exscribo. "Fourmont war zu unwissend, um irgend etwas zusammenhangendes erdichten zu können, geschweige denn eine urkunde wie die folgende, welche selbst der genauste Kenner der attischen älterthümer nicht hätte ersinnen können, und worin die feinsten Regeln der sprache befolgt sind, von denen zu Fourmonti zeiten die Gelehrtesten kaum eine Ahnung hatten." Böckh. II. p. 198. Nec aliter in literis MSS. "Accipe plebiscitum insigne inter Fourmonti copias repertum quod neque ab isto Gallo neque ab ullo alio fingi et supponi potuisse, qui Græce didicerit, intelliget."

[2] Thucyd. II. 13. Cf. Böckh. II. p. 130.

posse, cum *jam tria millia talentorum in thesauro congerantur.* Quod certe post anarchiam fieri nequivisse omnes sciunt. Jam quæcunque pecunia a Pericle congesta fuerat, eam omnem vel magna ex parte proculdubio in Peloponnesiaci belli prima parte, ante pacem sc. quæ Niciæ vocatur, e thesauris haustam esse nemo inficias iverit. Sed post eam pacem factam, cum tributa ex insulis adhuc allata essent, multa pecunia thesaurum Atticum ditatum esse satis patet, et ad hanc rem Athenienses tunc temporis, rei necessitate et venientis belli providentia inductos, animum advertisse testatur Thucydides[1]. Ἀνειλήφει, ait, ἡ πόλις ἑαυτὴν—ἐς χρημάτων ἄθροισιν. Pax Niciæ facta est Ol. LXXXIX. 3. et hac pace durante, septem millia talentorum congesta sunt[2]. Pax autem sex annos duravit. Hoc decretum ergo Ol. XC. 1. vel. 2. forsan factum est[3].

Quod initium decreti attinet, multa loca advocavit Böckhius quorum ope omnia hic e solenni more Atheniensium facta esse videmus[4]. Böckhius quoque τὸν Ἐπιστατὴν hic memoratum, Senatus non plebis Ἐπιστατὴν esse ex Aristophanis et Plutarchi locis supra advocatis colligit. Nec contra facit decretum apud Thucydidem, quamvis plebiscitum sit; quodcunque enim a plebe scitum erat, id a senatu ratum esset oportebat.

[1] Thuc. VI. 26.

[2] Cf. Æsch. de Fals. Leg. p. 334. sq.

[3] Cf. Böckh. Tom. I. p. 477. sq.

[4] Thuc. IV. 118. (Ol. LXXXIX. 1.) Aristoph. Thesmoph. 372. (Ol. XCI. 3.) Plut. Vit. Dec. Orat. p. 225. (Ol. XCII. 2.) Andoc. de Myst. p. 47. (Ol. XCII. 3.) p. 39. (Ol. XCIV. 2.) Ex his locis explicandum decretum apud Clarkium (Greek Marbles XXX. p. 52.) Cf. præter loca quæ advocat Böckhius Biag. de Decret. Athen. §. 17. Corsin. Fast. Att. I. p. 283. IV. Proleg. p. XII. Petit. ad Leg. Att. 186, 187. Van. Dale. Diss. de Strateg. et Scrib. p. 424.

L. 1. Fourmontius, ad finèm hujus lineæ scripserat ΜΝΕΣΙΘΕΟΣΣΕ. Alterum Sigma delevi.

L. 7. *καὶ τὰ ἐκ τῆς δεκάτης ἐπειδὰν πραθῇ.* Quænam *δεκάτη* hic innuatur, haud facile dictu. *Δεκάτη* Byzantina primum Ol. XCII. 3. soluta est, qui annus nostræ constitutioni temporis Epigraphes haud convenit. Böckhius agros aliquos a republica decima parte valoris esse locatos, reditusque ab iis omnibus venientes, Redemptori cuidam venditos esse (*πραθῆναι*) putat. Res haud vero absimilis, nulla autem auctoritate nititur. Postea fallitur omnino Böckhius cum in voce *τουτον* semper dipthongum in marmoribus repertam esse dicat. Infra Sect. II. Inscr. III. l. 11. habemus ΤΟΤΟΝ. l. 12. ΤΟΤΟ.

L. 8. ΗΟΣ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΟΙΝΕΡΝΥΝ. Bekkerus hic pro ΗΟΙΝΕΡΝΥΝ, ΗΕΜΕΡΟΝ legit, triginta dies[1] respiciens intra quos rationes reddi Athenis oportebat. Quod si verum sit, corrigendum istud ΗΟΣ; *ὡς τριάκοντα ἡμερῶν* nihil est nisi "*Rationes reddantur circa triginta adhinc dies.*" ΕΣΟ forsan legendum putat Böckhius[2], Hermogenem advocans. Idem monet eandem rem aliquando significari nulla particula adhibita[3]. Nescio annon hic legendum ΗΟΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΗΟΙΠΕΡΝΥΝ (sc. Logistæ et Euthynæ cum Paredris). Eodem modo infra dicitur. *Παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν κ. τ. λ. οἱ νῦν διαχειρίζουσιν.* Logistæ certe decem, Euthyni pares numero[4], et forsan Paredri quoque decem erant. Præterea minime video quemnam intra triginta dies rationes reddere Logistis oportuerit; et nimis a ductu literarum abscedimus legendo ΗΕΜΕΡΟΝ.

[1] Cf. Petit. Leg. att. p. 309.

[2] Hermog. Τεχν. Ρητ. p. 35, 36.

[3] Demost. c. Mid. p. 529. *Εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν*

[4] Cf. Harpocrat. voce *Εὐθύναι.*

Quod scripturam ΤΟΥΝΟΛΙΣΤΟΝ attinet, dixi in Præfatione. Logistarum munus satis notum[1].

L. 8. ΑΚΡ.Σ. Legendum manifesto ΑΧΡΙΣ. Quod verba *βουλὴ αὐτοκράτωρ* attinet, satis notum est magistratibus Atheniensibus eam aliquando potestatem datam esse, ut sine populi auctoritate multa agerent[2]. Spanhemius[3] paullo aliter explicat, ut qui *αὐτοκράτορες*, hi *ἀνυπεύθυνοι* sint. Quod verum esse videtur, si de magistratibus est sermo.

L. 11. *Πινάκια.* Hypothecæ sunt aut ceræ aut saxo traditæ[4]; *γραμματεῖα* autem libri, in quibus hæc omnia scripta fuere.

L. 14, 15. ΧΡΕΜΑΤΟΝ. Fourmontius habet ΗΙΗΤΟΝ. et infra l. 15. ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ et ΟΓΙΣΟ..ΜΟΙ, l. 17. ΣΙΣΕΜΑΙΝΟΣΘΟ, l. 18. Ι ante ΕΠΙΣΤΑΤΟΝ, l. 19. ΗΙΕΡΟΠΟΙΣ pro ΗΙΕΡΟΙΣ, l. 20. ΑΓΟΣΘΕΣΑΣΘΟΝ, l. 22. ΔΙΑΙΑ pro ΔΙΚΑΙΑ, l. 26. ΑΝΑΝΑΥΙΣΚΕΤΑΙ, l. 27. ΔΙΔΟΝΤΟΣ. l. 30. ΥΤΟΝ pro (ΤΙΘΕ)ΝΤΟΝ. Ex his mendis alia scriptori, alia exscriptori, merito tribui possunt.

L. 19, et 20. Ex his colligo thesauros omnium Deorum præter Minervam, post hoc decretum in unum esse contractos et in opisthodomo servatos.

Jam ipsam inscriptionem literis minusculis expressam ante oculos lectorum sistam.

[1] Cf. Petit. L. Att. p. 308.

[2] Böckhius bene advocat Andoc. de Myst. p. 8. *ψηφισαμένης τῆς βουλῆς· ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ.* Thuc. I. 126. (ubi archontes *αὐτοκράτορες* esse dicuntur). Xen. Hell. II. 2. 12.

[3] De usu et Præst. Numm. Diss. VII. p. 444.

[4] Cf. Böckh. Tom. I. p. 141. Demosth. c. Timoc. p. 1185. 12. Salmas. de M. U. X. p. 381.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Μνησίθεος ἐ-
γραμμάτευε, Εὐπείθης ἐπεστάτει, Καλλίας εἶπε· ἀποδοῦναι τοῖς Θεοῖς
τὰ χρήματα τὰ ὀφειλόμενα, ἐπειδὴ τῇ Ἀθηναίᾳ τὰ τρισχίλια τάλαντ(α)
ἀνενήνεγκται ἐς πόλιν ἃ ἐψήφιστο νομίσματος ἡμεδ(α)ποῦ· ἀποδι(δ)
(ό)ναι δὲ ἀπὸ τῶν χρημάτων ἃ ἐς ἀποδοσίν ἐστιν τοῖς Θεοῖς ἐψηφισμ(έ)
να, τά τε παρὰ τοῖς Ἑλληνοταμίαις ὄντα νῦν καὶ τἆλλα ἃ ἐστι τούτων τ
(ῶν) χρημάτων, καὶ τὰ ἐκ τῆς δεκάτης, ἐπειδὰν πραθῇ· λογισάσθων δὲ (ὁ)
(ι λ)ογισταὶ Ηος τριάκοντα Ηοινερνυν τὰ ὀφειλόμενα τοῖς Θεοῖς· ἄχρ(ι)
ς συναγωγῆς δ(ὲ) τῶλλογιστων ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω· ἀποδόντων (δὲ τ)
ὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων ἐπει(δὰν)
ἀποδῶσιν, ζητήσαντες τά τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα καὶ εἄμ π(ου ἄλ)
(λ)οθι ᾖ γεγραμμένα· ἀποφαινόντων δὲ τὰ γεγραμμένα οἵ τε ἱερ(εῖς κ)
αὶ οἱ ἱεροποιοὶ καὶ εἴτις ἄλλος οἶδεν· ταμίας δὲ ἀποκυαμεύε(ιν τὸ)
υτων τῶν χρημάτων ὅταμπερ τὰς ἄλλας ἀρχὰς καθάπερ τοὺς τῶν χρη
μάτων τῆς Ἀθηναίας· οὗτοι δὲ ταμιευόντων ἐμ πόλει ἐν τῷ ὀπισθ(οδό)
μῳ τὰ τῶν θεῶν χρήματα, ὅσα δυνατὸν καὶ ὅσιον, καὶ συνανοιγόν
τών καὶ συγκλείοντων τὰς θύρας τοῦ ὀπισθοδόμου καὶ συσσημαινέσθω
ν τοῖς τῶν τῆς Ἀθηναίας ταμίαις· παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπισ
τατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἵ νῦν διαχειρίζου(σι)
ν, ἀπαριθμησάσθων καὶ αποστησάσθω τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλ(ῆ)
ς ἐμ πόλει καὶ παραδεξάσθων οἱ ταμίαι οἱ λάχοντες παρὰ τῶν νῦ(ν)
ἀρχόντων, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγραψάντων δίκαια πάντα, καθ' ἕκαστον τε
τὸν Θεὸν τὰ χρήματά ὁπόσα ἐστιν ἑκάστῳ καὶ συμπάντων κεφάλαιο
ν, χωρὶς τό, τε ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον· καὶ τολοιπὸν ἀναγραφόντων
οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐς στήλην καὶ λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων
καὶ τῶν προσιόντων τοῖς Θεοῖς, καὶ εἄν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐ
νιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ εὐθύνας διδόντων, καὶ ἐκ Παναθηναί
ων ἐς Παναθηναία τὸλλόγον διδόντων, καθάπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας τ(α)
(μι)εύοντες· τὰς δὲ στήλας, ἐν αἷς ἀναγράψουσι τὰ χρήματα τα ἱερ(ὰ, τι
θέν)των ἐμ πόλει οἱ ταμίαι· ἐπειδὰν δὲ ἀποδιδομένα ᾖ τοῖς θεοῖς (τὰ)
(χρ)ήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τείχη τοῖς περιοῦσι χρῆσθαι χρῆμασιν.

Notandum est, summa inconstantia aspiratam nunc scribi nunc omitti, quæ res exscriptoris forsan incuriæ partim tribuenda est. Semper in hac inscriptione φσ pro ψ, et χσ pro ξ, scribitur quod solum omnem suspicionem fraudis huic inscriptioni auferret. Fourmontii enim ætate, omnes libri ad unum ξ pro κσ, et ψ pro πσ positum esse docuerunt.

Lineas præcedentis paginæ lineis ipsius inscriptionis respondere Lector monendus est.

marmore confirmatur. Ibi enim, ut mox videbimus,

[1] Cf. infra Inscr. Chois. II.

[2] Corsin. F. A. Tom. II. p. 254.

[3] Diodor. Lib. XIII. c. 43.

[4] Lys. Apol. Δωροδ. Orat. XX.

[5] Dionys. in Lysia.

[*To face page* 128.



CLASS. III. SECT. I. INSCR. VI.

INSCRIPTIO CHOISEULIANA I.

TAB. XVIII.

Barthelemi. Mem. de l'Acad. des Inscr. Tom. XLVIII. p. 337-407.
Böckh. über die Staathaushaltung der Athener. Bd. II. S. 161.

ATHENIS hoc marmor repertum vir celeberrimus Comes de Choiseul-Gouffier A. S. 1789 Lutetiam misit. Fuse de eo egit J. J. Barthelemius et nuper amicus meus Augustus Böckh. Sed graviter in his explicandis lapsus est Barthelemius, quodque jure mireris, quamvis marmor ipse inspexerit, ab utroque latere esse insculptum haud intellexit. Quæ res Böckhio haud vitio vertenda, cum illi marmor inspicere nunquam contigerit. In altero latere duæ quidem inscriptiones sunt, quarum alteram cum ejusdem ætatis ac nostra sit nuper ipse Parisiis exscripsi[1]; altera recentior est, cum in ea longæ vocales usurpentur. Inscriptio, quam nunc tangimus, recensio est pecuniæ e thesauris Minervæ, in varios usus, ex auctoritate plebisciti, archonte Glaucippo, haustæ. Glaucippus autem Archon erat Olymp. XCII $\frac{3}{4}$. et, ut Corsinus notavit[2], a Diodoro[3], Lysia[4] et Dionysio[5] memoratur. Lysias quidem diserte testatur in Glaucippi archontis annum Panathenæa Magna incidisse, quod a nostro marmore confirmatur. Ibi enim, ut mox videbimus,

[1] Cf. infra Inscr. Chois. II.
[2] Corsin. F. A. Tom. II. p. 254.
[3] Diodor. Lib. XIII. c. 43.
[4] Lys. Apol. Δωροδ. Orat. XX.
[5] Dionys. in Lysia.

memoratur, pecuniam e thesauris Minervæ traditam esse in sumptus Panathenæis *τοῖς μεγάλοις* suppeditandos.

Anni Atheniensium civilis post Olymp. LXXXVII. 1. Hecatombæon (i. e. Julius) primus mensis[1] erat. Quæ ergo in hoc marmore memorantur, ea omnia acta sunt inter Julium A. C. 410. et Julium A. C. 409. anno sc. Peloponnesiaci belli vigesimo secundo.

L. 1. *Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ Κλεγένης Ἀλαιεὺς πρῶτος ἐγραμμάτευε.* Haud raro in his inscriptionibus præmittitur hujusmodi sententia quæ rem tractandam proponat. Ita in Marm. Sandv. *Τάδε ἔπραξαν Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων κ. τ. λ.*; et in plurimis Atheniensibus. *Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ αἱ ἐδίδοσαν τὸν λόγον.* Tum in voce ·ει (ῇ) desideratur H quod sæpe alibi libelli nostri Lector animadvertet. Κλεγενες falso, ut videtur, pro Κλεογενες; quod quare dicam statim apparebit. *Πρῶτος ἐγραμμάτευε, scriba erat ejus tribus quæ prima præsidebat.* "Siquidem," ut Corsinus animadvertit[2], "Prytania quælibet unicum solum Scribam "habebat, ut testatur Pollux[3]; et sicut in Prytaniarum "serie una tribus alteri succedebat, ita quoque unus "etiam scriba alterum sequebatur." Jam vero tribui Æantidi primum tunc temporis locum in Prytaniarum ordine contigisse e nostro marmore apparet. Andocides[4] autem decretum exhibet, quo quemvis tyrannidem affectantem impune occidere licuit, hoc modo conceptum. *Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Αἰαντὶς ἐπρυτάνευε, Κλεογένης ἐγραμμάτευε, Βοηθὸς ἐπεστάτει, τάδε Δημόφαντος συνέγραψεν.*

[1] Cf. Corsin. F. A. I. p. 94. II. Proleg. p. XXXVII. sq.

[2] Corsin. F. A. Tom. I. p. 182.

[3] Poll. Lib. VIII. c. 9. Num. 98.

[4] Andoc. Orat. I. de Myst. p. 10. l. 37. ed. Steph.

Ἄρχει χρόνος τοῦδε ψηφίσματος. Ἡ βουλὴ, οἱ πεντακόσιοι λάχοντες τῷ κυάμῳ ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευε[1]. Ex ipso Andocide satis patet hoc decretum ad tempus a nostri marmoris tempore haud longinquum referri debere. Similis decreti post triginta tyrannos expulsos facti meminit Lycurgus[2] quod idem esse cum Andocideo statuere Petitus et alii haud satis idoneis argumentis freti. Verba enim decreti a Lycurgo prolata cum decreto apud Andocidem minime congruunt. Andocideum ergo decretum eo anno quod respicit nostra inscriptio factum esse Barthelemio et Böckhio visum est. A quibus ego non dissentio. Legendum ergo, ut antea dixi, Κλεογενες pro Κλεγενες.

L. 2. Ἱερῶγ χρημάτων. Quod mutationem elementi ν in γ ante χ attinet cf Præfationem.

Ἐπετείων. Vectigal annuum quod templo pendebatur hic innui putant Barthelemius et Böckhius. Vocem quidem hoc sensu non agnoscunt Lexica, quod effecerat ut de alia prorsus interpretatione in sequentibus inscriptionibus cogitarem, quod cum Böckhium monuissem, his

[1] Corsinus (quod in illo miror) ultima pessime vertit. "*Incipit hujus decreti tempus. Senatus et quingenti fabarum suffragio electi &c.*" Debuit autem "*Senatus (quingenti scilicet fabarum &c.*") vel "*Senatus quingentorum.*" Præter quingentos enim quis alius erat Senatus? Sed nihil hac locutione vulgarius ἡ βουλὴ, οἱ πεντακόσιοι pro ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων. Locus autem ipse mihi corruptus videtur. Quid enim sibi volunt ista Ἄρχει χρόνος τοῦδε ψηφίσματος? Quid si legeremus. Ἄρχει χρόνου τοῦδε ψηφίσματος ἡ βουλη οἱ πεντακοσιοι κ. τ. λ.? "*Hoc decretum vim habet ex quo novus quingentorum senatus, tribu Æantide præsidente Cleogeneque scribæ munere fungente, habitus sit.*" S. Petitus quidem (Leg. att. III. T. II. p. 232.) eodem fere modo locum, ut nunc exhibetur, vertit. "*Incipit tempus hujus Psephismatis ex quo, quingentorum senatu sorte capto, Cleogenes primum scriba erat.*"

[2] Lycurg. adv. Leocr. p. 165.

verbis suam interpretationem verissime defendit. "In Ἐπέτειος nulla mihi videtur difficultas esse, sed quam explicationem ad marmor Choiseulianum (Œc. civ. Ath. II. p. 164[1].) protuli, ea haud dubie in omnibus locis retinenda est. Sæpe ea vox redit in actis Quæstorum, ut in Elginianis et in Chandleriana (Inscr. II. 4.) et (Œc. civ. Ath. II. p. 306.) ubi meam interpretationem repetii[2]; neque aliter interpretanda est illo, quem tu attulisti, loco. Recte animadvertisti (in illo loco[3]) legendum esse Ἐπέτεια ἐπεγένετο; jam vero si ἐπέτεια esset "*annua donorum recognitio*" non potuisset dici ἐπεγένετο sed tantum ἐγένετο. Ἐπέτεια ut l. c. (Chand. II. 4. §. 39.) sunt *Dona eo anno in templum illata,* et opponuntur iis quæ a decessoribus tradita Quæstores acceperant; igitur dicitur: (*Hæc*) *hoc anno accesserunt,* ἐπεγένετο. Ἐπέτεια sunt, *quæcunque per annum Quæstoribus tradita sunt,* in Choiseuliano *pecunia,* in ceteris *donaria.*" Hæc ille, quæ, ut spero, satis omnibus factura sunt.

Pryt. I. Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος πρώτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Καλλιμάχῳ Ἀγνουσίῳ, Φρασιτελίδῃ Ἰκαριεῖ, ἵπποις σίτος ἐδόθη, Ἀθηναίας Πολιάδος ΤΤΤΧΧΧΗΗΔΔΔΓΡΡC Νικες ΓΔΔΔΔΔΡΙΙΙϽ. Mirabile dictu, ita hunc locum Barthelemius vertit. "Il a été remis par les hellenotames, "c'est-à-dire, par les tresoriers de l'extraordinaire, à "Callimaque, du bourg de Hagnonte, &c." Nec aliter

[1] Ad nostrum sc. locum verba ipsa viri doctissima jam profero. "Was die Ἐπέτεια betrifft, so können darunter nur die jährlichen Tempel—und Staatseinkünfte verstanden werden welche in den Schass niedergelegt worden."

[2] His sc. verbis. "Ἐπέτεια sind die jahrlichen Einkünfte, nehmlich das zu den Schassen neu hinzugekommene."

[3] Infra Class. III. Sect. II. Inscr. III.

lapsus est, ubicunque incidit Ἑλληνοταμίων aliqua mentio. De Hellenotamiis breviter dicendum, cum Lexicographi Græci præter Hesychium aut nihil ad rem aut falsa omnino de illo magistratu scripserint. Post res Persicas, ut satis notum, respublicæ Græcæ minores, præsertim insulæ, naves suppeditavere et aliquod pecuniæ quotannis solvere, quod scilicet in partem impensarum belli contra Persas suscepti veniret. Hæc pecunia primum in Apolliniis Delii templo servata postea ad Athenas translata est. Qui tamen pecuniam contulere, *αὐτονόμοι* initio erant[1]; nec sine eorum consensu quicquid actum. Quum autem postea ipsi militiam detractarent, naves *κενας* mitterent, pecuniam pro hominibus, quos mittere debuere, accipi vellent, aut (quum pecuniam pendere aut nequirent aut nollent) federationem deserere cuperent, alii post alios in ditionem Atheniensium redacti sunt. Omnes tributum pendere coacti, quod Athenienses jam pro ducibus domini facti in suos usus transferre a Pericle[2] edocti sunt, quo auctore hac pecunia usi sunt ad urbem præclaris illis operibus ornandam quæ nos etiam hodierni miramur, et quamdiu durabunt, sæcla venientia mirabuntur. Talenta quadringenta cum sexaginta initio[3]; postea sexingenta[4]; denique (Alcibiadis consilio) millia cum ducentis[5] vel trecentis[6], sociis imperavere Athenienses. Ἑλληνοταμίαι autem, ut vere Hesychius, *τοῦ κομιζομένου φόρου παρὰ Ἀθηναίοις ταμίαι* erant. Cæteri Lexicographi aut toto cælo aberrant aut nihil explicant. Pollux quidem[7] Ἑλληνοταμίαις

[1] Thucyd. I. 57.
[2] Diodor. XII. 38. Plut. Per. 12.
[3] Thucyd. I. 96. Plut. Aristoph. 34.
[4] Thucyd. II. 13. Plut. Arist. 24.
[5] Andoc. c. Alcib. 116.
[6] Plutarch. Aristoph. 24.
[7] Poll. VIII. 14.

id fuisse munus putat ut ex insulis tributum colligerent, eamque πολιτειαν quæ in singulis constituta erat tuerentur. Quod a vero omnino alienum. Sed post triginta tyrannos exactos nulli constituti sunt Hellenotamiæ, unde factum est ut eorum munera ignorarent Lexicographi. Dum in Delo servaretur Thesaurus, Hellenotamiæ, ut videtur, et ἀποδέκτων et ταμίων munere functi sunt, postea autem quam ad Athenas transferretur non nisi posteriori. Illis ergo initio negotium erat ut pecuniam, qua ad usus belli opus erat, e thesauro numerarent; postea autem ut operibus publicis, festis, sacris, rebus theatricis[1] sumptus subministrarent. E nostro marmore autem constat alia quoque munera Hellenotamiis postea tributa esse. Haud enim festis sumptus tantum suppeditabant sed aliqua etiam, quæ ad ea pertinebant, curabant. Equi scilicet quibus plurimis in Panathenæis aliisque festis usi sunt Athenienses, eorum curæ commissi sunt. Duplices quoque obolos[2], ludos spectandi pretium, eosdem plebi divisisse ex hoc et proximo marmore satis constat. Nondum enim ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῷ Θεωρικῷ[3] constituta erat. Quis autem Ἑλληνοταμίων numerus esset, minime constat. Undecim nostro marmore nominati sunt. Sed cum (id quod Böckhio[4] videtur, et vero quidem simile est) haud anni initio, sed post Panathenæa primamque Prytaniam, magistratum occeperint, ex iis duo priori anno tribuendi sunt. Novem ergo in hoc marmore nominantur. Böckhius

[1] Cf. Plutarch. Arist. 24. Pericl. 12.

[2] Cf. Aristot. Pol. II. 5. Lex. Seg. p. 237. et omnes Lexicographos.

[3] Cf. Æsch. c. Ctes. p. 416, 418. Dem. de Cor. p. 264. Lex. Seg. p. 264.

[4] Böckh. über die Staathausbaltung der Athener. I. 192.

decem semper fuisse putat, qui proculdubio magistratibus plerisque numerus erat constitutus. Quod dicit Barthelemius, singulos e singulis tribubus electos esse, id nostrum marmor omnino falsum esse confirmat. Locus hoc modo vertendus. "Æantide tribu primæ Prytaniæ munere fungente, pecunia Hellenotamiis Callimacho ex Agnunte, Phrasitelidi Icariensi numerata est, scilicet ut equis commeatus darentur; e Minervæ Πολιάδος thesauris numerata sunt tria talenta, tria millia cum ducentis et triginta septem drachmis, semiboloque; e Minervæ Νίκης autem thesauro, nonaginta et una drachmæ cum tribus obolis semiboloque."

Pryt. II. *Ἐπὶ τῆς Αἰγηίδος δευτέρας πρυτανευούσης Ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ Συνάρχουσιν, Ἀθηναίας Πολιάδος* ΓΗΧ, *ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν Διύλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς την ἑκατόμβην* ΧΗΔΗΗΗ Quum ex hoc loco Panathenæa celebrata esse Glaucippo Archonte satis constet, Glaucippus autem Archon esset Olymp. XCII $\frac{2}{4}$, Böckhius hinc ansam cepit Dodwellum[1] merito reprehendendi, qui, Thucydidis[2] loco fretus, Panathenæa *τὰ μεγάλα* in eundem annum ac Olympica semper incidisse statuit.

Quod Athlothetas attinet, quæri potest quare cum Panathenæa vigesimo octavo die Hecatombæonis celebrata esse satis ostenderit Corsinus[3], in eorum sumptus suppeditandos pecunia Athlothetis non nisi secunda Prytania, quæ Metageitnionis sexto die inceperit, numeraretur. Rem autem bene explicavit Böckhius. Athlothetæ scilicet

[1] Dodwell. Ann. Thucyd. ad Ann. XII. belli Pelop.

[2] Thucyd. V. 47.

[3] Corsin. Fast. Att. Tom. II. p. 357.

munus quod quatuor annos duravit[1] post Panathenæa celebrata accepere. Sed lege cautum erat ut quicunque rempublicam attigerint, muneris peracti rationem intra triginta dierum spatium redderent[2]. Nihil autem notius quam magistratus Athenienses sæpe e sua re familiari pecuniam qua opus erat ad munus obeundum, in antecessum dedisse, quam, si rationes recte reddiderint, a republica postea accepere[3]. Si ergo hi Athlothetæ in usum Panathenæorum quinque talenta et mille drachmarum in antecessum numerassent, secunda proculdubio Prytania eam pecuniam e republica accepissent, cum illo demum tempore rationes reddituri essent. Multa de Ἱεροποιοῖς Barthelemius et Böckhius, quorum disputationis hæc est summa. Ἱεροποιοὶ hic κατ' ἐνιαυτὸν dicuntur, ne cum aliis ejusdem nominis magistratibus confundantur, qui Ἐπιμήνιοι[4] vocati sunt, cum sacris quæ cujusque mensis initio facta sunt præsiderent. Cum Hecatombes pretium hic Ἱεροποιοὶς numeretur, eodem munere ac Βοῶναι[5] functi esse videntur. Attamen si Aristotelem ab Etymologici auctore advocatum audiamus, nihil erat Ἱεροποιοῖς cum Panathenæis. Forsan autem post nostri marmoris ætatem mutatio aliqua facta est. Hecatombe proculdubio quæ hic innuitur non nisi ad Panathenæa referri potest. Una enim cum Athlothetis, qui ad Panathenæa sola pertinuere, memoratur. Si ergo in alia sacra empta fuisset, proculdubio eorum

[1] Cf. Poll. VIII. c. 9. §. 87.
[2] Cf. Corsin. F. A. Tom. I. p. 35.
[3] Cf. Dem. de Cor. p. 266.
[4] Cf. Hesych. voc. Ἱερων. Seld. ad dec. Smyrn. Marm. Oxon. (ed. Maitt.) p. 165. Poll. VIII. c. g. §. 107, et 114. et doctissimum Kreuzeri opus Symbolik. IV. p. 518.
[5] Harpoc. et Suid. in voce Dem. in Mid. p. 680. E. Ulpian. ib. 686. Liban. Declam. VIII. Lex. Seg. p. 219.

nomen in marmore legeremus ne scilicet hæc Hecatombe cum illa Panathenaica confunderetur. Sed profecto dubitari potest an Hecatombe in ullis aliis sacris Athenienses usi sint. Ex Aristophanis Scholiaste[1] patet, multos boves Panathenæorum tempore undique coactos esse, ut optimi in hanc Hecatomben eligerentur. Cum hi centum boves quinque millibus centum et quatuordecim drachmis emerentur, cuique pretium paullo amplius quinquaginta et una drachmis erat. Sed triginta et septem postea annis, bovis pretium octoginta drachmis paullo minus[2] esse, e marmore Sandvicensi satis patet.

Aspirationem ante vocem ἑκατόμβη omitti nemo miretur, sæpius enim quum in hoc tum in aliis marmoribus factum. Quod vocem ΔΙΥΥΥΟΙ attinet, Elinsleius[3] conjicit ΛΡΥΥΥΟΙ, quod, si ductus literarum spectes, bene excogitatum. Et ita dedit Böckhius, Diogenem[4] advocans, unde Gryllum Xenophontis patrem e populo, cui nomen Ἔρχεια, fuisse patet. Sed ipse nuper in marmore ΔΙΥΥΥΟΙ perspicuo vidi. Et profecto nihil est quare de hoc nomine dubitemus, cum satis notum sit. Diyllum statuarium memorat Pausanias[5].

PRYT. III. Qui in hac Prytania memoratur Pericles, filius erat Periclis illius facile Atheniensium principis[6]. De Hermone quodam eodem forsan ac illo hic memorato, multa multi[7]. Pylus a Lacedæmoniis, Archonte Diocle,

[1] Schol. Aristoph. Nub. 385.

[2] Multa de his rebus congessit Böckhius Tom. I. p. 80. sq. (Lib. I. §. 14.)

[3] Mus. Crit. Tom. I. p. 369.

[4] Diog. Laert. II. 48.

[5] Pausan. X. 13.

[6] Cf. Xen. Mem. III. 5.

[7] Cf. Thucyd. VIII. 89. 92. Plut. in Alcib. Tom. I. p. 205. C. Lys. in Agor. p. 258. Lycurg. in Leocr. p. 164. Lib. IV. Ed. Steph.

recepta est [1], anno nempe post nostrum marmor incisum; cum Anytus ad insulam tuendam ab Atheniensibus missus, domum, re infecta, rediisset. Satis autem diligentiæ, ut videtur, in Pylo tuenda posuerant Athenienses; hic enim præter Anytum, alium quoque ducem, anno præeunte, ad insulæ tutelam missum esse videmus.

Cum hæc Prytania a duodecimo Boedromionis ad sexdecimum Pyanepsionis duraverit, tria sacra in ea celebrata esse satis constat, Eleusinia scilicet, Oschophoria et Thesmophoria. Cum autem Thesmophoria ab Atheniensibus feminis celebrarentur, quæri potest an in eorum usum διωβελία [2] illa fieri soleret. Multa ad hoc marmor et doctissime Böckhius de numero civium Atticorum. Sed cum plurima sacra non unum sed plures dies duraverint, et, si Theophrasto [3] fidem habemus, singulis diebus theatrum quater spectatoribus completum esset, iidem forsan eodem die duos illos obolos pluries accepere, quare nihil ex his διωβελίαις cognosci potest. In Oschophoriis [4] autem et Eleusiniis multa spectacula edita esse satis scimus.

Pryt. IV. Hæc Prytania a septemdecimo Pyanepsionis usque ad vigesimum et secundum Mæmacterionis duravit, Pyanepsiona enim quartum esse mensem Atticum satis ostendit Barthelemius [5]. In hanc Prytaniam Apaturia, Dorpia, et alia sacra incidere, quorum in usum διωβελία hic memorata facta est.

[1] Cf. Diodor. XIII. 64.

[2] Cf. Aristot. de Rep. II. 7. Demost. de Coron. p. 477. C. Ulpian. in Olynth. I. p. 134.

[3] Theoph. ap. Chardon. de la Rochette. Melanges II. p. 174. Cf. Blomf. in. Mus. Crit. Tom. II. p. 474.

[4] Cf. Corsin. F. A. Tom. II. p. 353.

[5] Mem. de l'Acad. des Inscript. Tom. XLVIII. 395. sq.

PRYT. V. In hanc Prytaniam quæ ad vigesimum et septimum Poseideonis duravit, incidere, præter alia sacra, magna illa Dionysia *κατ' ἀγροὺς* quibus histriones ex alio populo ad alium circumvecti fuisse videntur[1]; maxima autem cura, et hominum frequentia Piræo sacra facta erant, unde nomen Piraicorum aliquando habuere[2].

PRYT. VI. Hic, et in Prytaniis sequentibus, non tantum ipsa Prytania, sed etiam dies quibus aliquid e thesauris numeratum est, memorantur. Hi dies (id quod Barthelemius animadvertit) aut iidem sunt ac illi quibus, singulis Prytaniis, e more solenni plebs convenire debuit, aut saltem ab iis quam minime absunt. Quod haud aliam ob causam factum est quam quod plebis auctoritate hæc omnis pecunia numeraretur.

Vox *ἀνομολόγημα* minime explicatu facilis. Nusquam, quantum sciam, alibi occurrit. Non opus ut Barthelemii explicationem exscribam, cum ille pecuniam ubique ab Hellenotamiis numeratam esse existimans, rem totam turbaverit. Böckhius interpretatur "*Nach anweisung.*" Hellenotamias sc. putat pecuniam duci Atheniensium res in Eretria gerenti promisisse, et sexta Prytania plebis auctoritatem obtinuisse ut ei promissa pecunia solveretur. Bis postea vox occurrit, paullulum infra scilicet in hac Prytania, *τὰ ἐκ Σάμου ἀνωμολογήθη*, et postea in octava Prytania, *τὰ ἐκ Σάμου ἀνωμολόγησατο .... μαχος Φλυεὺς στρατηγοῖς ἐν Σάμῳ.* Vir cel. thesaurum habuisse Athenienses in insula Samo[3] existimat, ubi vectigal ex proximis

[1] Cf. Blomf. in Mus. Crit. Tom. II. p. 77.

[2] Cf. Barthel. ubi supra p. 401. et Spalding. Præf. ad Demosth. c. Mid. p. XVI. et in Actis Acad. Berolin. 1804—1811. p. 82. Wyttenb. Vit. Ruhnken. p. 172. et Böckh. Græc. Trag. Princ. c. xvi.

[3] Ipsa Samos *αὐτονόμος* facta est

locis congestum erat. Quam ergo pecuniam ex illo Thesauro plebs Hellenotamiis numerari jusserat, ea haud revera παρεδόθη. Ἀνομολογεῖν ergo forsan proprium in hac re verbum esse putat Böckhius. Primum locum vertit, "*Wurde durch anweisung verabfolgt;*" alterum autem, "*verabfolgte mittelst Anweisung die Samischen Gelder—machos von Phlya den Feldherrn in Samos.*" Cum virum cel. rogâssem an exemplum hujus significationis afferre posset, hæc ille mihi rescripsit. "Hoc "non possum; sed quum tantum de pecuniis *expensis*, "non de *promissis* in illa inscriptione agatur, rationem "quærebam qua vox ἀνωμολογήθη quæ pactum continet, "conciliari cum *numeratione* pecuniæ posset. Hæc "ratio mihi videbatur in *assignatione* posita esse. Quæ- "stores (Ταμίαι τῆς Ἀθηναίας) Athenis erant sed pecunia "in Samo; igitur pecunia non ipsa tradita est sed "*assignata*. Assignatio autem potest voce ἀνομολογεῖν "designari; nam qui assignationem accipit, *paciscitur* "de pecunia certo tempore locoque accipienda, et qui "assignat, promittit pecuniam eo tempore locoque red- "dendam. Simul ita pecunia, licet non statim repræ- "sentata, tamen expensa est; itaque assignata, vel, ut "reddidi, *assignatione tradita* pecunia potest inter ex- "pensa referri; quia assignatione facta, pecunia nume- "ratur ei qui assignationem acceperit."

L. 19. Pro ΣΓΟΥΔΙΔΙ reposui ΣΓΟΥΔΙΑΙ post Böckhium qui ΣΠΟΥΔΙΔΕΙ etiam conjecit.

Pryt. VII. In hac Prytania celebrabantur Anthesteria quæ tres dies duravere. Sed ut vere Böckhius,

tribus annis ante nostrum decretum, (Thuc. VIII. 21.) ergo quæ hic innuitur pecunia minime tributum ab insula collatum esse potest.

nimis parva est Διωβελία hic memorata pro civium numero. Aliquid ergo in hanc Διωβελίαν ex aliis thesauris forsan datum est:

L. 24. ΣΙΤΟΝ. Error forsan sculptoris; quamvis enim, ut recte Böckhius, locutio satis Græca sit, supra Σῖτος in hac re. In Anthesteriis semper equites incedebant [1].

L. 25. ΕΥΓΟΥ. Böckhius ΕΥΓΟΥ(ΙΔΙ) Barthelemius ΕΥΓΟΥ(ΕΜΟΙ). Quid sibi velit Böckhius, tribus tantum literis (præter A vocis Ἀφιδναίοι) locum esse dicens, haud intelligo. Marmor haud στοιχηδὸν scribitur.

PRYT. VIII. Nulla Διωβελία hic memoratur, quamvis in hanc Prytaniam inciderint maxima Διονυσίακα. De qua re ita Barthelemius [2]. "Les deux oboles distribuées au peuples ne sont pas mentionnées dans l'inscription, sans doute parce qu'on n'en faisoit pas toujours un article séparé." Sed cum toties Διωβελία memoretur, magis verisimile videtur pecuniam qua ad eam rem opus esset ex alio quodam thesauro haustam esse, eamque, quæ hic innuitur, alios sacrorum sumptus suppeditasse. Præterea, θεωρία ad ludos Delphicos semper ab Atheniensibus missa est. Ludos autem Delphicos tertio cujusque Olympiadis anno, et hoc ipso anni tempore esse celebratos ostendit Corsinius [3]. Θεωροῖς ergo forsan pars hujus pecuniæ numerata est.

Quæstio hic incidit de numero dierum singulis Prytaniis tribuendo. Annus Atheniensium vulgaris, ut omnibus notum, 354 dies continebat. Cum autem decem

[1] Demosth. c. Mid. p. 604. F.
[2] Ubi supra p. 371.
[3] Corsin. Dissert. Agonist. II. p. 38, 45, et 46.

tantum tribus essent, si 35 dies singulis tribuuntur, subducto calculo, ultra 350 dies qui Prytaniis concessi sunt, quatuor adhuc in anno supersunt. Petavius[1] ergo et Scaligerus[2] quatuor *ἀνάρχους* dies excogitavere, quos omnino commentitios esse ostendere Dodwellus[3] et Sigonius[4]. Suidas enim in voce *πρυτανεία* liquido hos quatuor dies inter quatuor primas tribus distributos esse dicit, ita ut per 36 dies Prytaniæ munere illæ functæ sint. Nec aliter, teste Dodwello[5], Photii Lexicon. Sed eo tempore quo nostrum marmor sculptum sit, quatuor illos dies quatuor postremis tribubus tributos esse satis patet. Barthelemius[6] ergo aut Lexica falsa aut mutationem aliquam factam esse putat.

Pryt. IX. L. 34, 35. Extitere in saxo, teste Barthelemio, ad initium l. 34. literæ ΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΧΧ, &c. et ad finem ΑΝΟΜΟΥΟΛΕΣΑ...ΜΑΧ..., ad initium l. 35. ΥΣΣΤΡΑΤΕΛΟΙΣ⁝. Hodie autem, me teste, extant ad initium l. 34. nonnisi Ν⁝ΤΤΧΧ, &c.; ad finem ejusdem lineæ ...ΜΑ et ad initium l. 35. ΤΡΑΤΕΛΟΙΣ. Post Barthelemium et Böckhium in l. 34. lego ΑΝΟΜΟΥΟΛΕΣΑΤΟ .... ΜΑΧΟΣ ΦΥΥΕΥΣ. De voce *ἀνομολογήσασθαι* supra dixi. Qui hic memoratur,—*μαχος φλυευς* Minervæ procul-dubiò *Ταμίας* erat. Pecunia quæ trigesimo die sextæ Prytaniæ (die sc. vigesimo octavo Gamelionis) numerata est, classi quæ postea fine Anthesterionis aut initio Elaphebolionis[7] victoriam Cyzicensem reportavit, forsan data est. Post illam pugnam, Athenienses scripsere mille

[1] Petav. Doct. Temp. II. c. 1.
[2] Scal. de Emend. Temp. II. p. 62. III. p. 229.
[3] Dodw. Diss. I. §. 9 et 10.
[4] Sigon de Rep. Ath. II. c. 8.
[5] Dodw. Diss. I. §. 9.
[6] Ubi supra p. 371.
[7] Diodor. XIII. 49.

pedites, centum equites, et triginta naves, ut Diodorus[1], vel quinquaginta, ut Xenophon[2], implevere. Hæ naves, Thrasyllo duce, Samon navigavere[3]. Nec dubium quin in earum usum pecunia hoc loco memorata numerata sit. Solvere, ut videtur[4], initio æstatis, Ol. xcii. 3. i. e. forsan fine Aprilis vel initio Maii. Dies vigesimus et quartus Thargelionis, quo pecunia numeratur, cum die vigesimo et septimo Maii convenit. Ergo omnia bene sese habent.

De ΕΣΣΑΜΟΙ in Præfatione dixi. Mox ΑΛΙΥΙΕΙ pro ΑΙΛΙΥΙΕΙ.

Pryt. X. Böckhius in secundo loco hujus Prytaniæ voces Ἐδόθη Προξένῳ Αφιδναίῳ injiciendas confirmat, cum desint 23 literæ. Sed ut antea dixi, marmor haud στοιχηδὸν scriptum, quapropter dici nequit quot literæ hic desint.

Jam ipsa inscriptio literis minusculis exprimenda.

Titulus. Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ Κλεογένης Ἁλαιεὺς πρῶτος ἐγραμμάτευε. ταμίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, Καλλίστρατος Μαραθώνιος καὶ ξυνάρχοντες παρέδοσαν ἐκ τῶν ἐπετείων ψηφισαμένου τοῦ δήμου.

Pryt. I. Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος πρώτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Καλλιμάχῳ Ἀγνουσίῳ, Φρασιτελίδῃ Ἰκαριεῖ, ἵπποις σῖτος ἐδόθη, Ἀθηναίας Πολιάδος ΤΤΤΧΧΧΗΗΔΔΔΓΙΙC, Νίκης ⊏ΔΔΔΔΙΙΙϽ.

Pryt. II. Ἐπὶ τῆς Αἰγηίδος δευτέρας πρυτανευούσης Ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα, Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν, Ἀθηναίας Πολιάδος ⊏ X, ἱερο-

[1] Diodor. xiii. 52.
[2] Xenoph. Hell. I. 1. 24.
[3] Xenoph. Hell. I. 2. 1.
[4] Xen. ubi supra. Fallitur Diodorus xiii. 64, auctore Böckhio.

ποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν Διύλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν ἑκατόμβην 𐅀HΔIIII.

Pryt. III. Ἐπὶ τῆς Οἰνηίδος τρίτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, ἵπποις σῖτος ἐδόθη TT𐅀HHHHΔΔ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἵπποις σῖτος ἐδόθη TT𐅂HHHH. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις, Ἑρμωνι ἐδόθη ἄρχοντι ἐς Πύλον 𐅁T. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν TT.

Pryt. IV. Ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος τετάρτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, σῖτος ἵπποις ἐδόθη TTT. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν ἐδόθη 𐅁TTTXHHH𐅂Γ.

Pryt. V. Ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος πέμπτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν TTTTXXHH.

Pryt. VI. Ἐπὶ τῆς Λεοντίδος ἕκτης πρυτανευούσης, τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν XHH𐅂ΔΔΔIIII. ἑνάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν XHH𐅂ΔΔΔIIII. ἑνάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν TTTX𐅂ΔΔΔIIII. ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν, στρατηγῷ ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ ἀνομολόγημα XXX𐅁HHΔΔΔΔIↃ. τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν XXXX𐅄HHHHΓI. ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Σπουδίᾳ Φλυεῖ καὶ συνάρχουσιν TTXX. H. τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐκ Σάμου ἀνωμολογήθη Ἑλληνοταμίᾳ Ἀναιτίῳ Σφηττίῳ καὶ παρέδρῳ, Πολυαράτῳ Χολαργεῖ 𐅂𐅁TTX.

Pryt. VII. Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἑβδόμης πρυτανευούσης,

πέμπτῃ τῆς πρυτανείας παρεδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν **T**. *ἑβδόμῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν* **TXHHΔΔΔIIIIↃ**.. *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλληνοταμίαις, Φαλάνθῳ Ἀλωπεκῆθεν καὶ συνάρχουσιν, σῖτον ἵπποις* **TTTT**. *ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν* **X[H]ΔΔΔIIIIIII**. *τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Εὐπόλιδι Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν* **[X]HHHH**. *ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Καλλίᾳ Ἐωνυμεῖ καὶ συνάρχουσιν* **TXX[H][Δ]ΔΓIIIIC**.

PRYT. VIII. *Ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντίδος*[1] *ὀγδόης πρυτανευούσης δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη*

[1] De hujus vocis orthographia multa et doctissima Creuzerus (Symbolek. Tom. IV. p. 353.) quæ, Lectorum gratia, hic Latine versa apponam. "Apud Hyginum heros (a quo tribus nomen derivabatur) Hippothous vocatur. Sylburgius pravam lectionem Etymologici Magni (p. 473.) Ἱππιόθων correxit. Hoc nomen occurrit apud Zonar. p. 1115. et Suidam in v. Nemo autem exinde Etymologici lectionem defendi posse putabit. Pausanias (I. 38, 39.) obliquos casus ita scribit Ἱπποθόοντος et Ἱπποθόντα. Unde Jungermannus ad Pollucis locum (Onom. VIII. 9. p. 932. ed. Hemsterh.) ubi Codices tribus nomen nunc Ἱπποθοαντίς, nunc Ἱπποθωντίς scribunt, ubique Ἱπποθοοντίς et Ἱπποθοοντίδαι legendum esse monet. Photius quoque (Lex. p. 88. Herm.) Ἱπποθοόντειον habet. Cujus rei oblitus est Alberti ad Hesych. II. p. 65. ubi Ἱπποθοώντειον scribitur, in quo quidem loco ipse Hesychius Ἱπποθοόντος habet. Scholiastes autem Nicandri habet Ἱπποθόωντος (cf. Muncker. ad Hygin. fab. 187. p. 311.); Demosthenes in Epit. p. 1398. Reisk. Ἱπποθωντίδαι. Suidas (II. p. 144. Kust.) Ἱπποθοωντίδος; nec aliter Harpocration. v. Ἀλόπη. Inscriptio Maffeia (ap. Corsin. Fast. Att. I. p. 61.) legit ΗΙΠΠΟΘΟΝΤΙΔΟΣ; Sponiana prima (Corsin. I. p. 168.) dat Ἱπποθωντίδος. Unde Corsinus in Inscr. Riccard. (p. 170. 173.) recte Ἱπποθωντίδος supplet. Cum ergo satis constet et hanc et illam formam in usu esse, omnia loca ad eandem normam redigere temerarium esset. De forma Ὑποθωντίς cf. Raoul-Rochettium (Journal des Savans (1820.) p. 187.) De scriptura hujus loci cf. Böckh. Ind. Lect. Hyemal. 1816—1817.

Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤ[Η]ΔΔΔΙΙΙΙΙ, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΧΧΧΗΗΗΔΓ-ΙΙΙΙC. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΧΧΧΗΗΗΔΔΓΙΙ-ΙΙΙΙ

Pryt. IX. Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηίδος ἑνάτης πρυτανευούσης δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν .. ΧΧΗ[Δ]ΔΔΓΙΙΙ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤ[Η]ΗΗ[Δ]ΔΔΔΙΙΙΙ. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΧΧΧ[Η]ΗΗ[Δ]ΙΙC. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐκ Σάμου ἀνωμολογήσατο ..... μαχος Φλυεὺς στρατηγοῖς ἐν Σάμῳ, Δεξικράτει Αἰγιλιεῖ ΔΔΤΧ. Πασιφῶντι Φρεαρρίῳ [Η]Τ. Ἀριστοκράτει .....[Η]. Ε ..... Εὐωνυμεῖ [Η]ΧΧΧ[Η]ΗΗ[Δ]ΔΔΔΓΙ. Νικηράτῳ Κυδαντίδῃ τριηράρχῳ ΧΧΧ. Ἀριστοφάνει Ἀνα ..... τριηράρχῳ .....

Pryt. X. Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος δεκάτης πρυτανευούσης ἑκδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν [Η]ΗΗΗΗΔΔΔΔΙΙΙΙΙΙ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, ... καὶ συνάρχουσιν ΤΤ[Χ][Δ] ΔΔΔΔΙΙΙ. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, ... καὶ συνάρχουσιν [Η]ΧΧΧΧ[Η]Η-[Δ]ΓΙΙΙΙ.

Κεφάλαιον ἀργυρίου συμπαν .... Cum marmor haud στοιχηδὸν scribatur, vix operæ pretium duxi curare ut hujus apographi lineæ cum inscriptionis lineis quadrent.

Google

[To face page 141.



CLASS. III. INSCR. VII.

MARMOR CHOISEULIANUM II.

TAB. XX.

FRONTEM marmoris Choiseuliani exscripsit Barthelemius; tergum quoque sculptum esse haud animadverterat. In tergo autem duæ sunt inscriptiones, quarum inferiorem nunc cum doctis communico, cum ejusdem prope ætatis sit ac illa quæ fronti marmoris commissa sit. Eadem quoque utriusque materies, nisi quod in hac inscriptione ea tantum tradantur, quæ unius Tribus (Erechtheidos sub imperio facta sunt. Sed omnia accuratissime scribuntur. Non tantum Prytaniæ dies, sed dies etiam mensis quocum convenit, memoratur.

Tribus Erectheis quæ marmore superiori nona erat ordine, hic secunda est. Unde omnia quæ de Tribuum ordine tanta vehementia disputaverunt V.V.D.D. nauci esse satis constat. Ordo tribuum forsan singulis annis sorte constituebatur.

Annum quo hæc marmori tradita sunt intercalarem esse in aperto est. In mense enim Hecatombæone a quo annus Atheniensium civilis exordiebatur triginta dies erant, et si prima Prytania triginta et octo dies continebat, secundæ Prytaniæ primus dies nonus esset dies mensis Metageitnionis. Ergo septendecimus ejusdem Prytaniæ dies in illius

mensis vigesimum quintum diem caderet; vigesimus autem quintus sextus est mensis exeuntis (ἕκτη φθίνοντος.) Ita in marmore ἑβδόμη καὶ δεκάτη ἡμέρα τῆς πρυτανείας eadem est ac ἕκτη φθίνοντος Μεταγειτνίωνος. Quod si recte sese habeat hic calculus, haud fieri potest quin falsi sint V.V.D.D. qui tantum de cavis mensibus scripserunt. Videmus enim in marmore vigesimum secundum secundæ Prytaniæ diem cum ἕνη καὶ νέᾳ mensis Metageitnionis convenire. Si autem septendecimus hujus Prytaniæ dies cum vigesimo quinto Metageitnionis conveniat, vigesimus secundus dies Prytaniæ in mensis trigesimum incidat oportet. Falluntur ergo qui mensi Metageitnioni non nisi viginti cum novem diebus tribuunt. Quod quoque exinde colligi potest, nempe quod in marmore primus Boedromionis dies cum vigesimo tertio Prytaniæ conveniat, quod fieri nequit nisi triginta dies Metageitnioni tribuantur. Sed haud meum est tantas componere lites[1]. Ea tantum noto quæ ex his marmoribus colligi possunt.

Quod ipsum marmor attinet, admodum tritum est, legique difficile, et longo tempore opus erat ut meum apographum conficerem. Animadvertendum est, omitti post verba Ἐπὶ τῆς Ερεχθηίδος δευτέρας quod plerumque sequitur (πρυτανευούσης) nec expedio quid sit verbum quod statim sequatur. Novem literæ desunt, στοιχηδὸν enim scriptum est marmor; in voce παρεδόθη sunt tantum octo. Aspirata *ubique* omittitur, quod nisi ita esset, vox παρεδόθη cum aspirata (H) locum recte suppleret. Illud quoque animadvertendum inter populos Atticæ numerari Προβάλινθον[2], et ejus δημότας a Meursio[3] et aliis Προ-

[1] Qui plura velit Corsinum adeat Fast. Att. Diss. II.

[2] Strab. IX. Plur. IV. 7.

[3] Meurs. Pop. Att. p. 109.

H. 5. 53

142.

[*To face page* 143.

ινσιθεῷ Θυμαιτά
..(Μεταγ)ειτνιῶνος
Θ(ρασυλ)όχῳ Θορικ
ιντος) Μετα(γει)τνιῶνο(ς)
ιτάδῃ καὶ συνάρχουσι
ς) τὴν διωβελίαν Α
ρ Πρ)οβαλι. .φ καὶ Σ
ιγειτνιῶνος ἐς τὴ
α(λ)ι. .φ καὶ συνάρχουσι ἑνά
ἐς τ(ὴν) Διωβελίαν . . . .
ι καὶ εἰκόστῃ
Ελληνοταμίαις καὶ
ιτανείας (Νεομη
οις (Λυσ)ιθεῷ Θυ(μαι
ιῶνος ἐς (τὴν
χὶ συνάρχουσι ἕκτῃ
ίαν ΔΔΔΔΠ..Ἑλ
ι τῆς Πρυτα(νεί
· Ἑλληνοταμ(ίαις κα
όγδόῃ ιστ(αμέ
ις Πρωτάρχῳ . ρο. . .
δι ἐπὶ δ(έκα Βοη
ιθεῷ Θυμαιτ(άδῃ)
ιοηδρομιῶνος ἰ

βαλιεθίους vocari. Sed in hoc marmore vox nunquam eo modo scribitur. Ter occurrit post dativum *Προτάρχῳ*, et nunquam pluribus quam undecim literis locus relinquitur. Ego quidem semper *Προβαλιθιοι* scribi credo, sed cum marmor admodum tritum sit, illud confirmare non audeo. Apud Demosthenem contra Neæram[1] editur *Προβαλείσιος*, et in Aphobum I. *Προβαλίσιος*. *Προβαλίσιος* in priore loco in Codd. Ven. et Bar. legitur teste Tayloro qui etiam monet in saxis legi vel *Προβαλείσιος* vel *Προβαλίσιος*. *Προβαλίσιος* quoque scribitur in inscriptione apud Chandlerum[2].

L. 21. Quid injiciendum post ΠΡΟΤΑΡΧΟΙ haud expedio. *Προβαλιθιοι* in l. 22. occurrit. Nomen forsan patris (quod tamen ubique antea omissum) hic injecit Sculptor.

Jam sequitur ipsa inscriptio pristinæ fere integritati restituta. Cum tamen haud antea edita sit, ideoque majori cura egeat, meas conjecturas omnes, quàmvis pœne certas, ut cuivis inscriptionem perlegenti patebit, uncinis inclusi. Notandum est marmor *στοιχηδὸν* scriptum esse, alias autem lineas aliis multo breviores esse, quam rem vix in ulla alia inscriptione notavi. His autem ipsis diebus mihi allatus est fasciculus primus novæ Sylloges Inscriptionum, auctore Osanno Professore Jenensi, qui pauca de hac re annotavit. Imprimis Taylori[3] et Viscontii de marmoribus *στοιχηδόν* inscriptis sententiam memorat vir doctus, rem sc. factam esse ut inviolabilis servaretur marmorum fides, quippe quod inscriptioni ita dispositæ

[1] Demosth. c. Neæt. p. 580. (ed. Tayl.)

[2] Chandler. Pars II. p. 30.

[3] Taylor. Marm. Sandv. p. 3.

ne apex quidem aut addi aut demi posset. Böckhius[1] contra formæ efficiendæ pulchræ causa titulos ita inscriptos esse statuit, et hunc morem haud constanter servari addit. Contra Osannus nullum lapidem se examinasse affirmat "quo ante Christum natum posito litteræ confuso ordine se exceperint, *nisi turbatus ordo propriam in se excusationem habeat;* quod cave ne ita accipias ac si ejusdem tituli versus litterarum numero omnes sibi pares fuisse dixerim. Etenim sæpenumero accidit, ut versus una duabusve litteris altero longior sit." At in omnibus ego aliter judico ac vir eruditus, vel saltem hoc pono, *propriam illam excusationem* sæpe reperiri posse. Res enim quam se nunquam observasse testatur vir eruditus, ego sæpe observavi, e. g. in inscriptione Chois. I. Contra, in nullo marmore στοιχηδόν ànte Euclidem scripto (nil moror enim aut carmina, aut nominum Catalogos) nisi in hoc nostro impares, quod literarum numerum attinet, lineas esse animadverti.

[1] Böckh. Tom. II. p. 214.

Digitized by Google



Digitized by Google



		ΗΟΥΤΟΙΗΕΜΙΕΡΛΟΙ
		ΗΕΤΕΡΟΜΕΚΟΣΓΕΝΤΕΓΟΔΕΓΛΑΤΟΣ
	II	ΤΡΙΟΝΓΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΓΟΔΙΟΓΑΧΟΣ
		ΓΟΔΙΑΙΟΙΗΕΜΙΕΡΛΟΙ
		ΛΕΙΣΑΕΓΙΤΟΣΑΙΕΤΟΣΓΛΑΤΟΣ
ΟΣ		ΓΕΝΤΕΗΕΜΙΓΟΔΙΟΝΜΕΚΟΣΤΕΤΤΑ
		ΡΟΝΓΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΓΟΔΙΟΓΑΧΟΣ
ΕΤΟΙ		ΓΟΔΙΑΙΑΤΕΝΛΕΙΑΝΕΡΛΑΣΤΑΝ
	I	ΕΚΓΕΓΟΙΕΜΕΝΟΝ
ΟΣ		ΗΕΤΕΡΟΝΗΕΜΙΕΡΛΟΝΤΕΣ
	II	ΛΕΙΑΣΕΡΛΑΣΙΑΣ
		ΘΥΡΑΙΛΙΘΟΙΝΑΙΜΕΚΟΣ ΟΚΤΟΓΟΔΟΝ
ΝΤΕ		ΚΑΙΓΑΛΑΣΤΕΣΓΛΑΤΟΣΓΕΝΤΕ
	IIII	ΗΕΜΙΓΟΔΙΟΝ
ΓΙ		ΤΟΥΤΟΝΤΑΜΕΝΑΛΛΑΕΧΣΕΓΕΓΟΙ
		ΕΤΟΕΣΤΑΙΥΛΑΔΕΕΔΕΙΤΟΣΛΙΘΟΣ
		ΤΟΣΜΕΛΑΝΑΣΕΝΘΕΝΑΙ
ΜΕΝΑ		ΟΣΤΟΙΗΥΓΕΡΘΥΡΟΙΤΟΙΓΡΟΣΕΟ
	I	ΗΕΜΙΕΡΛΟΝ
ΟΣ		ΤΟΙΒΟΜΟΙΤΟΙΤΟΘΥΕΧΟΛΙΘΟΙΓΕΝ
		ΤΕΛΕΙΚΟΙΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΓΟΔΕΣ
ΜΟ.	III	ΗΥΦΟΣΔΥΟΙΝΓΟΔΟΙΝΚΑΙΓΑΛΑΣΤΕΣ
		ΓΑΧΟΣΓΟΔΙΑΙΟΙ
Σ	I	ΗΕΤΕΡΟΣΤΡΙΓ

Hewitt Sc 10, Broad St. Bloomsb.

Google





Google

CLASS. III. SECT. I. INSCR. VIII.

TAB. XXI, XXII, XXIII.

Chandler. Pars II. Inscr. I. Walpole. Tom. I. p. 580. Schneider. in Annot. ad Vitruv. Tom. II. p. 260. G. O. Müller. in libello singulari de Minervæ Poliadis templo. (Gottingæ 1820.) p. 46.

Hoc marmor ab arce Athenarum a Chandlero devectum, nunc in Museo Britannico asservatur. Cum in eo de Erechthei ædificatione, ejusque partibus agatur, ille solus satis explicare potest qui rei Architectonicæ sit peritissimus. Chandlerus versionem suam opus difficile, in quo sibi ipsi non satisfacere potuerit, se invenisse testatur, et suspicatus est nec veram inscriptionis lectionem nec sensum sibi patuisse. Sed nuper exortus est Gulielmus Wilkins Architectus, cum suæ elegantissimæ, tum omnium liberaliorum artium peritissimus, qui nostram inscriptionem explicandam summo cum fructu suscepit. Suos conatus primo publici juris fecit in libello singulari cui titulus Atheniensia[1]; postea autem pluribus notis Anglicis adjunctis in Walpolii libro. Præterea ex ea qua semper est humanitate, in meum usum inscriptionem Latine vertit, e cujus vestigiis rarius discessi, nec unquam nisi monito Lectore. Æneas quoque tabulas quæ hanc partem libelli mei exornant, ejusdem viri insigni liberalitati debeo. Anno proximo G. O. Müller, Professor Göttingensis, juvenis eximiæ doctrinæ, eandem operam aggressus est, cujus liber non mihi allatus est nisi post

[1] Athen. p. 193.

meas notas chartulæ commissas. Schneiderus rem haud pro solita et eximia ejus doctrina tentavit. Ego notas Anglicas Wilkinsii fere semper Latine reddidi, pauca e Schneideri in Vitruvium doctissima annotatione, pauca quoque e penu meo addidi, et postea Mülleri notas ubique exscripsi.

Jam aliqua de ætate inscriptionis, et de ipso templo de quo agitur, breviter monendus est Lector. Ex ipsa inscriptione, marmori traditam esse Archonte Diocle satis patet. Diocles autem Archon erat anno $\frac{3}{4}$ Olymp. xcii. sc. a. c. 409[1]. De templo haud omnia liquida atque aperta. Erechtheum appellabatur, judice Wilkinsio, quod in eo loco quo steterat Erechtheum, et ipse Erechtheus sepultus est, ædificaretur. Minervæ Poliadi et Pandroso Cecropis filiæ dicatum, vel potius cum Minervæ templo Pandroseum conjunctum esse docet Pausanias[2]. Archi-tectum templi fuisse Philoclem docet inscriptio nostra, cujus nomen nunc primum in apertum prolatum est studio Wilkinsii.

Partem orientalem Minervæ, occidentalem vero Pandrosi templum fuisse Wilkinsius et Leakius docent[3]. Alii triplex esse templum voluerunt; partem sc. orientalem, Erechtheum, occidentalem vero Minervæ templum, et porticum Stylagalmaticum Pandrosi sacellum vocantes[4]. Sed totum ædificium proculdubio Erechtheum vocat Pausanias[5]. Pandroseum ut a Wilkinsii tabula ænea satis patebit, duas partes habuit, hanc minorem et fronti

[1] Cf. Corsin. Fast. Att. Tom. III. p. 255.

[2] Pausan. I. 1. 27. Cf. quoque Herod. VIII. 55. et Apollodor. III. 14.

[3] Leak. Topog. Att. p. 263.

[4] Stuart. Antiq. of Athens, Tom. II. c. 2. p. 16. Earl of Elgin's Pursuits in Greece p. 23. Chandler. (Travels in Greece, c. ii. p. 52.)

[5] Ubi supra.

occidentali proximam intra porticum Stylagalmaticam et porticum tetrastylum, illam vero majorem et Minervæ templo contiguam. Majorem illam partem Cecropium fuisse putant Leakius et Stuartius. In cujus rei fidem inscriptionem nostram advocat Leakius, cum in ea sæpius occurrant verba *προστάσις πρὸς τοῦ Κεκροπίου*, et similia, quæ nihil nisi "Cecropii porticum" esse posse statuit. Sed oblitus est vir summus eodem modo hic dici *πρὸς του Νότου*, et *πρὸς ἕω* ita ut ex his verbis nihil colligi possit. Creuzerus Pandroseum ædiculam cum Poliadis templo conjunctam (*zusammenhangende*); et huic templo Erechtheum proximum (*neben dem tempel der Polias*) sed cum eo haud conjunctum esse dicit[1].

Wilkinsius contra Cecropium minime Erechthei partem, quamvis ei proximam fuisse statuit, Theodoretum[2] advocans, cujus verba profert, *Ἄνωγε ἐν τῇ ἀκροπόλει Κέκροπος ἐστι τάφος, παρὰ τὴν Πολιοῦχον αὐτὴν*, et proculdubio verba inscriptionis quæ advocat Leakius aut ad partem templi, aut ædem quandam ab eo haud longe remotam respicere possunt. Plura de hac re, in Mülleri disputatione infra posita, Lector reperiet. Quo tempore Athenienses Minervæ templum ædificare cœperint, haud notum. Stuartius[3] contra marmoris nostri fidem non nisi post Olymp. XCIII. $\frac{3}{3}$ inceptum statuit, cum eo anno incensum esse templum quoddam Minervæ tradat Xenophon[4], quod ille vetus templum Minervæ Poliadis esse censuit. Xenophontem hic Hecatompedon respicere putant Walpolius et Wilkinsius. Leakius contra in illo Xeno-

[1] Cf. Creuzer. Symbolik. II. 730. IV. 350.

[2] Theod. Therap. VIII.

[3] Stuart. ubi supra.

[4] Xen. Hell. I. 6. Cf. quoque nobilem virum Comit. Aberdeen de Architect. p. 167. (London. 1822.)

phontis loco de novo Poliadis templo[1] agi censet, nec aliter Chandlerus. Mihi certe Læakii sententia magis verisimilis videtur, Walpolius enim Hecatompedon a Persis incensum esse docet[2], et Athenienses, cum redintegrare nollent ut ejus ruinæ sempiternum essent Persarum impietatis monumentum, Parthenona ædificasse. Haud ergo intelligo quomodo ruinæ Hecatompedi incendi possent. Nec aliter Müllerus, cujus egregiam disputationem hic subjicio.

"Nunc demum accedimus ad ipsum templum. Antiquissimum id et quasi unicum quondam erat civitatis sacrarium, quod ceteris omnibus prætermissis commemorat auctor recensus copiarum Atticarum in Iliade: Erechtheum a Minerva in templo suo positum annuis placari boum et ovium victimis. Il. B. 548. cf. Od. H. 81. Hic Erichthonium cum Cecrope sepulcro conditum monstrabant, et ab eodem vetustissimum signum (palum, si fides Tertulliano[3]) dedicatum ferebant. At fabulosis nunc missis ad certiora temporum monumenta viam dirigimus. Sub Olympiadem LX. Epidaurii cogebantur, ad Erechthei et Palladis ædem victimas adducere[4]. Olymp. LXVIII. 1. cum Cleomenes Spartanus arcem teneret, in cellam ipsam irrupit, quem sacerdos Minervæ reprimere conata est, prætendens: nulli Doriensium huc aditum patere[5]. VII Olympiadibus post, cum Persæ prope sacellum Aglauri rupium prærupta adscendissent: Erechtheum incensum vel certe incendio fœdatum, olea ipsa cremata

[1] Xenophon proculdubio τὸν παλαιὸν νεὼν memorat. Sed de hoc loco cf. Mülleri sententiam paullo infra.

[2] Fatendum autem proculdubio Herodoti verba paullo aliter accipi posse. (Herod. VIII. 53.)

[3] Adv. nationes I. p. 58. c. Cf. Meurs. Cecrop. c. 20.

[4] Herod. V. 82.

[5] Ib. V. 72.

est: magnum prodigium, cum postridie ad cubitalem altitudinem accrevit[1]. At instaurantur veteres Athenæ, communiuntur, ac jam ædificiorum pulchritudine nobilitantur. Tamen sanctuarium totius civitatis inter Thesei, Parthenonis, Propylæorumque struendorum contentionem neglectum est, atque florente reipublicæ statu sacra augustissima haud dubie in ædicula lignea vel ligno tecta fieri permissum[2]. Satis erat Minervam arcis præsidem statua ingenti æris ponere, quam Phidias fecit et cujus scutum fere triginta annis post (hoc enim statuas necesse est,) Mystoreuta ad lineas Parrhasii opere cælato exornavit[3]. Collocata erat hæc Πρόμαχος inter Propylæa et Parthenonem[4]: cassis et hastæ cuspis jam ab iis conspiciebatur, qui peregre advenientes Sunium circumnavigarant[5], cum æris fulgor aëre candido et tenuissimo propagatus longe conspicuus esset. Verum æde sacra Pallas Polias diu carebat, sive Athenienses ærario absumto tantum inceptum diu reformidabant, sive sese ad hoc opus intermittente tantum bello conferebant et subsecivis quasi operis. Id tantum scimus, Diocle archonte Ol. XCII. 4. opus eo perductum fuisse, ut parietibus ædis novæ et plerisque columnis jam collocatis totum tamen tectum adhuc abesset: neque scalpta essent quæ scalpenda, et impolita quæ polienda fere omnia. Quodsi

[1] Herod. VIII. 53, 55.

[2] De hac Herod. VIII. 55. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός Quæ scripta puto sub tertium fere annum belli Peloponnesiaci.

[3] Paus. I. 28. 2. cf. Demosth. de leg. falsa 428. 14. Schol. Demosth. in Androt. p. 1440. W.

[4] Numus ap. Pellerin. Barthelemy. Stuart.

[5] Id non tam miror, quam scutum in Acropoli sublatum a Persis, cum Marathone solvissent, conspici potuisse. Herod. VI. 115. 124.

strenue rem peractam putas, tribus vel duobus annis post ædificium absolvi poterat. Hæc cum me satis docuisset inscriptio infra exposita, quæ est recensio omnium operis partium, quas epistatæ templi ædificandi Ol. xcii. 4. electi vel imperfectas vel suo loco nondum collocatas acceperant: vehementer offensus sum loco Xenophontis Hellen. I, VI. 2. *τῷ ἐπιόντι ἔτει, ᾧ—ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη.* Hæc pertinent ad Ol. xciii. ann. 3. quo templum vix absolutum, nedum vetus esse poterat. At rationibus certis evicimus, eandem ædem, quæ Diocle archonte struebatur, et nunc stare: tam egregie concinunt mensuræ et omnis commodulatio. Neque tamen id tanti: cum incendio illo tectum tantum læsum, vel easdem mensuras et rationes in æde denuo instaurata repetitas esse, contra statuere possis [1]. Nihilominus certissimum est, ædificium vix consummatum *παλαιὸν νεών* appellari non posse. *Νεὼς* enim ipsam cellam parietibus munitam significat, quæ recens structa erat. Hecatompedon Pericleum a loco hoc alienum esse, verbo moneo. At cogitas fortasse de lignea illa ædicula, cujus modo mentio injecta est. Verum hanc oportebat oleæ sacræ quæ intus erat superstrui, atque jam tum, cum ædes lapidea in locum ejus succederet, tolli. Neque hæc igitur incendio relicta est. Igitur locus, ut nunc est, stare non potest. Neque tamen singulis verbis mendum inesse suspicio est. Quid restat? Constat inter omnes, verba *Πίτιος μὲν ἐφορεύοντος* et quæ proxime sequuntur a librario quodam, qui chronologica

[1] Cf. Boeckh. Œcon. civ. I. p. 473. Tamen in sententia viri summi, præceptoris mei, non plane acquiescere possum: quanquam et mihi persuasum est, Opisthodomum fuisse in Hecatompedo.

magis appetebat quam callebat, esse cum similibus multis illata. Jam huic glossemati etiam verba ᾧ ἡ σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς κ. τ. λ. addemus[1]. Nimirum librarius legerat, Calliade sive Callia archonte[2], id est ante pugnam Salaminiam, Ol. LXXV. 1., templum Poliadis esse incensum: hæc ille male sedulus ad hunc Calliam transtulit et nostro loco infersit. Quæ si amoverimus, jam nulli amplius negotium facessent."

"Igitur ædificium Athenarum pulcherrimum consummatum est post archontem Dioclem c. Ol. CXIII. Dicæarchus[3] et Strabo[4] pulchritudinem vehementer admirabantur. Hinc illæsum fere et integrum stabat ad Turcarum usque tempora. Guilletierus se etiam fontem salsum, mare Erechthei dictum, vidisse affirmat[5]. At mentiri videtur[6]. Jacobo Spon. et Georgio Wheler., fere exsiccatum esse, oppidani narrabant[7]. Sed intromissi non sùnt, quoniam præfectus Turcarum deæ virginis

[1] Quid enim absurdius, quam: annus, quo luna sub vesperam defecit. Quocirca locum emblematis indicatis ita constituimus: τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει (ᾧ ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας καὶ ὁ παλαιὸς τ. Ἀ. νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη, Πίτιος μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος, δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν) οἱ Λακεδαιμόνιοι, τῷ Λυσάνδρῳ παρεληλυθότος ἤδη τοῦ χρόνου (καὶ τῷ πολέμῳ τεττάρων καὶ εἴκοσιν ἐτῶν) ἔπεμψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλικρατίδαν.

[2] Calliam appellavit Diog. Laert. II. 7. Thomas Mag. V. Eurip. et Hieronymus: Xerxes succendit Athenas sub principe Callia. Ol. LXXV. 1.

[3] p. 23. Manzi. θαυμαστὸν Ἀθηνᾶς ἱερὸν, πολυτελὲς, ἀποβιον (?) ἄξιον θέας.

[4] IX. 396. b.

[5] Athènes ancienne et nouvelle, p. 201.

[6] "Turpiter atque immerito dictum. Guilletiero, quantum ego judicare possum, fides semper integra. Falli quidem potuit; sed plane nescio quare major fides Sponio atque Whelero, qui, ipsis fatentibus, in ædem haud intromissi sunt, quam Guilletiero qui ipse viderat, adhibenda. Plura autem infra de Mülleri petulantia questus sum." H. J. R.

[7] Voyage fait par Jacob Spon, Lyon, 1678. T. II. p. 159.

ædem pellicum suarum gynæceum esse voluerat, sicut quondam Demetrius Poliorcetes Parthenonem. Nescimus autem, utrum obsidio Venetorum, qua hæc ædes deleta est, an quæ proxime sequebantur tempora Erechtheum in eum statum redegerint, quo nuncest. Stuarti tempore omnes quidem columnæ, quotquot erant, suo loco prestabant: at epistylii pars, zophorus dimidius, corona fere omnis deciderat[1]. Parietes omnes, qui cellam discriminabant, intercideraut. Tecti ruina area templi fragmentis consita, quæ nuperne sublata sint nescio. Porticus, quæ ad aquilonem vergit, rudi-pariete obsepta, et pulvere nitrico ad belli apparatum oppleta. Hinc necessarium fiebat, ostium in pariete ad occidentem effringere. Alteram porticum quæ sustinent Caryatides, earum unam abstulit nescio qui Turca, alteram nuper Elginus, nobilis Anglus sed magis audacia rapinarum nobilitatus: qui ut populares sui extremum Græcæ artis spiritum exciperent, eam penitus conficere haud dubitavit. Hujus locum, ne tectum columinibus orbatum casu subito rueret, calce et rudi lapide supplere visum est[2]."

"Ex his, quæ supersunt, ruderibus diathesin templi duobus verbis ita describo. Est cella per parietes transversos tripartita cum prostylo ad orientem solem, atque porticibus duabus utrique humero, qua templum ad occidentem vergit, ita adstructis, ut cum cella per ostia connexæ sint. Hinc existunt sex partes: Prostylon hexastylon parieti cellæ applicatum; Cella anterior, quæ

[1] V. Stuart. T. II. ch. 3. tb. 1. Chandler Travels c. 11. p. 52. Clarke Travels P. II. Sect. 2. tb. 15.

[2] Hobhouse Albania T. I. litt. 23. p. 343. Quæ Elginus comes inde in Angliam abstulerit, vellem disertius memoraret liber: Report from the select committee on the Earl of Elgin's collection p. 33. Cf. Visconti Memoires p. 112.

cum prostylo fundamentum subjectum habet VIII. pedibus plano altius; Cella media, templi penetrale; Cella posterior ceteris angustior, cujus parieti ad occidentem fenestrato columnæ additæ sunt dimidiæ; Porticus major præter duos parastatas sex columnis circumsepta; denique Porticus minor, cujus tectum VI. Caryatides sustinent."

"Jam quæritur, quibus appellationibus veteres et totum et partes designaverint. Totum ædificium est ὁ νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ὁ ἐν πόλει, ὁ νεὼς ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα, ὁ ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, sed idem Ἐρεχθῆος νηὸς, et οἴκημα Ἐρεχθεῖον apud Pausaniam. Hic primo describit cellam anteriorem, quam proprie Erechtheum dixeris cum aris Neptuni, Butæ, Volcani atque tabulis supra memoratis. Est vero *ædes duplex*[1], i. e. pariete intergerino, ita ut nullum ostium pateat, in duas partes seclusa. Et altera quidem pars cella Poliadis est cum simulacro ligneo. Huic Pandroseum *adjunctum* erat (ναὸς συνεχὴς), i. e. pariete quidem interjecto sejunctum, ita tamen ut ostio facto hinc inde commeari posset. Est igitur Pandroseum cellæ pars quæ maxime occidentem spectat, neque ea sola sed addita porticu minore. Quod hinc intelliges. Oleam Minervæ in Pandroseo positam fuisse, probant auctores duo luculenti, Philochorus[2] et Scolium Atticum[3].

[1] "Cf. Creuz. Symbol. II. 640. 729, 730." H. J. R.

[2] Apud Dionys. Hal. Dinarcho p. 636. ap. Siebel. p. 2, et 80. Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼς εἰσελθοῦσα καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διὸς τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ κατέκειτο. Νεὼς Πολ. non de ipsa cella Palladis, sed de toto ædificio intelligo. Sed patet, oleam in porticu majore non fuisse, quia hæc cani intranda erat, antequam ad Pandrosium perveniret.

[3] Ap. Athen. XV. 694. d. cf. Fragm. Pind. T. III. p. 30. Heyne.

Ἐνικήσαμεν ὡς ἐβουλόμεσθα
καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ φέροντες
παρὰ Πανδρύσου ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.

Posita autem esse non poterat in cella circumquaque inclusa et angusta arbor, quæ sine luce et aëre non crescit. Igitur collocabimus eam in porticu Caryatidum: quo omnes nos ferunt rationes et argumenta. Quo magis vituperanda Pausaniæ incuria nihil de porticibus diserte memorantis, præsertim cum eæ in marmore infra exhibito diligenter vocabulo proprio προστάσεων[1] nuncupentur. Inter quas ἡ πρόστασις πρὸς ἕω, non dubium, quin sit prostylum ad orientem versus collocatum: τὴν πρόστασιν πρὸς τοῦ θυρώματος porticum majorem dico; hac enim parte ostium est amplissimum, qua in Pandroseum et cellam Minervæ introitur. Una restat πρόστασις πρὸς τῷ Κεκροπίῳ, cujus tecto κόραι suppositæ dicuntur. Hæc nulla esse potest nisi ea, quam Angli nomine barbaro stylagalmaticam appellaverunt. Igitur Κεκρόπιον ad hanc minorem porticum fuisse necesse est. Cellam autem posticam Cecropium esse nego, tum quod hæc minori προστάσει non magis contigua est quam majori, tum quia eadem a nobis jam Pandroseum appellata est. In qua sententia inscriptio ipsa nos confirmat, columnas ad Pandrosei parietem appositas commemorans. Patet Cecropium non esse omnem hanc cellam, sed unum locum vel extra eam vel intra positum, et sepulcro Autochthonis insignitum, prope angulum cellæ ad Africum versum."

"Itaque argumentis in unum collectis hanc facimus conclusionem[2]. Ædificium totum, quod antiqui nominibus

Est scolium cantatum in ἑστιάσει victoris Panathenaici. Discimus hinc coronam oleaginam suspensam esse in templo Minervæ. Aliorum sententias memorare omitto. Cf. Apollod. 3, 14, 1. ἡ ἐλαία νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. Cf. Heyne p. 322.

[1] Πρόστασιν Callixenus ap. Athen. V. 206. cum aliis προστάδα appellat, et bene explicavit Schneider. ad Vitruv. VI. 7, 1.

[2] Quæ subsidium petit e refutatis sententiis aliorum. A *Stuarto* (II. c. 2. p. 16.) eo maxime recedo,

ambiguis neque certis appellabant, pariete interjecto discriminatur in *ἀνδρῶνα* quendam ad orientem et *γυναικῶνα* ad occidentem solem. Illum proprie *Erechtheum*, hunc *Minervæ fanum* appellabis. Cujus pars interior *ipsi deæ*, pars altera et minor *Pandroso* consecrata est. Sed Pandroseo addita est *porticus Caryatidum*, in qua olea. *Cecropis sepulcrum* est in angulo hujus cellæ prope eam porticum. *Altera porticus* magnificentius efficit et satis amplum ædis Minerviæ vestibulum. *Tertia* denique fastigium sustinet Erechthei, cui suum a diversa parte ostium est."

"Sed jam satis diu legentes argumentando et disputando detinui, qui nunc quasi manu prehensi ad interiora ædis ducendi sunt: in quibus dum quæ tempus pessumdedit, mente restituo, quibus pepercit, accurate describo, delubri sanctitate et pulchritudine haud indignior ego periegeta existere velim, quam Pausanias."

"Accedimus a parte, quæ ad orientem solem vergit. Hic ara erat *Jovis Summi*, in qua neque vitale quidquam immolare, neque vino libare fas: quæ sane Cecropeo illi tempori et agricolarum tribui conveniunt. Neque

quod hic porticum tantum minorem Pandroso concedit. At epistatæ templi reficiendi diserte memorant *κίονας ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς τοῦ Πανδροσείου*. Edvardus Dan. *Clark*. (Itiner. T. II, III. p. 499.) Erechtheum totum ponit, idque partitur inter Minervam et Pandrosum. Hoc tum aliis multis argumentis, tum hac ratione reprobatur. Canis illa, quæ Atheniensibus prodigio erat, dum in templum Palladis introcurreret, Pandroseum penetravit. Igitur Pandroseum pars erat fani Minervii, neque hoc ab illo pariete intermedio, ut in *templo duplice* fieri necesse, plane sejunctum esse poterat. Denique Jacobus (Gulielmus) *Wilkins* ejusdem sententiæ extitit auctor, ad quem eadem pertinent. Vellem commonstrasset, quomodo cella cuivis obvia et duplice aditu permeabilis *τὸ ἄδυτον τῆς θεοῦ* appellari posset (Herod. V. 72.)

tamen longe distabat Jupiter Arcis custos, cui primo taurus victima procubuit. Jam introimus per porticum hexastylum in ipsum *Erechtheum*, quæ cellæ pars reliqua æde VIII. pedibus altior est. Inerant aræ Erechthei Neptuni, Butæ et Volcani, item tabulæ ab Eteobutadis parieti affixæ. Neque ea, quæ sub area erant, profana. In hac enim domo subterranea sepultus esse fertur ipse *Erichthonius* [1], quem deorum numine natum iidem in sinum suum receperant: sicut omne vitale eodem redit, unde ortum atque progressum est."

"Habet autem ea cellæ pars speciem fere quadratam et latitudinem XXIV. circiter pedum, nimis magnam, si continuis lapidibus transversis supertectam esse fingis. Verum *columnæ* erant suppositæ tectum sustinentes; quæ utrum hypostylum an hypæthrum effecerint, dijudicare nondum audeo [2]."

"Hinc ulterius progredi nequimus. Revertimur atque ex altera parte per porticum majorem intramus. Obvia primum *ara* turi adolendo posita et marmore Penthelico insignis. *Porticus* autem ampla et spatiosa et fastigio est decora, quod quatuor columnis fulcitur, quibus in utrovis latere singulæ additæ cum parastatis tectum sustinent. Hinc ostio satis magno in *Pandroseum* intramus, unde ad ipsius deæ *sanctuarium* viam dirigimus. Obscurum vides conclave undique parietibus septum, quo lumen per porticum et Pandroseum fractum et emarcidum ægre sese insinuat. Neque tamen hypæthrum arcanis

[1] Clemens Alex. Cohort. ad gent. T. I. p. 29. b. Sylb.

[2] Edvardus Clark. hinc columnam marmoris Laconici (Verde antico) extulit (Travels II. 3. p. 496. Greek Marbles 17. p. 39.) cujus vellem mensuram indicasset, ut liquidius, ubi posita fuerit, constaret.

sacrorum convenit. Igitur hic ut in aliis aditis opus erat *lychno* grandi specie[1]; qualis olim Thebis erat in Ismenio, qui cum lampadibus malum arborem referebat[2]. Hoc enim artificium plastæ primarii, Phidiæ æquales, summa æmulatione colebant: Polycleti certe lychnus regiam Persarum domum collustrabat[3]. Illum autem auro fecerat Callimachus, qui, cum facilitate ingenio inferior subtilitatis laudem anxie quæreret, Καθιζότεχνος dictus est[4]. Cui lychno cum ellychnium inesset asbestinum, infuso semel quotannis oleo perenni flamma lucebat, si fides ædituis: insuper canalis erat, qui ut pluribus quasi ramulis fumum exciperet et uno per tectum ductu educeret, palmæ inversæ ad formam factus erat. Plures enim candelabro aptatas fuisse lampadas, ut in Prytaneis et templis sæpenumero, vix dubium est[5]."

"Hoc igitur candelabro collustratur vetustissimum illud *Palladium*, opus ligneum mattrea oleaginum, specie priscum, tres fere cubitos altum[6]. Huic *peplus* ille Panathenaicus dedicari solebat[7], inutilis profecto aureæ in Hecatompedo Virgini. Cujus ne incassum mentionem

[1] Paus. Str. Meurs. Cecropia c. 21.

[2] Alexander Thebis Cymen, Augustus Cyme in ædem Palatiuam detulerat. Plin. XXXIV. 31, 8.

[3] Athen. V. 206. e.

[4] De quo v. Thiersch. Epoch. Art. II. p. 60. Not. 128. Capitulum Corinthiurges invenisse dicitur, quod primum occurrere puto in templo Phigalensi sub Ol. LXXXVII. 4. exstructo.

[5] Athen. XV. p. 700. d. cf. quæ de candelabro a regibus Syriis Romam allato Cic. Verr. II, IV. 28. Moses' Collection of Vases, vign. 9.

[6] Si id spectat Apollodorus Atheniensis III. 12, 3. De alio Eurip. ap. Lycurg. in Leocr. (Beck. p. 442.) docte: οὐδ' ἂν τελείας χρυσέας τε Γοργόνος Τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις. Igitur vetustissimum aliquod signum *tridente* armatum erat.

[7] Aristoph. Av. 828. τίς θεὸς πολιοῦχος; τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;

fecerim, iis quæ V.V.D.D. de eo disputarunt[1], adjicio hæc. Homericis temporibus peplus tum tegumentum erat, tum indumentum, quod tunicæ superinjectum per omnem lateris longitudinem fibulis adstringebatur[2], satis amplum et plerumque acu distinctum. Quo cum Minerva præcipue gauderet, hujus etiam signa formam vestimenti certissime demonstrabunt. Sed adhibenda tantum quæ arte Phidiaca priora sunt, prisca Pallas villæ Albani, Dresdana vetus, Æginetica, et quæ huic persimilis fertur Herculanensis. Adde vasa antiquiora, nigris ea figuris picta; et toreumata figlina[3]. Eæ imagines, quantum novimus, omnes longam supra tunicam vestem habent nullo cingulo redimitam, tenui panno confectam, peramplam, curiose plicatam. Insignis maxime clavus quidam sive lives ceteris aliquando latior de medio corpore decurrens, qui etiam apud populos Asiæ maxime decorus habebatur: hoc usus est sculptor Palladis Dresdanæ, quo figurarum peplo Panathenaico intertextarum partem saltem commode exhiberet[4]. Sed observa peplum eum non amiculum sive pallium fuisse sed indumentum, cui semper ægis et interdum etiam pallula quædam (διπλοΐδιον vel ἡμιδιπλοΐδιον,) *superinjecta est*. Cum vero Pericleo tem-

[1] V. inprimis Boeckh. tragicor. princc. p. 192.

[2] Od. Σ. 291. Cf. Callim. Lav. Pall. 70. et Schol. ad Il. E. 734. Erant pepli picti inter merces Phœnicum. Il. Z. 289.

[3] In collect. Lud. Seroux d'Agincourt pl. XII. 9. ubi hieroduli duæ Laconice vestitæ Palladi sacra peragunt. Cf. etiam Minervam Poliadem cum serpente in candelabro Musei Pio Cl. IV. tb. 16. Viscont. p. 8.

[4] Bekker August. I, IV. Non plane consentit Boettiger. Archæol. adumbrata p. 53. Sed hercle quam dissona inter se Creuzer. Symb. II. p. 809. sq. Nos cum antiquis scriptoribus omnibus distinguimus inter Minervam *Poliadem* in æde Poliadis et Παρθενον in Parthenone.

pore vestamenta Attica magnam mutationem subiissent: Phidias a Pallade viragine pepli priscam speciem alienam indicans nihil ei supra tunicam induit præter pallulam illam aut pallium masculum (ἱμάτιον). Alterutrum enim in *omnibus* conspicitur statuis, quæ a Phidiaco vel posteriore tempore profectæ videntur, hoc quidem in colosso Velitrano, statua Justinianorum, et altera celebriore villæ Albani; sed illud in egregio signo, quod in Germania *ter* exstare gaudemus[1]. Nihilominus Palladium ligneum peplo Athenienses nunquam spoliare poterant: sed Panathenaica tum majore tum minore quavis pompa ornatum deæ carum instaurabant. Afferebatur is quidem veli ad instar expansus: neque tamen id prohibet, quominus, postquam matronarum manibus traditus esset, fibularum ope signo vetusto indueretur: quamquam inter virgines Atticas eo tempore pepli usus jam dudum obsoleverat[2]."

"Præter peplum quotannis deæ oblatum reliqui cultus et reficiendi et servandi cura sacerdotibus templi permissa est. Quo maxime pertinet solemnis *lotio* vestium. Medio enim vere, Thargelionis d. XXVI. *Plynteria* peragebantur, Aglauro (cujus templum ad propylæa arcis

[1] Dresdæ his (August. I, IX. sq. cf. textum,) semel Casselæ. Völkel. de marmoribus Casselanis (Welcker's Zeitschrift I. 1. p. 156.) Musée des Antiques par Bouillon livr. VIII.

[2] Non mirum igitur, grammaticis peplum rem perobscuram fuisse, et nunc esse. Bene Serv. Æn. I. 480; "*hodie multi abutuntur eo nomine.*" Hæret Pollux. VII. 49, 50. errat Eustath. Il. XVIII. v. 291. Nam a pallio (ἱματίῳ) maxime eo differt, quod hoc περιβάλλεται, ille fibulis additis corpori circumdatur (Ἐμπερονατρίς.) Quibus excussis, vestimentum esse desinit et existit vestis stragula. Bene Lutat. ad Stat. Theb. X. 56.: Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat. De *triplici* Palladis vestitu Fulgent. Plac. II. c. 2.

situm erat) sive ipsi deæ sacra. Ea die signum deæ (ἕδος) obvolvitur, ædes funibus obsepitur, arcanæ simul aguntur ceremoniæ, mœstum silentium regnat per urbem, tota denique dies velut nefasta habetur. Quæ nescio quid majus significant, quam lotionem amiculorum, purgationem sane non tam sordium quam criminum. Signo velando operam dabat gens Praxiergidarum, sed præerat haud dubie ipsa Minervæ sacerdos [1]."

"Nondum indicavimus *locum* simulacri. Compertum autem est, Athenienses tum in templis vultum convertisse ad occidentem solem, tum mortuos in loculis ad eundem modum composuisse: ita ut deorum domicilium ad occidentem esse, opinio fuisse videatur [2]. Contraria observabant Dorienses, quorum præcepta sequitur Vitruvius [3]. Igitur Palladium illud frontem soli orienti obvertebat; et magnopere territi sunt Athenienses, cum Augusto imperante dea sese repente ad occidentem converteret [4]."

"Ex altera parte ostii stabat *Mercurii* signum ramis myrteis quam occultissime involutum. Causam divinare perquam facile; phallicus erat. Hac enim forma Bonum hunc Deum et Penatem (ἐριούνιον, δώτορα ἐάων) Palasgica

[1] Nam *Lycurgus* oratione π. ἱερείας de Plynteriis egerat. Harpocr. Πλυντ. Locos ceteros v. ap. Meursium. Cf. quæ de lotione post mortem Aglauri omissa Lex. Rhet. ap. Bekker. I. p. 270.

[2] Plutarch. Solon. 10. et Visconti Memoires p. 18. Ita factum, ut signa deorum primam solis orientis lucem exciperent. V. locos ap. Lakemacher. Antt. sacræ p. 161.

[3] IV. 5, 1. quem locum littera abjecta emendo: simulacra videantur EX ORIENTI (vg. exorientia) contueri supplicantes et sacrificantes. Hinc diversa erat ratio *Etrusca*, templi fores ad meridiem constituens. Nam dii Etrusci septentrionem tenebant. V. Dionys. IV. p. 359.

[4] Dio Cass. LIV. 7. de signo Minervæ: ἐν τῇ ἀκροπόλει (τῇ) πρὸς ἀνατολῶν ἱδρυμένον πρός τε τὰς δυσμὰς μετεστράφη καὶ αἷμα ἀπέπτυσεν. Quod ad ξόανον spectat haud immobile, minime ad colossos Phidiæ.

simplicitas posuerat (Herod. II. 51.): qui a ceteris diis phallicis eo differt, quod nihil neque furoris neque mysterii religionibus ejus admixtum est. Sed mirari subit, quantas mutationes habuerit forma dei, et quasi casu factas. Cum enim ad mala quævis averruncanda in viis et foribus poneretur: præconum et nuntiorum præses factus est. Hunc ars antiquior efformabat petasatum, barbatum (*σφηνοπώγωνα*), membris validum et quadratum. Illum autem phallicum deum, ut robur et florem juventutis augeret, Atheniensium prisca pietas palæstris apposuit[1]. Ubi tantopere cursu et lucta gavisus est, ut tandem ipse quinquertionum exiret omnium idem pulcherrimus et præstantissimus[2]."

"His locis versabatur *serpens* templi custos, *οἰκουρὸς ὄφις*, cujus latibulum *δράκαυλος*[3]. Is cum ipse putaretur Erichthonius (similiter Cadmus in æde Cereris domicilium habebat atque, cum homo esse desiisset, draco fiebat): summa pietate cultus singulis mensibus placentis melleis (*μελιτούτταις*,) suavissimo eodem et purissimo cibo, placabatur[4]. Ipsa eum Palladis sacerdos nutriebat[5]. Quem Erichthonium ut supra cum satis tenellis, deorum cæli,

[1] V. gemmam ap. Viscont. Pio Cl. T. II. tv. agg. a. Collection de Choiseul-Gouffier, p. 84. et all.

[2] Iliadis poëtæ est gregum tutor, *ἐριούνιος*, sed etiam *διάκτορος*. Jovis nuntius maxime occurrit in Odyssea. *Ψυχοπομπὸν* novit, qui librum XXIV. addidit. V. Spohn. comment. de extrema Odysseæ parte p. 44. sq. Sed palæstras plane non curat apud Homerum.

[3] Etymol. *Δράκαυλος* e Sophoclis *Τυμπανισταῖς* II. p. 54. Br.

[4] Herod. VIII. 41. cum Valcken. *ἔτι καὶ νῦν*. Philostr. Icon. II. 17. p. 837.

[5] In anaglypho figlino Musei Britannici (Combe Terracottas pl. 28.) Poliadis sacerdos serpentem pascere videtur. In sacrificio Poliadi oblato eadem columnæ, cui Palladium impositum, circumvolvitur, si recte explicavit Petit-Radelius Musée Napol. T. IV. p. 33.

terræ, infernorum numine nutritis et lactatis, comparavimus: ita jam intelligitur omne vitale, quod, cum antea latuerit, nunc imperfectum adhuc et informe progerminat, ea forma exhiberi.. Quocirca infantium modo natorum cunis et fasciis serpentem aureum, Erichthonii imaginem, addere vetus Atticorum superstitio præcepit[1]."

"Sed mirari subit, quot et quam varias res exiguum cellæ spatium comprehenderit. Ibidem enim *arma* congesta erant[2], inter quæ Masistii Persarum equitatu præfecti lorica, et acinaces, quem Mardonii esse mentiebantur Athenienses, memorantur. Neque, cum nihil plane silentio prætermittere visum sit, de sella plicatili et circumforanea (διφρῳ ὀκλαδίᾳ,) Dædaleo nimirum opere, tacendum est: quæ omnium quasi archetypum erat sellarum, quas in pompâ Panathenaica inquilinorum filiæ post virgines Atticas portare cogebantur."

"Nunc tandem pede relato in *Pandroseum* revertimur, quod angustum quidem, sed et hoc sanctissimis cæremoniis consecratum. Hic enim Pandrosus habitabat, hic Pandora, hic Thallo[3], ipse denique Cecrops sepultus ferebatur[4]. Sed ibidem sacerdos cum ersephoris

[1] Eurip. Ion. 25. 1444. Quo quidem etiam annulum illum anguinum aureum traherem, quem nuper prope Cepos Milesiorum ad Bosporum Cimmericum sepulcro eruit Clarkius (Travels P. I. p. 397. cum delin.): si opere Græcanico factus videretur. Sed industrie pensanda sunt, quæ Ritter l. I. p. 229.

[2] Xenoph. Hell. II. 3. 20. Etiam armati Minervæ Poliadi sacra fecerunt. II. 4. 29. Quo approbatur interpretatio anaglyphi p. 28. n. 6. memorati. Ibi enim vir armatus adstante victoria deæ ἐπινίκια θύει.

[3] Paus. IX. 35, 1. τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ὡρῶν νέμουσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Ἀθηναῖοι Θαλλὼ τὴν θεὸν ἐπονομάζοντες.

[4] Clemens Alex. Cohort. p. 29. b. et alii.

intra ædem conclusis interdiu commorabatur[1]. Igitur non tantum Pandrosi hæc erat cella, quæ inter primas fertur sacrorum eorum antistites, sed etiam omnium, quæ id munus ab ea exceperant, conclave. Hac de causa paries Pandrosei *senestratus* erat: quod in æde deorum tantum domicilio dicata fieri potuisse pernego."

"Restat quam adeamus *porticus minor* crepidine cincta, cui sex impositæ Caryatides tectum lapideum sustinent. Et hæc plena erat religione et sacris. Quippę inerat primum *olea sacra*, πάγκυφος dicta, quia in arctum conclusa humi magis serpebat quam altum petebat[2]. Æterna putabatur, scilicet quia in locum stirpis emortuæ alia cito subdebatur ex olivetis sacris. De quibus olivetis cum errores propagarint, qui copiis Meursianis haud excedere solent: quomodo res se habeat, breviter indicandum. Res enim non parvi momenti, quippe quæ ad *Jus sacrum* Atheniensium pertinet."

"*Oleaster* (κότινος,) quem Hercules ex Hyperboreis attulisse ferebatur, brumæ et frigoris patiens, nullo curante per omnem Græciam, largissime ad Alpheum et sinum Saronicum, proveniebat. *Contra oleam* olim in Græcia perraram fuisse, veteres consentiunt[3]. Nempe ex Asia per insulas maris Ægei illata videtur[4]. Hanc in plantariis et viridariis summa diligentia et cura educare necesse erat. Igitur populus Atticus metuens, ne oleastri contagio corrupta tandem degeneraret, atque

[1] V. c. 2. p. 15.

[2] Meurs. Att. lect. IV. 6.

[3] Id enim saltem Herodoto V. 82. concedendum.

[4] Cogita de Olea sacra Ephesiorum. Tacit. Ann. III. 61. Deliorum, Spanh. ad Call. Del. v. 262. Salaminiorum. Eurip. Troad. 804. cf. Theophrast. Hist. plant. IV. 14.

laus olei Attici periret, semper olearum sationem studiose observabat atque tuebatur. Omnes per Atticam oleæ quasi publicæ habebantur, quarum qui unam e proprio ipsius agro radicitus evulserit nisi ad usum sacrorum, ærario centum drachmas totidemque accusatori pendebat[1]. Sed his metus ille nondum dimotus. *Palladi* ipsi custodia arboris vivacissimæ (γλαυκᾶς ἐλαίας) tramissa, ut ficuum cura Cereri (ἱερὰ συκῆ ad viam Eleusiniam.) Numerus definitus olearum deæ consecratus. Fama erat, primum duodecim surculos oleæ ex arce deplantatos esse in Academiam ad templum Minervæ, ubi ara Jovis Μορίου; hinc cæteras esse propagatas[2]. Nam in omni campo, qui a Cephisso late patebat (Πεδίον[3],) *etiam in agris et arboretis privatis*[4], passim exstabant oleæ sacræ, quas lædere nefas. Qui eradicasset (ὁ ἀφανίζων,) morte plectebatur. Μορίαι dictæ quæ fructus præbebant: stipites arboris longævæ, ligno quidem et ramis validi, sed fructibus effeti, σηκοί[5]. Ne quis quæ de arboribus his sancita erant, impie sperneret, cavebat senatus Areopagiticus cum IX. archontibus[6]: qui mense quovis ἐπιμελητάς, quotannis ἐπιγνώμονας misit[7], qui numerum

[1] Demosth. in Macart. p. 1074.

[2] Suid. s. v. μορίαι. cf. Ister. ap. Soph. Œd. C. 697. Aristoph. Nub. 1005. c. Schol. Paus. I. 30, 2. Apollod. ap. Schol. laud. v. 702.

[3] Lysiæ π. σηκοῦ ἀπολογία p. 110, 22.

[4] Hoc omnis probat Lysiæ oratio. Qua si p. 108, 42. Lacedæmonii accusantur, quod oleas tum profestas tum sacras incendio fœdaverint (in expeditione Lysandri): ii pristinæ pietatis obliti erant, qua Archidamo duce incursantes ab iisdem oleis manus abstinuerant. Philochor. ap. Sch. Soph. l. I. 697. p. 57. Sieb.

[5] Hæc fere est sententia Marclandi ad 109, 10. Ad quæ probanda faciunt, quæ orator de πρέμνοις et ξύλοις arboris. Cf. Λέξ. ῥητ. I. p. 304. Bekker. σηκὸς—ἐλαία ἡ πολύκλαδος, et Suidas.

[6] Lys. 110. 17.

[7] Ib. 110. 29.

et statum earum integrum et illæsum observarent. Fructus earum non ad possessorem prædii pertinebant: sed reipublicæ nomine locabantur, ea quidem, ut videtur, lege, ut qui redemerant[1], oleum suppeditarent præmio concessum victoribus Panathenaicis[2]. Id si exceperis, oleum sacrarum arborum ex Attica efferri vetitum[3]. Non enim puto mercatu venale erat. Locum circa oleam sacram, etiamsi in agro privato esset, purum esse oportebat[4]; pleræque ita positæ, ut a via publica conspicerentur. At quo hæc omnia tendunt? Eo profecto, ut genuina semper olearum stirps servaretur, unde surculos tum plantandos tum inserendos desumere posset agricola. Nam semen oleæ oleastrum gignit: in quem arboris natura continuo vergit. Sed his sane legibus effectum est, ut, quod Plinius dicit, "*Athenæ Penathenaicum suum oleum perseveranter obtinuerint*[5]."

"Prope oleam erat *puteus aquæ salsæ* (θάλασσα Ἐρεχθηΐς,) quam sub flatum noti surdo murmure fluctuum instar strepere narrabant Athenienses. Ipse scilicet Neptunus hanc voraginem[6] aperuerat tridente, cujus adhuc vestigium in saxo vivo expressum restabat. De fonte *salso* noli dubitare. Nam et alius in arce fons erat aquæ amaræ, qui Etesiarum flatu (sub ortum caniculæ) impleri, postea considere solebat, *Clepsydra* dictus[7]."

[1] Lys. 108, 25. ἐωνημένοι τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν (cf. Boeckh. Œcon. Att. I. p. 327.) Igitur non pecunia hos fructus redemerant, sed munere præstando.

[2] Aristoteles ap. Schol. Soph. l. I.

[3] Hoc innuit Scholium ad Pind. N. X. 64.

[4] Lys. p. 110.

[5] Ib. XIII. 1, 2. Cf. ad hæc omnia Geoponica IX. cum commentario Niclas.

[6] V. præter Pausaniam Hegesiam ap. Str. IX. 396. b.

[7] Ister. ap. Schol. Aristoph. Av. 1693. p. 63. Sieb. De hoc fonte

"Intra eandem porticum erat ara *Jovis Hercei*. De quo cum nuper satis dictum sit[1]: verbo monere sufficit, hunc ædium privatarum custodem, qui cavebat, ne quid probri et exitii de via publica per maceriam (ἕρκος) irrueret, et domus securitatem et sanctitatem temeraret, hoc loco positum *Penatis publici* locum obtinuisse."

"Tandem æde sacra eximus, quam jam quisque intelligit, vetustissimas Athenarum et religiones et historias complecti. Sed interrogabit fortasse aliquis: quem tandem in usum *Hecatompedon* exstructum, si sanctissima quæque sacra in templo multo minore fiebant, et ipsa pompa Panathenaica cum peplo eo viam dirigebat? At ego respondeo: augustissimas quidem cæremonias in Erechtheo omnes peractas, sed populo ad preces quotidie fundendas magis patuisse Parthenonem, ad pompas et conciones excipiendas multo aptiorem: ita ut, si illud templum sacerdotum dixeris, hæc *populi ædes* dicenda sit[2]."

"Area circa Erechtheum signis et statuis plena erat. Nam omnis arx templum quasi erat diis tantum consecratum. Hic plura *Palladia* incendio Xerxis semi-

satis memorabili alias plura afferenda erunt. Hunc vidisse potest Guilletiere. V. supra p. 20.

[1] A Creuzero ap. Platnerum Symb. ad jus Att. p. 92. sq. et Comment. Herodot. p. 231. Addo mentionem tabulæ Iliacæ, ubi Priamus aræ Jovis Hercei *in medio vestibulo* insidet. Sed eum ab initio deum fuisse Teucrorum vel Phrygum (at Teucris nihil commune est cum Phrygibus) levis est conjectura. Dissertatio est inter Hafnienses: Westerholt de Jove Herceo.

[2] Etiam inscriptiones in honorem sacerdotum Poliadis publice positæ sunt ad Parthenonem, sicut hæc ap. Stuart. Antiq. II. 1. p. 15. Chandler. II. p. 55. n. 32. Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΑΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΕΡΡΗΦΟΡΗΣΑΣΑΝ (male Chandl. ΙΕΡΗΦ.) ΑΘΗΝΑΙ ΠΟΛΙΑΔΙ.

usta et obfuscata[1]. Hic *signa Butadarum* familiæ, pleraque lignea[2]: inter quæ Pausaniam vix unum commemorasse[3], dolendum. Namque etiam artificio quædam insignia erant. *Thesaurus* Poliadis haud dubie cum opibus aliorum deorum in Parthenonis opisthodomo conditus erat[4]."

Ut Lectoribus ad recte judicandum de nostra inscriptione latior pateat aditus alteram ejusdem viri præclara disputatio jam sequitur, e qua qui rei Architectonicæ minus peritus est multum adjumenti reperiet. Aliter autem ac Wilkinsius multa explicat nec meum est cui magis credendum definire, quamvis in pluribus cum Wilkinsio omnino consentiam.

"Jam facile intellectum est, dispositionem et commodulationem universæ ædis *Philocli*[5] ceterisque architectis magis ad usum et necessitatem sacrorum dirigendam fuisse, quam ad proprium ipsorum arbitrium, et studium pulchritudinis. Sed eo majorem industriam perfectissimi ii artifices posuerunt in describendis et ornandis partibus

[1] Paus. I. 27, 7.

[2] Εἰκόνες ξύλινι τοῦ τε Λυκούργου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, Ἄβρωνος, Λυκούργου, Λυκόφρονος, ἃς εἰργάσαντο Τίμαρχος καὶ Κηφισόδοτος οἱ Πραξιτέλους υἱεῖς. V. X. Orr. p. 258.

[3] Πρὸς τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐστὶ μὲν Εὐήρις πρεσβύτις ὅσον τε πῆχος μάλιστα φυμένη διάκονος εἶναι Ἀνσιμάχῃ. Hæc *Lysimache* occurrit ap. Plut. de vit. pudore 14. T. X. p. 177. H. Ἀνσιμάχη δὲ Ἀθήνησιν ἡ τῆς Πολιάδος ἱέρεια, τῶν τὰ ἱερὰ προσταγαγόντων ὠρεοκόμων εὖ χέαι (rite caput hostiæ aqua perfundere)? κελευόντων. ἀλλ' ὀκνῶ, εἰπε, μὴ καὶ τοῦτο πάτριον γένηται. i. e. Sed valde dubito, an et hoc (monitum nempe agreste) ad ritus sacros pertineat. Ap. Paus. 1. 27, 6. corrigendum videtur: καὶ ἀνδριάντες εἰσὶ ΜΑΝΤΙΣ, ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ καὶ αὐτὸς Τολμίδης. Privatos ejusmodi vates habebant etiam Pisistratus, Nicias, Alcibiades.

[4] Boeckh. Œcon. Att. II. p. 165. I. 473.

[5] Nomen quanquam incertum desumi ex Inscr.

singulis, qua effecerunt, ut nullum in orbe terrarum ædificium hujus nitorem, elegantiam, operisque præcipue sculpti subtilitatem superet. Ego dum hæc singula persequor, in ea potissimum versabor cogitatione, ut, quid in genere Ionico Atticis placuerit, quid minus, sedulo commonstrem. Nam permulta ab iis apparet neque temere mutata et variata esse: quanquam Romam et inde ad nostros architectos ea magis regula et norma devecta est, quæ apud Græcos Asianos obtinuerat."

"*Ionicum* architecturæ genus cum a Dorico tantopere distet, ut ex eadem origine utrumque provenisse negandum sit, Ionibus nonnisi populorum Asiæ commercio traditum esse potest, a quibus eos item vestitum et victum atque omnem fere corporis cultum mutuatos esse constat. Insigniter profecto architectura, qua *reges Persarum* maxime in *sepulcris rupe excisis* usi sunt, in rebus permultis cum ratione Ionica congruit[1]. Atque persuasissimum mihi habeo, multa olim ædium ornamenta apud plures populos Asiæ frequentata fuisse, quæ nunc, cum cetera interciderint, in Persicis tantum et Ionicis monumentis consensu mirabili extant. Monumentis illis regum Persarum simillima sunt *sepulcra*, quæ Satraparum verissime habentur, *Telmissia*: nisi quod artificem Græcum normam Persicam imitantem prodere videntur[2]. Sed

[1] Hoc spectat ad sepulcra in monte Rachmed apud Tschilminar et Nacshi-Rustam. V. modo Chardin. Itiner. tb. 67. De Bruins Reizen tb. 158 sq. Conspicitur autem non tantum *epistylium trifidum* et *denticulorum sectio* sed etiam ea *scalptura*, quam *ova serpentium* appellare nostri solent.

[2] Ap. Choiseul Gouff. Voy. pitt. T. I. p. 118. pl. 67. sq. (cf. Hammer. Topogr. Ansichten. p. 91. Heeren Ideen. i. I. p. 263.) Impositum est fastigium Græcum, sed denticuli magis ad Persicum modum, quam Ionicum secti sunt. Zophorus

de ea inter Ionicum ædificandi genus et Asianum (nam a quo Asiæ populo propagatum sit, definire non audeo) cognatione certius multa constitui poterunt: si antiquiora tum hujus tum illius documenta forte fortuna detegerentur. Illud certe jam Olymp. xxxiii. per Græciam etiam in Peloponneso adhibebatur[1]: tamen nihil Ionici restat, quod Olymp. lxxx. (A. C. cccclx.) antiquius esse certo affirmaveris."

"Nam *Minervæ Poliadis* templum Prienæum Alexandri demum tempore exstructum esse, docet inscriptio: architectus erat Pythius[2]. Ædi *Apollinis Didymææ* faciendæ præerat Pæonius Ephesius cum Daphnide Milesio, idem qui templum Dianæ Ephesiæ olim inceptum absolverat, circa Olymp. C[3]. Neque enim antiquiora hac epocha esse possunt capitula *antarum* pulvinata, quæ nativæ artis simplicitati plane refragantur, atque singularis spirarum Ionicarum fabrica, quibus in Didymæo et templo Prienensi eadem fere est species[4]. Simile est fragmentum *Heræi Samii*, in quo non tantum torus spiræ sed etiam scotia striata est[5]. Antiquius est templum *Bacchi Teium*, opus Hermogenis, simplice magis decore et grata venustate commendabile[6]. Templum Apollinis *Phigaleense*, cujus hypæthro circumpositæ sunt columnæ Ionicæ, utinam jam curiosius descriptum et delineatum

et hic et in monumentis Persepoleos nullus est. Capitula volutas habent, carent pulvinis. Spira neque Atticurges est neque Ionica. Ita architectura hæc quasi media est et ambigua inter utramque.

[1] Paus. VI. 19. 2.

[2] Ionian antiquities c. 2. Choiseul. T. I. pl. 116.

[3] V. Hirt. de æde Ephesia p. 15. Secus Forster. (Memoires de Cassel p. 198.)

[4] Ion. antiq. c. 2. Choiseul. T. I. pl. 114.

[5] Choiseul. pl. 54.

[6] Ion. antiq. c. 1.

prodiret! Quod Olymp. LXXXVIII. ædificatum antiquitate tamen cedet fano exiguo *Athenarum ad Ilissum*, quod ob simplicitatem et imperfectam quasi formam tempore Pericleo prius censeri debet[1]."

"Ordiar a *columnis*, architecturæ apud veteres et principio et fundamento. Earum quæ in prostylo sunt ea est proportio, ut altitudo spiræ atque scapi et capituli diametros scapi inferioris *novem* exæquet[2]. Contra quæ Pandroseo appositæ sunt, tantum diametros VIII. *cum deunce* ($8\frac{1}{12}$) altæ sunt[3].. Vides dimidiatas columnas parieti tenui appositas crassiores factas esse, quam quæ solidæ epistylio supponebantur. Delubrum autem ad Ilissum columnas habet minus graciles: altæ enim sunt diametros VIII. *cum quadrante* ($8\frac{1}{4}$)[4]."

"*Contractura scapi* plerumque ad Vitruvianas regulas quadrat. Nam in Didymæo pars diametro superiori octava, in æde Prienæa sexta, in Erechtheo sexta, in sacello ad Ilissum septima fere detracta est[5]: pro longitudine columnarum et spatio intercolumniorum. Sed ih æde Teia miror vix vigesimam partem crassitudini superiori detractam esse[6]."

"*Spiræ* tum columnis tum antis atque parieti circumquaque adjectæ sunt Atticurges. Habent igitur torum duplicem interjectamque cum quadris suis scotiam. *Torus superior* vel striatus vel ad instar viminum flexorum ornatus, inferior plerumque purus. *Supercilia*, i. e. margines scotiæ reductiores, qui umbra addita tori rotundationem

[1] Antiq. of Athens T. I. c. 2.

[2] Alt. 20'. 10". 61. crass. 2'. 3". 8. ped. Angl.

[3] 18'. 3". 05.—2'. 0". 55.

[4] 14'. 8". 29.—1'. 9". 4.

[5] Diam. ad spiram columnarum in prostylo 2'. 3". 8. superior 1'. 11". 2.

[6] 3'. 3". 6.—3'. 1". 8.

elevarent[1], Attici non adhibuerunt, quanquam Iones iis etiam in spira Atticurge templi Teii usi sunt[2]."

" *Scapus* (*σῶμα κίονος*) striatus est ita, ut striges exacte ad circinum dimidiatum excavatæ, striæ autem sive virgæ pertenues et exiles factæ sint: quas jam architectis Teiis paulo latiores facere visum est[3]. Sed tenuissimæ omnium in æde Ilissea, ut striatura fere Dorica videatur[4]."

" *Capitulorum* ratio plane est singularis neque alias obvia. Habet enim, quæ ceteris monumentis desunt; caret nonnullis, quæ in hisce exstant. *Abacus* primum simpliciter est simatus, et conchulis, quas Græci *κάλχας* dixerunt[5] ornatus. Simplex hic magis placebat Atticis, quam compositus e quadra et cymatio, qualem architecti Romani amplexi sunt, quanquam etiam in æde Didymæa et Prienæa simplice illa ratione factus erat. *Canalis* inter volutas latior aliquanto quam esse solet, neque rectis et parallelis lineis cingitur sed curvatis[6]. Ea figura etiam in æde Ilissea, simili Prienæ observatur: sed a plerisque architectis, etiam Romanis, rejecta ea est."

" Quæ e volutis alias provenire videntur *helices* sive palmites, has Attici architecti consulto neglexisse videntur: cum jam in templo Ilisseo eas admodum exiguas finxerint."

[1] Sequor definitionem probabilem Genelli litt. ad Vitruvium exeg. II. p. 23.

[2] Ion. antiq. I. pl. 3.

[3] Hic enim strix est 4‴. 15. stria 1‴. in templo Prienæo 4‴. 95—. 9. in Didymæo 7‴. 3.—1‴. 55.

[4] Strix est 2‴. 1. stria .266.

[5] Inscriptio §. 5.

[6] *Al. Hirt.* Architectura ad regulam veterum p. 77. canalem huncce vituperat: vereor, ne inique, cum Attica architectura ad regulas Vitruvii ex Hermogene ductas (Hirt. p. 76.) non sit exigenda.

"Venio ad *anthemium,* cui nomen suum e marmore vindicavi[1]. Est torus minusculus inter canalem et echinum, qui lineis inter se complexis et discurrentibus, superioris instar in spira tori, obductus est. Qui torulus cum canalem et echinum aptissime inter eos conjungeret: etiam in priscis Ionum templis adhibitus erat, atque ob serti speciem *pancarpus* dictus[2]. Sed nunc nullibi apparet nisi in Erechtheo."

"*Echini* crassitudini id spatii detrahi necesse, quod anthemio datum erat."

"Infra echinum *hypotrachelium* est, huic ædi et id peculiare. Quod efficit, ut volutæ scapum non tangant, quod in ceteris omnibus evenit. Nam pertinet ab echino ad scapum striatum, a quibus utrimque discriminatum est per astragalos sive scalptos sive puros. Altitudine sesquimajus est quam echinus cum anthemio. Scalptura imitari videtur flores et palmites marinos, sed arbitrio artificis conformatos. — Sed haud dubie hoc maxime hypotrachelium columnæ gravitatis quandam addit speciem augustæque majestatis: contra exile illud capitulum, quod Iones scapo gracili superposuerunt, levitatis aliquid habet et mobilitatis."

"*Pulvina,* per quæ *volutæ* inter se conjungantur, præcipue eo a specie vulgata differunt, quod *baltei,* quibus quasi adstringuntur, non media tantum cingunt, sed per omne spatium distributa sunt: ita ut VIII. existant lora pro uno balteo. Similiter dispertiti sunt in ædicula ad Ilissum, sed scalptura simpliciores.

[1] Inscr. §. 3.

[2] Vitruv. IV. 1. 7. Acute de encarpo disputavit Genelli. litt. exeg. II. p. 29.

"*Antas* utriusque templi Attici ab architectis vituperatas memini ob nimiam gracilitatem et tenuitatem [1]. Est sane ea insolita et habet quod displicere possit. Sed qua antæ ad columnas spectant, justam habent crassitudinem: altera autem parte, qua ad parietem pertingunt, nihil inde effici debet, quam margo et finitio quædam parietis indicata. Verumtamen et hac parte antas postmodum latiores facere præcipiebatur."

"*Capitella antarum* pulvinata, qualia templum Prienæum et Didymæum habent, tum nondum inventa fuisse, existit verisimile. Attici igitur Doricum capitulum ad antas translatum modo Ionico exornaverunt. Nam composuerunt plinthum cum duplice cymatio, superiore Lesbio, inferiore simato, atque hypotrachelio supra descripto. Quod capitellum, etiam perietibus subter epistylium adjectum, de epicrano ἐπικρανίτιδα dixerunt: quo nomine inscriptio nos donavit."

"*Epistylii* fasciæ tres ad perpendiculum factæ altitudine fere æquales sunt [2]: tantum in porticu minore supremam paullo majorem facere visum est [3], quia huic scutula ornamento apposita erant. Sed ignorabant Attici regulas Vitruvianas, quas hic ex opticis caussis deducit: quanquam a plerisque aliis observatas. At inanis illas regulas, fere omnes consentiunt. Potius projectura superioris cujusque fasciæ umbram efficit, qua altitudini subjectæ aliquid detractum videtur: ita ut contrarium

[1] Hirt. l. I. p. 113. Omnino summus hic vir artifices Atticos sæpius reprehendit ob neglectas regulas Vitruvianas, quas hic ab Ionicis architectis duxerat. Neque tamen eas ab illis inconsulto et temere spretas esse credibile.

[2] Supr. 7‴ 3. med. 7‴ 3. inf. 7‴ 35. Et 6‴ 2—6‴—6‴ 95.

[3] 4‴ 85—4‴ 55—4‴ 45.

evenire necesse sit, quam quod Vitruvius cogitat. Atque aliis et diversis haud dubie moti sunt argumentis, qui fasciam quamque superiorem altiorem fieri jusserunt, quæ hic persequi longum est. Epistylium ædis ad Ilissum simplex et planum est, tripartitum tamen conspicitur jam in monumentis Persicis; sed etiam bifidum et Græci et Romani promiscue adhibebant."

"Epistylio superadditum est *cymatium Lesbium* cum astragalo et quadra. Hæc in parte exteriore: intus simplex cymatium adjectum est. Attici membrum illud compositum γογγύλον λίθον, hoc simplex κυμάτιον appellaverunt, eaque *seorsim* ab epistylio lapide exciderunt: quod tum inscriptio probat [1], tum perspicitur e ruderibus templi ipsis [2]. Sed ita comparata erant, ut ad mediam pertingerent epistylii crassitudinem, ibique se invicem tangerent [3]."

"*Zophorum* Vitruvius, si sigilla s anaglypha ipsi addita fuerint, altiorem fieri jubet quam epistylium: sin scalptura careat, minorem. Sed etiam hoc præceptum Attici architecti haud magnopere curabant. Est enim epistylium Erechthei zophoro aliquanto major [4]. Nihilosecius intelligitur, eum *sigillis* ornatum fuisse, quanquam nunc purus videtur. Sane eum ipsa inscriptio Ἐλευσινιακὸν λίθον πρὸς ᾧ τὰ ζῷα nuncupat. Erant autem ærea, subscudibus ferreis affixa, quarum et nunc vestigia re-

[1] V. Inscr. §. 2. et 3.

[2] V. Daltoni Mus. I. n. 19. le Roy T. I. tb. 5.

[3] Hæc igitur forma ornamentorum epistylii evadit. *a*. cymatium interius. *b*. exterius cum astragalo.



[4] Zophorus prostyli 1' 11" 75. epist. 2' 1" 05.

stare memorat Gulielmus Wilkins, et indicavit etiam Stuartus [1]: unde conjecerim, serta fuisse scutis appensa [2]."

"'Ελευσινιακὸς autem λίθος appellatur zophorus, quia saxo calcario confectus est ad Eleusinem exciso, cæruleo fere colore, quem inscribendis maxime litteris adhibebant veteres [3]."

"Insuper zophorum longe projicitur *corona pura*, subjecto cymatio Lesbio cum astragalo, supra posita sima. Sed caret Erechtheum, sicut ædes ad Ilissum, *denticulis:* si porticum minorem exceperis. Cujus rei hæc videtur justa causa. Denticulorum sectio ex eadem materiatione orta est, qua triglyphi in ædibus Doricis; i. e. E cantheriorum projectura et eorum intertigniis. Qua de causa utraque, et inter triglyphos et inter denticulos, intervalla a Græcis metopæ dicti sunt. Quibus rationibus refragatur quidem Vitruvius, qui denticulos de asserum intervallis explicat [4], sed suffragantur monumenta. Nam in monumentis Persicis, Telmissiis, denique porticu minore Erechthei denticuli *ipsius zophori* locum occupaverunt."

"*Tectum* cellarum decidit, atque in una porticu Caryatidum integrum adhuc restat. *Lacunaribus* ornatum est hoc quadratis, quæ in superiore parte contrahuntur, ternis cymatiis et quadris descripta [5]. Quæ jam Æschylus in thalamo construendo adhibita perspicue designavit

[1] Wilk. Athen. p. 206. Stuart. II. 2. pl. 4.

[2] De scutis cf. Eurip Erechth. fragm. 6. p. 445. Beck.

[3] Egregie de eo Clarkius P. II. S. II. p. 499. 591.

[4] Vitruvium in ea re falsum et ab eo discendendum esse, judicat Hirt. l. 1. p. 106.

[5] Stuart. pl. 18.

verbis[1]: *Jam aliquis in lacunari cymatium Lesbium ad normam triquetram exigat.*"

"*Lumina fenestrarum* in pariete Pandrosei tum ob simplicem antepagmentorum elegantiam tum ob formam pyramidalem sæpe memorantur, quæ contracturæ columnarum haud disconvenit. Sed nuper *ostium majus* Pandrosei, quod Turcæ adhuc clausum servaverant, Elgino comiti apertum patuit, et summa artificum admiratione et studio spectatum et deformatum est[2]. Utinam jam pictum exhibuissent. Cujus eo majore moveor desiderio, quo insigniorem exspectationem affert inscriptio nostra. Memorat enim ὦτα i. e. anconas s. parotidas, quæ ab hyperthyro utrimque suspensæ videntur. Simplicissimæ eæ exstant in sepulcris Telmissi, sed nullibi ornatiores, quam in monumentis Palmyrenis[3]. Forma semper eadem. Est duplex voluta, altera major altera minor, leni flexu conjunctæ. Eosdem ancones, non ad perpendiculum sed ad libellam directos, Corinthii generis auctores adoptaverunt, quos coronæ subjicerent."

"*Hyperthyrum* in eodem marmore legimus lapillis nigris impositis esse decoratum. Quod pertinet ad priscum variegandi studium, in quo sculptores haud fuisse magis, quam architectos, constat inter omnes."

Mülleri disputationem quamvis longiorem exscripsi, cum ejus librum in Britannia vel duo vel nemo noverint, quamvis ea doctrina abundet quæ maximam auctoris expectationem commovent.

[1] Θαλαμοποιοῖς ap. Polluc. VII. 27. 122. ubi scribendum videtur
—ἀλλὰ μέν τις Λέσβιον φατνώματος
Κῦμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

[2] Memorandum de Elginianis p. 25.

[3] *Ancon*, ut puto apposita Victoria insignis, in regione Frascati repertus, exhibetur a T. Combe British Museum I. p. XV.

Recensio ex ea parte templi quæ Cecropio proxima est orditur.

In ænea Wilkinsii tabula, qua depingitur Erechtheum

A. est templum Minervæ.
B. ——————— Pandrosi.
C. Porticus Stylagalmatica.
F. Angulus Cecropium spectans.
G. Vestibulum Pandrosei.

D. D. muri tellurem circa Pandroseum jacentem sustinentes. Ima enim Pandrosei pars octo pedibus inferior erat Pandroseo, et tellure ubique circumjacente[1].

In Wilkinsii tabulis lineæ punctillis notatæ partes ædis nondum completas eo tempore quo recensio facta est denotant. In Mülleri tabulis "partes lineis intus sparsæ *excisæ* erant sed nondum *appositæ*, membra punctillis significata *apposita* erant sed nondum *scalpta*." Müllerus quoque in ejus notas "ex opere Stuartii mensuras Anglicas transtulit; complectitur autem pes Atticus pollices Angl. 12,137, quod maxime ab Hecatompedo menso colligitur." Ante autem quam ad ipsam inscriptionem pergam Müllerus in hoc mihi notandus venit quod nimis acriter in Chandlerum invectus sit. Chandlerus enim, ut jam ostendi, se hanc inscriptionem explicare nequire ipse professus est. Haud ergo omnino pro ea comitate qua vir tali doctrina præditus esse debet, ita de eo Müllerus. "Omnia hic viri ignorantia, negligentia, et infelici ingenio pessime sunt luxata." Idem quoque postea eodem modo Wilkinsio, quem tamen

[1] Leak. Topog. Att. p. 265. et Wilkins apud Walpol. ubi supra.

multa acute et solerter explicasse fatetur, rem universam haud successisse contendit, "ob imperitiam sermonis Græci, et quod ad mensuras templi non semper respexit." Vellem Müllerus, dum in Britannia versaretur, ipsum Wilkinsium adiisset; quod si fecisset, ea quæ dixerit, immerito esse dicta concessisset, atque idem quantum in eo viro insit doctrinæ, quantum elegantiæ, quantum denique omnium bonarum artium studii atque amoris, facile intellexisset. Nec dubito fore ut hæc nimis acerbe dicta, idoneam opportunitatem nactus, ipse Müllerus corrigat et in melius vertat. Quod autem Müllerus dicit Wilkinsium ad mensuras templi non semper respexisse, in eo adeo errat, ut eas ipsas inscriptionis verborum interpretationes quas Müllerus proferat, sæpe rejecerit Wilkinsius, quod cum mensuris templi haud congruere viderit. Wilkinsius quidem omnes templi partes ipse mensus est, cujus rei forsan Müllerus oblitus est. Præterea Mülleri, quod a Wilkinsio didici, interpretationes sæpius cum Stuartii mensuris haud congruunt. Lapidum, e. g. quos Plinthos appellat[1] vera longitudo multo major est quam referat inscriptio. Notandum est in hoc loco Viscontium, qui primus quo pacto numeri ad latus adscripti explicandi venirent *publice* explicavit[2], Wilkinsii interpretationem

[1] De horum lapidum longitudine tacet omnino Müllerus. Cf. infra p. 182. n. Apud Stuartium longi sunt 5 ped., in inscriptione autem μῆκος τετραποδες (i. e. 4,04). esse dicuntur.

[2] Viscont. Mus. Pio-Clement. Tom. IV. p. 89. In quo loco ita de Chandlero, ea qua semper est humanitate et elegantia. "Non intendo derogare punto al merito delle insigni fatiche del dotto iditore, giacche si protesta egli stesso di proporre questa epigrafa come soggetto di erudita investigazione."

antea quam publici juris facta sit vidisse. Sua ergo laude Wilkinsius haud fraudandus. Nec forsan abs re erit si in hoc loco præclaram Wilkinsii emendationem memorem quippe quæ Vitruvii loco difficillimo lucem offundat. Müllerus[1] de templis hypæthralibus nonnihil dubitare videtur, de quibus ea tantum scimus quæ in sequente Vitruvii loco traduntur[2]. "Hypæthros vero decastylos est in Pronao et Postico: reliqua omnia eadem habet quæ Dipteros, sed interiore parte columnas in altitudine duplices remotas a parietibus ad circuitionem, ut porticus peristyliorum; medium autem sub divo est sine tecto aditusque valvarum ex utraque parte in pronao et postico. Hujus autem exemplar Romæ non est, sed Athenis octastylos in templo Olympii." Ubi manifestum est vocem *octastylos* minime cum præcedenti *Decastylos* congruere. Priori verbo freti quidam Parthenona aliaque templa cui interiores fuere columnæ, hypæthra esse statuere. Sed veram lectionem, me judice, restituit Wilkinsius *in asty Jovis* pro *octastylos in* legendo. Quod si verum sit, hypæthra semper decastyla fuere.

Hæc præfatus jam tandem te ad ipsam inscriptionem L. B. dimitto.

(N. B. *Literæ minusculæ* a, b, &c. *subinde lineis quum ipsius inscriptionis, tum versionis affixæ æneam tabulam respiciunt in qua ichnographia templi a Wilkinsio exhibetur. Literæ autem eædem, ubicunque in Müllleri notis occurrunt, tabulam ex ejus opere descriptam respiciunt. Variæ lectiones quæ textui subjiciuntur e Chandleri apographo describuntur, præter paucas ex apographo Schneideriano quæ litera* S *signantur.)*

[1] Supra p. 156. [2] Lib. iii. c. 2.

Ἐ)πιστάται[1] τοῦ νεοῦ τοῦ ἐν πόλει ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα Βροσυν....ης Κεφισιεύς, Χαριάδης Ἀγρύληθεν[2], Διόδης Κεφισιεὺς, Ἀρχιτέκτων Φι)λοκλῆς Ἀχαρνεὺς, Γραμματεὺς Ἑτέαρχος Κυδαθηναιεὺς ταδ)ε ἀνέγραψαν[3] ἔργα τοῦ νεοῦ ὡς κατέλαβον ἔχοντα κατὰ τὸ ψή φισ)μα τοῦ δημου ὅ Ἐπιγένης εἶπεν ἐξεργασμένα καὶ ἡμίεργα ἐπὶ Διο κ)λέους ἄρχοντος, Κεκροπίδος Πρυτανευούσης πρώτης ἐπὶ τῆς βούλης[4] ἧ Νικοφάνης Μαραθώνιος Πρῶτος ἐγραμμάτευσεν.

τοῦ νεοῦ τάδε κατελάβομεν ἡμίεργα,
ἐπὶ τῇ γωνίᾳ τῇ πρὸς Κεκροπίου
ΙΙΙΙ Πλινθους[5] ἀθέτους μῆκος τετρά
a ποδας, πλάτος δίποδας, πάχος
τριημιποδίους·

L. 2. Ἀγγυλῆθεν. L. 3. σελος pro λοκλης. Ἔπαρχος pro Ἑτέαρχος. L. 4. ὅσα pro ὡς (i. e. ΙΙΟΣΛ pro ΗΟΣ.) ψάφισμα pro ψήφισμα. L. 5. ἐνεργασμένα pro ἐξεργασμένα. L. 6. πολες pro βουλης. L. 9. ἐκλειποντα pro ἐπὶ τῇ γωνίᾳ. L. 9. ἐγλείπονται pro ἐπὶ τῃ γωνιᾳ.

[1] Ἐπιστατάι. "Publicorum operum recensitores (Poll. VII. 33.)" Walpol. Harpocrat. p. 167. ἐλέγετο δ' ἐν τοῖς κοινοις, καὶ ὁ ἐφεστηκὼς πράγματι ὁτω οὖν ὡς Ὑπερίδης τε ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους, καὶ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος φανερὸν ποιοῦσιν. Nec aliter Suidas. ὁ ἐν τοῖς κοινοῖς ἐφεστηκὼς πράγματι ὁτωοῦν. Böckhius (über die Staathaushaltung Tom. I. p. 218.) decem numero, ex singulis tribubus unum, fuisse docet, advocans Æsch. contra Ctesiph. p. 400. 422. 425. Nostrum locum respiciens singulis forsan templis Epistatam fuisse putat, quicum juncti scriba, sacerdotes et Ἱεροποιοὶ collegium effecere. Hi Epistatæ forsan innuuntur supra Inscr. V. De Epistatis Müllerus advocat Schöman. de Comitiis p. 317.

[2] Ἀγρύληθεν. Chandlerus legit Ἀγγυλῆθεν. "Steph. Byzant. et Hesychius Ἀγγέλη et Ἀγελῆ habent, sed codex Mediceus Harpocrationis in v. Τρικεφάλος in fine addit, teste Gronovio. Τοῦτον δὲ φησὶ Φιλόχορος ἐν τρίτῃ Ἐυκλείδην ἀναθεῖναι Ἀγκύλησιν." Schneider. Sed in lapide liquido extat Ἀγρυλῆθεν. Hesychius. Ἀγρύλη δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς καὶ τῆς Ἀττάλιδος. Ubi Meursius (Pop. Att. in voce Ἀγραυλῆ) pro καὶ reponit ἤ, et populum tantum unum nunc Ἀγραυλῆν,

Epistatæ[1] templi in Acropoli in quo *est* vetus simulacrum, Brosyn....s Cephisiensis, Chariades Agrylensis[2], Diodes Cephisiensis, Philocles Acharnensis Architectus, Etearchus Cydatheniensis Scriba sequentia inscripsere[3] opera templi, eo statu quo esse deprehenderunt secundum decretum quod Epigenes retulit, *alia* facta, *alia* semifacta, archonte Diocle, Tribu Cecropide prima (sc. ordine) præsidente Concilio[4] quo Nicophanes Marathonius primæ Prytaniæ scriba fuit.

Hæc templi *opera* deprehendimus semifacta in angulo Cecropium versus.

IV Tegulas[5] (marmoreas) non *suo loco* positas, longas • IV ped., latas II ped., crassas sesquip.

nunc Ἀγρυλῆν appellatum esse statuit. Contra quem disputat Corsinus Fast. Att. I. p. 204. et vulgatam Hesychii lectionem tuetur, duos populos esse docens. Cum Meursio facit Stephanus Byzant. in loco. Harpocration quoque non nisi Ἀγρυλῆν memorat, quam ibi Maussacus et Valesius (in not. ad Maussaci not.) eandem ac Ἀγραυλῆν esse docent. Infra autem, voce Ἄρδηττος, duos pagos (hunc Ἀγρύλην τὴν ὑπενερθεν, illum τὴν καθύπερθεν dictum) esse statuit. Alterum ergo ad tribum Attalida, alterum ad Erechthida referendum putat Corsinus.

[3] *ἀνέγραψαν.* "ἀναγράφειν proprie de iis rebus dicitur quæ solenniter describuntur, et in tabulas referuntur." Sluiter. Lex. Andoc. 201. Ita in Inscr. V. ἀναγραψάντων ἐν στήλῃ. Et ubique in tabb. Heracl. I. (frag. Brit.) l. 8. II. l. 6. ubi Mazochius reddit "In acta referre."

[4] *βουλῆς.* Chandlerus e conjectura dedit πολεως. Sed in veram lectionem dudum inciderat Barthelemius. (Mem. de l'Acad. des Inscript. Tom. XLVIII. p. 348.) Πολεως ex errore sculptoris in Elginiano quodam marmore legitur.

[5] "Πλινθοι tegulæ marmoreæ erant, in quibus fingendis summa adhibebatur cura ut singulæ in singulas ex omni parte quadrarent, ne alicubi quæ cadit vis aquæ permanaret et interiora corrumperet. In compagibus tegularum finitimis in eodem tegularum ordine (sive *choro* cf. Schneid. ad Vit. II. 8. 5.) factum est quod Architecti Angli appellant *saddling*, i. e. ex utroque latere crepidinem supra superficiem marmoris reliquere architecti ita ut si aliqua pluvia sub operculariis illis tegulis (cf. infra not. ad l. 22.) quibus semper tegularum continentium compages finitima tege-

I Μασχαλιαίαν[1] μῆκος τετράποδα,
πλάτος τρίποδα, πάχος τριῶν
ἡμιποδίων 15
Γ Ἐπικρανίτιδας[2] μῆκος τετράπο
b δας, πλάτος τρίποδας, πάχος
τριῶν ἡμιποδίων·

L. 13. Μασχαλίαν pro μασχαλιαιαν.

batur penetraret, in illis marginibus accepta haud longius progrederetur. Ejusdem generis margo in superiori parte singularum tegularum factus est, et inferior pars tegulæ superimpositæ exarata est ubi in infra jacentem incubuerit. Πλινθοι aut majores aut minores erant pro ratione operis. In templis minoribus (quale fuit Erechtheum) duos plerumque pedes lati erant. Tegulæ ad suggrundia positæ quæ in initio recensionis innuuntur e lapidibus oblique sectis supra coronam jacentibus, et latitudine duas tegulas æquantibus fingebantur. Si canalibus in corona opus esset, in his lapidibus obliquis excavati erant; quorum frons in ornamentum, quod Vitruvius *Simam* appellat, formabatur. Sima quidem, etiam si nulli canales essent, fastigiorum coronam semper superabat et ad angulum coronæ conversa per breve aliquod spatium ducta est. Tegulæ communes, vix unquam amplius quatuor unciis crassæ, ex argilla aliquando factæ sunt." Wilkins. "πλίνθους. Hesychius πλίνθος, μέρος τι τῆς κεφαλῆς τοῦ κίονος. Recte! sed de capitulo Dorico dici discimus a Vitruvio 4. 3. 4. *Crassitudo capituli dividatur in partes tres e quibus una plinthus cum cymatio fiat, altera echinus cum annulis, tertia hypotrachelion.* Suprema igitur pars capituli πλίνθος a forma quadrata dicebatur in capitulo columnæ doricæ, in reliquis vero *abacus* vocatur a Vitruvio." Schneider. Denique hæc de πλίνθοις Müllerus. "Neque capitulorum abacum neque tegulas intellige; sunt quadræ lapideæ parietis australis, cujus crassitudo sive singulorum lapidum latitudo est ferme 2 pedum cf. tab. XXIII. 4. a."

[1] "Μασχαλιαία tegula est in imo fastigii angulo. Ita forsan dicta est quia in hoc templo Μασχαλιαιαι super *humeros* (Vitruvii de hoc templo loquentis verbis utor) i. e. versuras ædificii, ad angulos frontis positæ sunt." Wilkins. "Quæ pars capituli, ut suspicor, vocetur ita, silentium scriptorum eorum, qui hodie extant, ut ignoremus, fecit. Quodsi vocabulum cum μασχάλιστῆρι compares in equo currui juncto, ubi Grammatici τὸν διὰ τῶν μασχαλιῶν δεσμὸν τοῦ ὑποζυγίου interpretantur, lorum vel vinculum per (infra) armos vel malas circumdatum, quod item

I. *Tegulam*[1] humeralem longam IV. ped., latam III. ped. crassam sesquip.

V. Simas[2] fastigii longas IV. ped., latas III. ped., [b] crassas sesquip.

μασχαλις dicebatur; si porro comparemus ex mundo muliebri ἀναμασχαλιστῆρα apud Pollucem 5. Sect. 100. et Hesychium, quem conjectura Interpretum fasciam papillas et pectus sub axillis constringentem interpretatur, licebit forsan hypotrachelion capituli Dorici interpretari μασχαλιαίαν." Schneider. Locus Vitruvii a Wilkinsio advocatus est. Lib. IV. c. 8. 4. ubi de generibus ædium loquens, quædam facta esse ait "columnis adjectis dextra ac sinistra ad humeros Pronai. Hoc autem genere primò facta ædes, uti est Castoris in Circo, *Athenis in arce* et in Attica Sunii, Palladis Minervæ; earum non aliæ sed eædem sunt proportiones, cellæ enim longitudines duplices sunt ad latitudines, uti reliqua exisoma, quæ solent esse in frontibus, ad *latera* sunt translata." Ubi ita Schneider. "Sensum horum verborum (humeros pronai) aliter ac Britannus Stuart. interpretatur Genelli I. p. 37. qui formam templi expressit in adjecta Tab. XIV. *Latera* ipse Vitruvius postea nominare videtur. Perraltius humeros, alas et pteromata Vitruvii eandem rem significare censuit. De hoc loco disputat Stieglitz in Archæologia T. II. p. 30." Quæ de *humeris* disputavit Stuartius, minime vera. De Parthenone enim in illo loco Vitruvii agi censet, ubi revera (ut satis Wilkinsius in versione Anglica Vitruvii ostendit) de Erechtheo agitur. Wilkinsius *humeros*, externos angulos frontis cujusvis esse putat. Sed de hoc Vitruvii loco agens nequeo sine laude Wilkinsii præclaram emendationem præterire. Pro *Palladis*, *Poliadis* legit.

[1] "Epicranitides tegulæ erant e quibus efficiebatur *Sima*; sive fastigiorum coronæ summum membrum." Wilkins. "Videntur ad capitulum pertinere. In galea ἐπίκρανον dici τὸ ἐπ' αὐτῇ τῇ κεφαλῇ refert Pollux. I. Sect. 135., γεισσον vero partem supra supercilia projectam. Ἐπίκρηνον Hesychius κεφαλόδεσμον vel capitis religaculum; idem ἐπίκρανα, προσκεφάλαια καλύμματα i. e. tegumenta capitis interpretatur, addens ἐπιστύλια, quo significat, epistylia eodem vocabulo significari. Sed inscriptio epistylia postea commemoravit, et epicranitides videntur ad capitulum columnæ adhuc referendæ esse, atque infra plinthum positæ fuisse. Videtur Euripides in somnio (Iph. Taur. 51.) fingendo et comparatione Orestæ cum columna spectasse capitulum Doricum cum insculpta figura Caryatidis, quæ sustineret epistyliuni, In Eur. Hippol. 202. ἐπίκρανον apparet redimiculum capillorum

(I) Γωνιαίαν μῆκος[1] ἑπτἁποδα,
πλάτος τετράποδα, πάχος
c τριῶν ἡμιποδίων·
[2] ΛΟΛΛΥΓΟΣΝΙΘΟΣΑΘΕΤΟΣΑΝΤΙΜΟ
d ΡΟΣΤΑΙΣΕΓΙΚΡΑΝΙΤΙΣΙΝΜΕΚΟΣ
ΔΕΚΑΓΟΣΗΥΦΣΟΣΤΡΙΟΝ
ΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ

(II) Ἀντιμόρω τοῖς ἐπιστυλίοις

fuisse. Itaque suspicio haud levis est ἐπικρανίτιδα ad capitulum pertinere." Schneider. Eustathius ad Iliad. H. p. 700. 64=582. 44. ἐπίκρανον ὅπερ ἐστὶ κεφαλὴ κίονος. Cf. Porson. ad Hec. 783=788. et apud Gaisf. ad Iph. Taur. 51. Ἐπίκρανον a Polluce (Lib. II. c. 4. 3,) fastigium sive vertex esse dicitur. Müllerus vocem Ἐπικρανίτιδας "Parietis capitella" vertit, hac nota adjecta. "Dixi parietis capitella, quemadmodum de capitello antæ loquimur. Jam agnosce id membrum in ipsa tab. XXIII. 4. c. (Cf. Daltoni Museum No. 28.) Crassitudo eorum est 1. 7. 2. projectura ex utroque parte poll. 5. 15. (Stuart. tab. 8.) igitur latitudo in summa parte 2. 10. 3. Vides omnia axacte quadrare."

[1] Γωνιαία (ἐπικρανίτις) "tegula in vertice fastigii." Wilkins. "Est in summo chorio antæ. Cf. Tab. XXIII. 4. d. 2. b. Latitudinem computo ad 4. 0. 8. Sed notandum hanc non pertingere per totam lapidis longitudinem sed tantum per eam ejus partem quæ est in anta. Ita [illegible]" Müller.

[2] Hunc locum literis majusculis repræsentavi quia de ejus constitutione aliqua incidat dubitatio. Omnia in hac parte Inscriptionis in accusativo casu ponuntur, utpote quæ a verbo κατελάβομεν regantur. Ergo proclive est dictu hic legendum esse γογγύλους κ.τ.λ. Cui sententiæ repugnare videtur vox ΔΕΚΑΠΟΣ. Müllerus quidem audacter rescribit ΔΕΚΑΠΟΔΑΣ, sed satius est nodum explicare. Attamen si veterem lectionem retineamus, et ΔΕΚΑΠΟΣ nominativum esse statuamus, fatendum est sculptorem a norma aberrasse et alia quoque verba in nominativo casu posuisse. Possumus ergo legere

1) Γόγγυλος λίθος ἄθετος ἀντίμορος κ.τ.λ. aut

1) Γογγύλους λίθους ἀθέτους· ἀντίμορος. κ.τ.λ.

Hac ratione numerus I cum ἀντίμορος jungendus est, quamvis alibi nova res a nova linea plerumque exordiri videatur. In Anglica versione hanc rationem amplexus est Wilkinsius. Γογγύλους λίθους aut imbrices esse censet aut rotundos lapides quibus terminantur *opercularia* tegulæ ad

(1) *Simam* angularem, longam VII ped., latam IV ped., crassam sesquip.

Imbrex marmoreus haud *suo loco* positus cum simis [d] fastigii quadrans (*vel* simas fastigii continuans), longus X ped., altus sesquip. (*vel forsan* Imbrices marmoreos &c. cum simis quadrantes, longos &c.)

"Antepagmenta nondum affixa quæ pertinent ad capitella parietis, longa X ped. alta sesquip." Müller.]

II. "*Lapides* Epistylia continuantes *sive* proferentes,

suggrundia. *Opercularia* autem tegulæ supra compages finitimas continentium tegularum (a tecti vertice usque ad suggrundia) ponebantur; ejusdem longitudinis erant ac quadratæ, admodum autem angustæ. Cylindri erant, ait Wilkinsius, semihexagonales; externa autem forma, prisma semi-hexagonale. Imbrex ex argilla factus a Græcis στογγυλοειδῆς vel γογγυλοειδὴς κέραμος dicebatur; si e marmore efficeretur, vocem λίθος pro κέραμος poni solere verisimile est. Vocem ἀντίμορος ita explicat Wilkinsius in notis Anglicis ut *continuatio* quædam aut *congruentia* innuatur. Ἀντίμορον sc. illud dicitur, Wilkinsio auctore, quod eam partem ædificii quacum hæc vox conjungitur producit aut cum ea quadrat. Hæc ille, nescio an recte quamvis voces γόγγυλος et ἀντίμορος ex ejus mente cunctanter reddidi. Quod loci constitutionem attinet, satius videtur aut omnes voces, aut nullam, nominativo casu ponere. Blomfieldius priorem rationem probat. Schneiderus quoque ἀντίμορος cum præcedentibus conjungit; et lapidem illum γόγγυλον Epicranitidibus et Epistyliis oppositum (ἀντίμορον) et infra utraque positum esse censet. Müllerus hæc habet "γογγύλους λίθους. Puto duplex cymatium cum astragalo et ceteris ornamentis, quæ seorsim sculpenda et capitelli parietis projecturæ apponenda erant. *Adhuc autem quæro quod hanc sententiam confirmet.*" Quem sensum voci ἀντίμορος tribuat, nullis exemplis, quantum ego sciam, fretus, e versione patebit. Locus sane peritiorem manum expectat. Ego certe accusativam formam per omnia servare mallem, modo id, salvis Grammatices rationibus, fieri possit. Forsan δεκάπους contracte pro δεκαπόδας scribitur. Πολύπους apud Aristot. Hist. Anim. IV. 8. occurrit, et forma contracta in sing. num. persæpe legitur. Hæc flexio Atticis ab Eustathio ad Od. E. p. 232. et (indicante Blomfieldio) Etymol. Magni auctore p. 20, 23. tribuitur. Cf. Schweigh. ad Athen. VII. p. 310. A. Crassitudinem horum lapidum haud notari Lector animadvertet.

[2] L. 28. Post ἀντιμόρῳ Müllerus γογγύλῳ λίθῳ subaudiri putat et inquit. "Intelligo quadrulam, cy-

μῆκος τετράποδε, πλ(άτος πε)ν
τεπαλαστῶ·
e I Κιόκρανον[1] ἄθετον
f Μέτωπον τὸ ἐσόμεν(ον, 30
πλάτος τριῶν ἡμιπο(διῶν, πάχ)ος
τριῶν ἡμιποδίων·
Γ Ἐπιστύλια[2] ἄθετα μ(ῆκος ὀκ)τό
g ποδα πλάτος δυοῖν (ποδοῖν)
καὶ παλαστῆς, πάχος (δίποδα)· 35
III Ἐπιστύλια[3] ἄνω ὄντα[4] (ἔδει)
h ἐπεργάσασθαι, μῆκος ὀκτόπο
δα, πλάτος δυοῖν ποδοῖν καὶ πα-
λαστῆς, πάχος δίποδα·
τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος
ἐγ κύκλῳ ἄρχει ὁ Ἐλευσινιακὸς[5]

30. Müllerus falso docens lacunam esse in marmore quinque vel sex literarum, injicit ἐπὶ τὸ et postea pro τὸ ἐσόμενον legit τεθησόμενον.

matiumque cum astragalo, quæ e singulo lapide sculpta epistylio et zophoro interponebantur. Vide quæ superius dixi p. 174. Crassitudo non annotata est quia sex pollices non excedit. Tab. XXIII. 4. e. 2. c."

[1] Κιοκρανον. Pollux. VII. 121. explicat κιόκρανα, τὰς κεφαλὰς τῶν κιόνων. Schneiderus monet hoc verbum κιονόκρανον scribi apud Xenoph. Hellen. 4. 4. 5. "Μετώπον pars est frontis super intervallum inter oculos; eodem modo, hoc loco significat id quod supra antepagmentum superius collocatur." Wilkins. "Μέτοπον (ut μετόρχιον) parietem puto in qua sunt fenestræ ὀπαί. Vide tab. XXIII. 2. d. Capitulum designatum altum est I. 9. 6. latum I. 8. 4." Müller. Nescio an κιόκρανον cum verbo μέτωπον hic jungendum.

[2] Ἐπιστύλια. "Lapides columnis impositi, et a centro cujusque ad proximæ centrum porrecti. Etiam in ædibus in quibus columnæ haud peristylon efficiebant, epistylia in lateribus ponebantur." Wilkins. Vocem Græcam servat ubique Vitruvius. Cf. III. 2. V. 1. VI. 4. Ἐπιστύλιον τετράγωνον apud Athen. V. p. 196. b. Ubi Dalecampius. "Ἐπιστύλιον trabem architecti vocant imponi solitam columnis." Nec aliter Stephanus. "Trabs aut lapis qui supra columnas ponitur." Mazoch-

longi IV ped., lati V palmas," *vel,* longos IV ped., latos V palmas.

[c] I Capitulum[1] columnæ *suo loco* haud positum *quod* [f] Metopon (*sive* pars supra supercilium fenestræ) futurum est, latum sesquip., crassum sesquip. (*vel forsan*

I Capitulum columnæ suo loco haud positum.

(1) *Lapis* qui Metopon effecturus est &c.)

V Epistylia[2] haud *suo loco* posita longa VIII ped., [g] lata II ped. et palmam, crassa II ped.

III Epistyliorum[3] suo loco positorum[4] oportebat super- [h] ficiem elaborare, longorum VIII ped., latorum II ped. et palm., crassorum II ped.

Reliquum autem opus universum in ambitu inchoat [i] marmor Eleusinium[5],

ius [ad Tab. Heracl. I. (frag. Brit.) l. 6.] "Epistylia" docet "haud raro id totum significare, quod columnis imponitur, ita ut ejus ambitu vocabuli simul columnarum capitula, simul etiam, trabs, zophorus, corona, tympanum contineantur." "Ἐπιστύλια in num. plur. ut apud Vitruvium. Hæc vero supra columnas ad occidentem poni non poterant, quia longitudo eorum non quadrat ad mensuram ab axi alterius columnæ ad alteram computandam. Posui igitur supra parietem australem Tab. XXIII. 4. f. 2. g. Latitudo horum epist. est ferme p. 2. 3. (Cf. Stuart. tab. 13.) crassitudo sine antepagmento 1. 9. 7." Müller.

[3] "Epistylia hic innuuntur supra parietem suo loco posita, initio ab angulo facto. Cum quinque sint, et singula octo pedes longa, omnium longitudo frontis ædis longitudinem superat. Postea autem memoratur aliud ejusdem magnitudinis in parieti australi positum; unde hanc quoque ex eodem lapidum ordine in ædis latere esse verisimile videtur." Wilkins.

[4] ἄνω ὄντα. "Cf. tab. XXIII. 4. ff. Pertingunt hæc octo epistylia usque ad antam prostyli, quæ est longitudo p. 65, 4." Müller.

[5] "Fastigii quod adhuc extat, Zophori" (vel Diazosmatis, cf. Athen. V. p. 205. C.) "et forsan tympani externa facies e duro quodam marmoris genere (quale prope Eleusinem invenitur) facta est. Plena est subscudibus ferreis, quibus ad sigilla, variasque scalpturas infigendas usi sunt veteres. 'Mihi quidem ait Facius (ad Pausan. V.

i λίθος πρὸς ᾧ τὰ ζῷα, καὶ ἐτέθη
ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων
k τῶν κίονων τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου
τοῦ πρὸς τοῦ Πανδροσείου
IV Κειμένων κιόνων[1]
ἄτμητα ἐκ τοῦ ἐντὸς ἀνθε
μίου[2] ἑκάστου τοῦ κιόνος[3] τρία
ἡμιπόδια·
Ἐπιστυλίου ὀκτόποδος
ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς Νότου

L. 42. ζωλα, et postea ἐργος pro ἐτεθη. "Pro ζωλα forsan ζώδια. Sequens ἐργος conjicere non possum." Schneider. 50. ποδας S.

11.) ζῷα et ζώδια minutiora varii generis simulacra denotare videntur.'" Wilkins. Idem in literis MSS. verbo ἄρχω significari putat nullam partem operis supra marmor Eleusinium epistyliis columnarum frontis occidentalis insistens, eo tempore quo hæc recensio facta est, perfectam esse. In opus ergo perfectum dominari (ἄρχειν) marmor Eleusinium tum videbatur. Müllerus autem verba ἐτέθη κ. τ. λ. hac ratione haud omnino vere dici putat. "Toti Pandrosei parieti," ait, "superponi non potuerat Zophorus cum uni e quatuor columnis etiam capitulum defuerit. Cf. tab. XXIII. 4. g. 2. e." Sed hæc quamvis acuta haud vera sunt. In hac enim fronte ædis (ut e tabula patebit) epistylia et Zophorus poni potuere, etiamsi omnia capitula defuissent. Schweighæuserus ad Athen. V. p. 196. et 199. ζῷα promiscue dici hominum Deorum et animalium imagines, adeoque generatim *simulacra, signa, statuas* esse docet. Cf. quoque Herod. II. 4. *Sigilla* vocat Vitruvius (III. 5. 10.) ἀκρωτήρια, ut videtur, Græci. Cf. Hesychium in voce et Callixenum Athenæi V. p. 199. a Schneidero advocatum ad Vitruv. III. 5. 12. ubi Romanos signa fictilia in fastigiis ædium posita *antefixa* vocasse docet e Festo et Liv. XXXIV. 4. et XXVI. 23. Alii tamen ἀκρωτήρια stylobatas esse existimant. Cf. Perrault. ad Vitruv. p. 102. Elmsleius hunc locum aliter vertit, ἐπιστατὰς hic "operum recensitores" esse putans. *Et suo loco ponebatur (marmor Eleus.) sub his Epistatis.* Quæ ratio mihi certe magis arridet. Nescio autem quid sibi vellent verba τῶν κιόνων κ. τ. λ. si sententiam hoc modo constitueremus. Nec, si Wilkinsio assentiamur, video quare vox ista importuna et supervacanea τούτων hoc in loco inducatur. Præterea, haud minima difficultas est in

("præcipuus est Zophorus totum ambiens e saxo Eleus." M.) cui infiguntur imagunculæ; "et jam ponitur (sc. [k] marmor Eleus.) supra epistylia illarum columnarum quæ *insistunt* parieti Cecropium versus." Wilkins.

IV Columnarum e pariete [1] extantium ("nondum collocatarum" M.) haud secti sunt, *mensura exorsa* a Voluta [2] *quæ* intus *est*, singularum tres pedes dimidiati.

Epistylii, longi VIII ped. super parietem Notum versus,

voce ἐπιστατῶν, quam pro ἐπιστυλίων positam putat Wilkinsius advocans inscriptionem apud Chandlerum (Proleg. p. XVIII.) ubi ὑποστατὸν pro basi ponitur, unde ἐπιστατὸν contrario sensu sumi posse censet, nullum autem exemplum profert. Cum autem hodie in Zophoro extet marmor Eleusinium, (quod quoque docet Leakius Topogr. Athen. p. 264.) alium quendam sensum huic voci tribui nequire idem vir cel. statuit. Nec aliter Müllerus. Conjecturis nullus locus est; aliter cum Elmsleïo primam sententiæ partem constituerem, et postea ἐπι injiciendum ante τῶν κιόνων putarem. Haud raro enim vocem quæ pluries in eadem sententia occurrit, sculptor omittit. Notandum videtur genera esse structuræ tum apud Græcos tum apud Romanos quæ frontes tantum politas habuere. Cf. Vitruv. II. 8.

[1] Marmora e quibus harum IV. columnarum capitula finguntur, parietis, in quo imposita videntur, partem efficiunt. Mirus autem mihi videtur hic usus verbi κεῖμαι. P. S. Wilkinsius quoque, in literis MSS hodie (Kal. Aug.) acceptis, se sententiam mutasse me monet. Punctum post Πανδροσείου deleri, et post κειμένων poni jubet, ita ut ea vox cum præcedentibus jungatur, et sensu *insistendi* accipiatur. Columnæ sc. parieti insistunt eodem modo quo Caryatides pluteo. Mox voces *e pariete extantium* deleri jubet. Sed novam rem a nova linea exordiri credo, ubicunque numeri ad initium lineæ occurrunt. Linea 67. diversæ est farinæ. Nil ergo mutavi.

[2] Ἀνθέμιον. Hesychius. γραμμή τις ἑλικοειδὴς ἐν τοῖς κίοσι. Helicas vocat Vitruvius IV. 1. 12. ubi Jocundus hoc nomen volutis tributum docet a capreolis vitium quas Græci ἕλικας vocant. Aliter Müllerus "Ἀνθέμιον, encarpus. Ejus scalptura plane refert γραμμήν τινα ἑλικοειδῆ. De voluta noli cogitare; quæ enim inter quaternas volutas est ἡ ἐντός? Id monstravi in Tab. XXIII. 1. a. columnas autem quas in prostylo esse arbitror ibid. b." Wilkinsio in literis MSS. "Εκ τ' ε' α' Forsan. (*Mensura exorsa*) *ab interiori parte Volutæ.*"

[3] τοῦ κίονος. Nunc masculinum nunc fœmininum genus huic verbo tribuitur. Cf. Pausan. V. 20.

κυμάτιον[1] ἐς τὸ ἔσω ἔδει
ἐπιθεῖναι·
Τάδε ἀκατάξεστα[2] καὶ
ἀραβδωτὰ[3]. 55
l τὸν τοῖχον[4] τὸν πρὸς νότου
ἀνέμου ἀκατάξεστον
m πλὴν τοῦ ἐν τῇ προστάσει[5]
τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ·
n τοὺς ὀρθοστάτας[6] ἀκατα 60
ξέστους ἐκ τοῦ ἔξωθεν ἐγκύκλῳ,
o πλὴν τῶν ἐν τῇ προστάσει
τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ·
p τὰς σπείρας[7] ἁπάσας

53. ἐας pro ἐδε. 55. ἀραρδοτα.

[1] Κυμάτιον. "In capitulo Dorico supra posui ex Vitruvio; sed sæpius et frequentius in epistylio cymatium dicitur et memoratur." Schneider. "Suprema pars epistylii i. e. capitelli sive capituli Plinio, κυμάτιον a Vitruvio nuncupatur." Stephanus in voce; sed idem in voce Ἐπιστύλιον, nullum exemplum ejus verbi pro *capitello* positi afferri posse notat. Cf. Turneb. Advers. p. 1002. et, Intpp. ad Poll. VII. 122. Müllerus ad verba κυμάτιον ἐς τὸ ἔσω hæc habet. "Echinus insuper epistylium intra ipsam cellam positus. Cf. Stuart. Tab. XIII. Quia astragalus et quadra abest, simpliciter κυμάτιον appellatur, non γογγύλος λίθος."

[2] "Bene distinguas ξέσαι sive ἐπεργάσασθαι a ταμεῖν sive ἐργάσασθαι. Cymatium τέμνεται si forma ejus cæditur et simatur, ξεῖται, si κάλυχαι scalpantur." Müllerus.

[3] ἀραβδωτά. Legerat Chandlerus ἀράρδοτα, sed veram esse Wilkinsii lectionem testatur vir clarissimus R. P. Knight Proleg. ad Hom ξ. CXLVI. Schneiderus haud "conjectura assequi potuit unde derivandum ἀράρδοτος putaret." Ραβδώσεις τοῦ κίονος legitur apud Aristot. Eth. X. 3. quam rem Diodorus XIII. 67. (indicante Walpolio) διαξύσματα vocat, *strigiles* Vitruvius. Cf. Casaub. ad Athen. V. p. 219.

[4] τὸν τοῖχον. "Tab. XXIII. 4. h. Igitur lapides jam positi lævigari solebant." Müller.

[5] Προστάσις. Vocem haud agnoscunt Lexica. Sed vere Schneiderus eandem esse ac προστάς ad hunc

Cymatium[1] interius imponere oportebat.

Hæc vero non polita[2] nec striata[3] *accepimus*.

[l]Parietem[4] Notum ventum versus haud politum præter [m] eam partem quæ est in porticu[5] Cecropium versus.

[n] Antas[6] ("Parastatas" M.) non politas ab exteriori [o] parte in ambitu præter eas quæ in porticu sunt Cecropium versus.

[p] Spiras[7] omnes

locum docet. Προστὰς autem ab Hesychio πρόστωον esse dicitur. Jam antea dixerat. Προδομος. προστὰς, πρόστωον. E Schweighæusero ad Callixenum Athenæi V. p. 205. et Schneidero ad Vitruv. VI. 7. 1. satis patet προστάδα sive προστάσιν aliquod genus vestibuli esse, columnis in tribus lateribus circumdatum (περίπτερον) in quarto vero apertum et patens. Cf. Heyn. ad Iliad. Tom. V. p. 634. Nescio an aliquid inter se differant duæ phrases πρὸς τοῦ Κεκροπίου et πρὸς τῷ Κεκροπίῳ. "τοῦ ἐν τῇ πρ. Cf. Tab. XXIII. 4. c." Müller.

[6] ὀρθοστάτας. Hæc vox apud Vitruvium legitur II. 8. sed de alia re agitur. Loquitur enim Vitruvius de genere quodam structuræ quod duas frontes e marmore habet, medium autem fractis separatim cum materia cementis fartum. Has duas frontes, Schneidero judice, Vitruvius ὀρθοστάτας appellat. E quo loco Vitruvii vox falso aliquando vertitur *tigna arrectaria*. Legitur in Eurip. Ion. 1134. Hel. 554. Herc. Fur. 980; ubi *columnas* vertunt, quos locos Stephanus prætervidisse videtur. Vocem quoque occurrere video apud Athen. Mechanicum (apud Rigalt. ad Onosandr. Strateg. p. 46. sqq.) ἐγίνοντο δὲ αὐτῇ τῇ χελώνῃ ὀρθοστάται κύκλῳ περίδρομον ἐχούσῃ; quo autem sensu, nescio. Antæ a Festo *latera ostiorum* esse dicuntur. Sed Nonius *quadras columnas* interpretatur, et Schneiderus (ad Vitruv. III. 2, 3.) in angulis parietum esse positas dicit. Cf. Stieglitz. in Archæol. I. p. 235. Sunt autem revera quadræ columnæ quæ in eodem ædificio ac rotundæ usurpantur, et quibus haud idem capitulum imponitur. "Al. Hirt auctore ab antis distinxi quamvis contradicente Stieglitz. (Archæologische Unterhaltungen I. p. 46.) Sed certe *hi* orthostatæ magnopere diversi sunt a Vitruvianis. Cf. eos Tab. XXIII. 1. c. 2. g. 4. k. τῶν ἐν τῇ προστάσει 1. d. 2 h." Müller.

[7] Σπείρας. "Torus superior basium eodem modo striatus fuit ac ipsa columna, ut hodie quis videre potest." Wilkins. Et ita Müllerus. Basilius Patricius in Naumachicis p. 139. σπεῖρα δὲ παρὰ μὲν ἀρχιτέκτοσι τῶν τοίχων οἱ πρὸς τῇ βάσει λίθοι. Festus. "Spira dicitur et basis columnæ unius tori aut duorum." "Parietum Spiras dicere videtur, ut

ἀῤῥαβδωτοὺς τὰ ἄνωθεν· 65
τοὺς κίονας ἀραβδωτοὺς ἅπαντας
q πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου[1]· τὴν κρηπῖδα[2] ἐγ
κύκλῳ ἅπασαν ἀκατάξεστον.
τοῦ τοίχου τοῦ ἐκτὸς ἀκατάξεστα·
r τοῦ γαυλοῦ[3] λίθου τετραποδίας ΠΙΙΙ 70
τοῦ ἐν τῷ προστομιαι[4] . .
τετραποδίας . Δ . . . .
τῆς παραστάδος[5] . . . .

65. 70. C. ἄραρδοτος ubique αἰραεδοτος S. Ζογγυλυλιος c. Linea sc. horizontalis sub prima litera linearum aliquarum ducta est adeo ut T, Π esse videatur. 71 προστο c. προστονιν S. 72 omisit C. ΔV. S. "Vereor ne falsus sit Wilkins scribens τετραπ. Δ. Chandler. literas evanidas præbet ΔN....Cf. Tab. i. f." Muller.

Vitruvius columnarum, et Stereobatarum Spiras nominat.". Schneid. Cf. Plin. XXXVI. s. 4. No. 14. A Polluce VII. 121. Spira basis columnæ Ionicæ esse dicitur. "Cf. Tab. XXIII. 1. e. 2. i. 3. b. 4. l." Müller.

[1] "πλὴν τῶν κ. τ. λ. Cf. Tab. XXIII. 2. y." Müller.

[2] κρηπῖδα. "Columnæ frontis occidentalis, et Statuæ porticum australem sustinentes podio sive parieti parvo insistunt; hujus parietis plinthus κρηπὶς vocatur." Wilkins. "Parietum κρηπίδα crepidinem dicit Hesychius περὶ τὴν ἀρχιτεκτονίαν τῆς κτίσεως ἐφ' οὗ οἱ στυλοβάται. Muri κρηπῖδα nominavit Xenophon. Anab. 3, 4, 7 et 10." Schneider. "Cf. Tab. XXIII. 2. j. 4. x." Müller.

[3] γαυλὸς λίθος. "Lapis forsan erat cisternam efficiens in quam influxit aqua e fonte salso in Pandroseo; vel lapis canalitius hanc aquam a templo abducens. Hæc sententia magis mihi placet, quod una cum partibus haud politis parietis exterioris recenseatur hic lapis. Hujusmodi lapis est in pariete lateris templi Dianæ Propylææ hodie Eleusine extantis." Wilkins. De fonte aquæ salsæ cf. Whelerum (Journey into Greece p. 364. Lond. 1682.) Guilletiere (Voyage d' Athenes, p. 298. Paris 1675.) Clark. Tom. VI. p. 248. (8vo. ed.) Müllerus legit γογγύλου λίθου; dicens phrasin γαυλὸς λίθος haud Græcam esse (quod dubito an vere) et hæc subjiciens. "Γογγ. λ. Cf. Tab. XXIII. 4. y. antepagmenta volo epicranitidum ad quas omnia quæ sequuntur, spectant."

[4] προστόμιον. "Apertura inter antepagmenta. Fenestræ sc. *oculi*, et eodem modo janua *os* ædificii vocatur. Nec aliter Vitruvius viam a janua ad atrium ducentem *fauces*

haud striatas in superiori parte. (i. e. Torum superiorem spirarum omnium haud politum).

Columnas omnes haud striatas præter eas[1] quæ parieti insistunt. Crepidinem ("Stylobatam" M.) totam in ambitu haud politam.

Has partes parietis externi haud politas.

[r] Lapidis canalitii[2] partes quadrupedales VIII ejus *sc. qui est* in Pronao.

Partes quadrupedales .... ejus *qui* juxta postes[3] est.

appellat. VI. 4." Wilkins. Στόμιον a Stephano cujusvis rei introitus esse dicitur. Sed notandum est in lapide haud extare προστομιοι sed προστομαι. Ergo aut erravit sculptor, aut de alio quodam verbo cogitandum est. Nescio, an προστομίαιον bonæ notæ sit. Müllerus legit πρὸς Νότον τοίχῳ.

[2] παραστάδος. Wilkinsius in versione Anglica reddit, *Pilaster*; supra autem, *Postis*. Apud Latinos Parastas lapides vel postes significat utrumque latus ostii munientes (Anglice, *door-jambs*). Cf. Vitruv. X. 10. Parastata autem (sive parastatica Vitruv. X. 10. Plin. XXX. 11, 15.) columella est secundum parietem posita (Anglice, *a pilaster*.) Multa de vi verbi παραστὰς apud Græcos Schneiderus (ad Vitruv. VI. 7. 1.). Παραστάδες (plural.) ad portam vel ostium pertinent et a poëtis pro ipsa janua dicuntur. Eur. Phœn. 426. Androm. 1118. Pollux postes ipsos hoc vocabulo aliquando significari notavit I. 76. σταθμοὶ δὲ τὰ ἑκατέρωθεν ξύλα κατὰ πλευρὰν τῶν θυρῶν ἃ καὶ παραστάδας φασίν. Cratinus Comicus apud Poll. X. 25. πρόθυρα et παραστάδας jungit. Sed aliam quoque vim hæc vox habet. Hesychius. παραστάδες, οἱ πρὸς τοῖς τοίχοις τετραμμένοι κίονες, quo sensu adhibetur apud Callixenum Athenæi V. p. 197. Cf. Heron. Autom. p. 269. et p. 158. citatum ab Hemsterh. ad Poll. X. 25. Singularis vero numerus diversitatem significat et spatium amplius complexus videtur seu porticus seu schola (cf. Plin. XXXV. 10.) aliove nomine appellandus. Ex Euripidis loco in Andromache suspicari licet παραστάδα porticus fuisse parietem in quo arma suspensa fuere. In nostro loco *porticum* esse putat Schneiderus, et appellat inscriptionem apud Chandler. p. 23. (I. Inscr. LIX.) hoc modo conceptam;

ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα ἐν τῇ παραστάδι τῇ πρὸ τοῦ ἀρχείου

ubi Chandlerus vertit, *in poste quæ ante curiam est*; Schneiderus autem *porticum* significari arbitratur. Sed Chandlerus marmor in quo hæc incisa sunt, *partem esse postis* ante curiam diserte testatur. Quocirca

τετραποδίας ....
του πρὸς του γάλματος
τετραποδίας ....
ἐν τῇ προστάσει[1] τῇ πρὸς
τοῦ θυρώματος[2].
τὸν βωμὸν τοῦ (θυ)ηχοῦ[3]
ἄθετον
τῆς ἐποροφίας[4] σφηκ(ίσ)κους[5]

75. τὸ ἀλδοματος. 79. τομ βομο C. et postea sed cunctanter το Θεο. 81. τες επ.

nescio an recte Schneiderus de diversitate vocum παραστὰς et παραστάδες. Sed ita de hac diversitate Schweighæuserus ad Athen. V. p. 196. "Potest quidem vocabulum παραστὰς in sing. num. *nonnunquam* (ubi, ut Vitruvius VI. 10. docet, idem valet ac προστὰς; quod deinde p. 205. A et 206. A occurrit) recte *vestibulum* intelligi. Sed παραστάδες in plur. paulo aliter interpretandæ sunt. Sunt nempe vel τῶν θυρῶν παραστάδες qui alias σταθμοὶ *januarum postes* vel *antæ* ut docet Pollux I. 76. vel magis generatim, utinterpretatur Hesychius, οἱ πρὸς τοῖς τοίχοις τετραμμένοι (nisi in hoc verbo mendum inest) κίονες, i. e. si recte accipio, *columnæ* vel *columellæ quæ secundum murum (extrinsecus) decurrunt*. Itaque possunt quidem esse in vestibulo, sed et circa totam domum. Cf. Hemsterh. ad Poll. X. 25. not. 41. et Valck. ad Phœn. 418. Et videntur in hoc loco (Callixeni) intelligi *postes* sive *columellæ* vel *antæ* quibus sustinebatur syrinx illa quam toti tabernaculo a tribus lateribus extrinsecus circumductum paullo ante dixerat auctor." Supra dixi Parastadem apud Latinos significare lapides vel postes utrumque ostii latus munientes, quod (cum de hac re sæpe dicendum sit) me voce *antepagmenta* significare (Wilkinsio sc. obsequentem) Lectores velim intelligant. Magna autem lis est an hæc vocis *antepagmentum* vera sit significatio. Festus contra docet *antepagmenta valvarum ornamenta esse quæ antis appanguntur i. e. affiguntur*. Philander autem eodem sensu quo ego hac voce utitur, et præterea monet eandem rem vocibus *antæ* et παραστάδες significari. Contra Salmasius exercit. p. 856. antas fuisse lapideas statuit, antepagmenta autem e ligno facta operuisse et ornavisse antas. Perraltus Gallus in Vitruvio vertit *Chambranles* quo verbo intelligunt Galli quicquid aut latera, aut summam, aut imam partem januæ, fenestræ, foci ornet. Schneiderus ad Vitruv. IV. 6. 1. (e cujus nota hæc de antepagmentis desump-

Partes quadrupedales.... ejus qui juxta simulacrum *est*.

Partes quadrupedales.... in Porticu[1] thyroma[2] versus.

Aram Thyeci[3] non *suo loco* positam.

Solarii[4] (Anglice, *flat-roof*) securiculas[5]

si) ex inscriptione antepagmenta non latera olim ostii sed etiam limen superius vestiisse docet. Cf. eundem ad Xenoph. Mem. Epimetr. p. 286. "Παραστάς est paries ostio utrinque adjunctus versus orientem puto, cujus longitudinem computo ad p. 30. 0. 7." Müller.

[1] *ἐν τῇ προστάσει.* "Cf. Tab. XXIII. 4. c. Puto antepagmenta epicranitidis esse dextra lævaque ostii. Quæ cum longitudine sit p. 20. 7. vides me recte supplesse *πέντε*." Müller.

[2] *θύρωμα.* Hac voce significari Pandrosei januam illam superbam quæ hodie extat docet Leakius (Topog. Att. p. 264.) unde *τὴν πρόστασιν τὴν πρὸς τοῦ θυρώματος* Erechthei · Septentrionalem porticum esse putat, quæ etiam *ἡ στόα*, cum cæteris porticibus amplior esset, dicebatur.

[3] *θυηχοῦ.* Cum, ut vere Wilkinsius, ad finem inscriptionis occurrant verba *τῷ βωμῷ τῷ τοῦ θυηχοῦ*, haud dubium quin duæ literæ hoc in loco deficientes ΘΥ essent. Hesychius. *Θυηκόοι. ἱερεῖς.* ubi Albertius citat Photium. *Θυηχόοι. οἱ ἱερεῖς οἱ ὑπὲρ τῶν ἄλλων θύοντες τοῖς Θεοῖς.* Nonnulli MSS. in illo loco habent *θυηκόοι* ut apud Hesychium.

[4] *ἐπορορφία* tecti est externa superficies. *Solarium* vertit Wilkinsius sed in nota ad Anglicam versionem, levissimam in *ἐπορορφίᾳ* inclinationem esse notat ita ut pluvia in canales defluere possit. "Hujus porticus tectum e quatuor marmoribus efficitur, ab australi templi pariete usque ad epistylia simulacris insistentia porrectis. Horum ima facies lacunar in arcas alte incisas divisum efficit, et in fronte superioris lateris corona porticus elaboratur." Wilkins.

[5] *Σφηκίσκοι.* "Impages sunt e metallo factæ, duobus cuneolis ad alterum finem junctis similes. *γόμφοι* eandem rem significant. Securiculas appellat Vitruvius (IV. 7.)" Wilkins. In eo loco Schneiderus dedit *securiolis*, ne indicata quidem lectionis varietate. "Σφήκισκος. Cuneolus. Lignum ex quadrato eoque crasso et lato desinens, itidem in quadratum sed tenue et angustum." Steph. Cf. Aristoph. Plut. 301. ubi Brunckius advocat Eustathium p. 897. l. 57. *ἀπὸ τῶν σφηκῶν—σφηκίσκοι—ξύλα μικρὰ εἰς ὀξὺ συνηγμένα.* "Σφηκίσκους. Denticulos igitur cum tænia unde pendent seorsim saxo excisos affixosque deinde esse verisimile. Cf. tab. XXIII. 1. 9. 2. k. 4. n." Müller.

καὶ ἰμάντας[1] ἀθέτους·
ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ
Κεκροπίῳ ἔδει
τοὺς λίθους τοὺς ὀροφιαίους[2] τοὺς
t ἐπὶ τῶν κόρων ἐπεργάσα
III σθαι ἄνωθεν μῆκος τριῶν
καὶ δέκα ποδῶν, πλάτος πέντε
ποδῶν·
τὰς κάλχας[3] τὰς ἐπὶ τοῖς ἐπι
v στυλίοις ἐξεργάσασθαι
ἔδει.[4]
Λίθινα παντελῶς ἐξειργασμενα
ἁ χαμαί·

L. 82. N pro H. 84. κλει pro ἐδει. 85. ὀρθοαιους. 92, 93. τα δε λοιπα C. "In marmore inest ἐδελ ποινα παντελο εξεργασμενα sine vestigio lacunæ." S. falso.

[1] ἰμάντας. "Forte pertinet huc locus Hieronymi ad Habacuc. I. c. 2. p. 1609. Tom. III. ed. Mart. *Quod enim lingua Hebraica dicitur chaphis, lignum significat, quod ad continendos parietes in medio, structuræ ponitur, et vulgo apud Græcos appellatur* ἰμάντωσις. Hesychius etiam τὰ κύκλῳ τῶν τροχῶν σιδήρια, *canthos ferreos*, quibus rotæ vinciuntur, interpretatur. Hoc in loco dubium est qua de parte muri aut januæ dicatur." Schneider. Ligna quæ Hieronymus innuit anglice *tyes* (sc. ἰμάντες) appellantur; hic autem aliud agitur.

[2] "Simæ longitudo in lateribus porticus, minoris est p. 12. 7. in anteriore parte p. 23, 4, 6. Constat autem omnis ἐπιροφία e quatuor saxis marmoreis, quæ porticum transversam tegunt, quinque sexve pedes latis. Quapropter suspicor pro III. scriptum fuisse IIII. Cf. Tab. XXIII. 1 n. 21. 5. 0." Muller.

[3] "καλχη quæ hic de ornamento dicitur supra epistylia porticus stylagalmaticæ posito, conchylium e quo purpura Tyria facta est significavit. Scholiastes enim ad Hesych." (debuit autem vir cl. "Scholiastes ad Soph. Antig. v. 23. citatus ab intpp. Hesychii)" ita loquitur. κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας. Hesychius μέρος κεφαλῆς κίονος interpretatur, eam sc. partem ut videtur, quæ hodie *ovalo* vocatur. Hoc ornamentum a Vitruvio *Echinus* dicitur,

et canthos[1] ferreos haud suo loco positos.

[s] Super porticum Cecropium versus oportet III lacu-
[t] naria[2] ea sc. quæ simulacris insistunt, elaborare in superiore parte, longa XIII ped., et lata V ped.

[v] Flores[3] qui epistyliis inscalpuntur elaborare oportebat[4].

Marmorea *opera* omnino perfecta humi *jacentia*.

forsan quod piscis ita vocati typus esset. Sed notandum quoque coronæ et aliarum partium ornamenta rubro sæpe colore pingi, quod factum notavi in Propylæis Atheniensibus et in corona templi Nemeseos Rhamnusiæ. Marmor ita tinctum adeo durum est ut à tempore haud corruptum supra alias partes eminere etiam hodie videatur. De ornamentis hoc colore tinctis hoc in loco agi putarem, nisi semper alibi verbum ἐξεργαζομαι de marmoris elaboratione diceretur." Hæc Wilkinsius apud Walpolium, sed hodie me literis MSS. monet κάλχην aliud omnino significare videri; "κάλχη enim," ait, (Stephani verbis usus) "flos est vel animal quo purpura tingitur. Jam in Epistyliis hujus porticus circuli sunt projecti, quos Architectum sculpere, et Rosettas, quod aiunt, facere velle pro comperto habeo, quia in antepagmentis et superciliis ostii hanc rem factam esse vel hodie videmus." Hæc ille. Hesychius profecto inter alia, κάλχην, βοτάνιον ἀνθοφόρον esse dicit, et Casaubonus ad Nicandri locum apud Athenæum XV. p. 684. parvulam quandam herbam esse docet, cujus florem in serta et coronamenta legebant. Idem ad Athen. XV. 682. A. χάλκην scribentes reprehendit, ubi Schweighæuserus e Dioscoride (Lib. IV. c. 56. ed. Colon. 1529.) κάλχην Chrysanthemum esse colligit. Schneiderus (ad Vitruv. IV. 1. 11.) volutas aut helices Atticos artifices dixisse κάλχας docet eodem vocabulo, quo genus purpurarum vel muricum designarunt, et ad nostrum locum miratur volutam in Epistyliis Doricis collocari. Nostrum sc. templum Dorici ordinis esse putat vir cel. nescio quo pacto falsus! Volutam quoque interpretatur Fiorillo (Kleine Schriften T. I. p. 142.) cf. Schneid. ad Oppian. Halieut. p. 387. Nescio an κάλχη flos sit quem in multis gemmis Atticis videmus et e quo derivatam putat Clarkius Ionicam volutam (Itin. Tom. VI. Præf.) De hoc verbo Mullerus. "Jam igitur nomen conchularum adaptandum est de scalptura, quam Itali *il ovalo*, nostri inficete ova et ligulas serpentium" (Anglice, *eggs and dart*) "appellant. Hujus autem duo et diversa in æde hac occurrunt genera. Cf. has Tab. XXIII. 1. i. 2. m. 4. p."

[4] Wilkinsius literas quasdam post ἔδει in marmore olim extitisse putat, de qua re ego dubito. Alibi in hac inscriptione nihil post ἔδει ponitur; nec mihi aliquid deesse videtur.

πλίνθοι τετράποδες μῆκος,
πλάτος δίποδες, πάχος
τριῶν ἡμιποδίων ἄρυθμο(ι)[1].
1 Μασχαλιαία μῆκος τετρά
πους, πλάτος τρίπους, πάχος
τριῶν ἡμιποδίων·
τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργα
σται ὁ ἁρμὸς[2] ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὄπισθεν ἁρμοὶ·
μῆκος[3] ἑκποδες πλάτος δίπο
ΔII δες, πάχος ποδιαῖοι·
τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργα
σται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὄπισθεν ἁρμοὶ·
Π τετράποδες[4] μῆκος, πλάτος δίπο
δες πάχος ποδιαῖοι·
τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργα
σται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὄπισθεν ἁρμοὶ·
I πεντέπους μῆκος, πλάτος δίπους,
πάχος ποδιαῖος·
τούτου ἀργὸς ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτε
ρος καὶ οἱ ὄπισθεν ἁρμοὶ.
ΠII Γεῖσα[5] μῆκος τετράποδα, πλάτος

L. 97. ἀριθμο C.

[1] Olim Wilkinsius legerat pro ΑΡΥΘΜΟ, ΑΠΟΜΑ, sed ΑΡΥΘΜΟ liquido in marmore extat, ut ipse Wilkinsius hodie fatetur. ΑΠΟΜΑ partem esse vocis ἀπωμαται putavit, qua deesse tegulas operculariás significaretur. Müllerum fefellit falsa Wilkinsii lectio. Ita enim scribit. "'Απ' ὦμον. Quodsi recte vidit Wilkins, de humero prostyli et de eo quidem intelligas, qui septentriones spectat. Cf. tab. XXIII. 2. d. Duo intra porticum sunt. De humero cf. Vitruv.

XI Tegulæ longæ IV ped., latæ II ped., crassæ sesquiped. juxta exemplar non perfectæ[1].

I Tegula humeralis longa IV ped., lata III ped., crassa sesquip.

Harum cujusque haud perfecta est altera compages[2] nec compages a tergo.

XII Longæ[3] VI ped., latæ II ped., crassæ I ped.

Harum cujusque haud perfecta est altera compages nec compages a tergo.

V Longæ IV[4] ped., latæ II ped., crassæ I ped.

Harum cujusque haud perfecta est altera compages nec compages a tergo.

I Longa V ped., lata II ped., crassæ I ped.

Hujus &c.

VII Coronæ[5] sive suggrundæ longæ IV ped., latæ

IV. 8. 4. 'Columnis adjectis dextra ac sinistra ad humeros pronai facta est ædes Athenis in ARCE.' Ita enim scribendum esse cum Codd. MSS. jam puto concedet J. G. Schneider, cui *in asty* placuerat." Magna inconstantia in geminanda litera ρ fuisse videtur, supra enim habemus ἀράβδωτος et ἀρράβδωτος, et hoc in loco ἄρυθμος cum vulgo ἄρρυθμος scribatur.

[2] "ὁ ἁρμός. Aut lapides singulari modo ligno vel ferro inter se committuntur et vinciuntur, aut innuitur tantum expressio eminens ad graphicoteram delectationem. Vide Genellii litt. ad Vitruv. exegetic. p. 16." Müller.

[3] "ΔII μῆκος. Tab. XXIII. 3. f. Hæc complent totum fere chorium, quod pertingit ab anta et exactissime computatum efficit p. 75. 4. Cf. tab. XXIII. 4. g." Müller. De hoc loco ita Elmsleius ad Eur. Med. 1150. "Adjectivum ἔκπους Atticis literis scriptum extat in inscriptione veteri apud Chandlerum I. 104. Μῆκος ἐκποδες κ. τ. λ. et postea μῆκος ἔκποδε et μῆκος ἐκ πόδων. Unde constat, Atticos non solum ἔκποδες dixisse verum etiam divisim ἔκ πόδες quamvis reperiatur etiam ἐξ πόδες."

[4] "Π τετραπ. Fortasse in pariete post porticum australem. Cf. tab. XXIII. 4. r." Müller.

[5] Γεῖσα hic manifeste pro lapidibus coronam efficientibus ponitur, in qua semper ornamenta efficiuntur. Inferiora ornamenta cymatium et astragalus erant.

w τρίποδα, πάχος πεντεπαλαστὰ,
λεῖα ἐκπεποιημένα ἄνευ κατα
τομῆς·
Π Ἑτέρων[1], μέγεθος τὸ αὐτὸν[2],
κυματίου καὶ ἀστραγάλου[3] ἑκατέρου
ἄτμητο(ι)[4] ἦσαν τέτταρες πόδες
ἑκάστου·
II Ἑτέροιν
ἄτμητοι ἦσαν τοῦ κυματίου τέτταρες
πόδες, τοῦδε ἀστραγάλου ὀκτὼ πόδες·
I Ἑτέρου
τοῦ κυματίου τρία ἡμιποδία ἄτμητα,
ἀστραγάλου τέτταρες πόδες·
I Ἕτερον
τὴν μὲν λεῖαν ἐργασίαν εἴργαστο,
τοῦ δε κυματίου ἀργοὶ πόδες ἦσαν ἐξ
καὶ ἡμιπόδιον, ἀστραγάλου ἀργοὶ
πόδες ὀκτὼ·
III Ἑτέρων

Paullo aliter Müllerus. "Γεῖσα complectuntur ipsam coronam cum cymatio tum superiore, quod proprie simam vocant, tum inferiore subter projecturam posito. Utrique subditus est astragalus, quocirca postea ἑκάτερον κυμάτιον, et ἀστράγαλος commemorantur. Hinc fit, ut in lapide IV. p. longo de octopedali cymatio sermo esse potuit." Verba λεῖα ἐκπεπ· quæ Schneiderus ait sese interpretari non posse, haud magnam difficultatem habent. Hi lapides e quibus corona cum ornamentis efficienda erat, lævigati erant sed adhuc plani i. e. cymatium et astragalus haud insculpebantur. Et ita Müllerus. "Distinximus ταμεῖν a ξέσαι. Sed quid interest inter ταμεῖν sive κατατα-μεῖν et λεῖον ποιεῖσθαι? Λεῖον ποιεῖται, si coronæ facies plana cæditur et cymatiorum rotundatio indicatur, τέμνεται, si membra singula simata, undata, supinata ad normam cujusque et amussim exiguntur." Idem hæc addidit de corona. "Omnium coronæ partium longitudo est p. 80. Ubi apponendæ fuerint nescimus; indicavi

ʷ III ped., crassæ V palmas, lævigatæ sine sculptura.

V Aliarum [1], magnitudinis [2] ejusdem, cymatii et astragali [3] utriusque haud secti erant pedes quatuor.

II Aliarum

Haud secti erant cymatii pedes quatuor, astragali vero octo pedes.

I Alius

Cymatii sesquipes haud sectus est, astragali quatuor pedes.

I Alia

Elaborata est quod lævigationem attinet; cymatii vero haud elaborati sunt sex pedes cum dimidio, astragali octo pedes

III Aliarum,

tantum tab. XXIII. 4. s. Crassitudo earum traditur p. 1. 3. Stuartus qui quidem pauca earum rudera conspexit (cf. St. tab. II.) vix pedis altitudinem iis assignavit. Sed vereor ne ea nimis exigua sit, Vide Clarke tab. XV. et Daltoni Museum n. 19."

[1] Ἑτερων. Subaudi γείσων, (et sic ubique) mutatis mutandis.

[2] τὸ αὐτόν. Nescio an alibi hæc scriptura pro ταυτόν (Attice pro τὸ αὐτό) occurrat. Ego certe non vidi. Cf. Thom. Mag. p. 834. Maitt. p. 37.

[3] ἀστράγαλον. "Astragalum cum cymatio in superiori columnæ et capituli parte memorant architecti, sed astragalum etiam in basi columnæ." Schneider. qui ad Vitruv. IV. 1. astragalum proprie esse basin columnæ notat, quod quare dixerit haud intelligo. Idem Callixenum Athenæi V. p. 293. (debuit autem 206.) astragalos Græce σπονδύλους appellare notavit, ad quem locum ita Schweighæuserus. "Fuerunt σπόνδυλοι sive *vertebræ* singulæ partes e quibus componitur scapus columnæ, cum non est perpetuus." Quorum verborum sensum haud capio. Cum supra ἀστραγάλου ἑκατέρου dicatur, astragalum cum in summa tum in ima scapi parte fuisse innuitur. Astragalum vero parvum torum esse hodie dicunt Architecti.

[4] In lapide scribitur ATMETO, negligentia scriptoris elemento Iota omisso.

κυματίου ἕξ πόδες ἀργοί,
ἀστραγάλου ὀκτὼ πόδες·
I Ἕτερον
ἡμίεργον τῆς λεῖας ἐργασίας.
x τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς[1] μῆκος τετράπο
IIII δα, πλάτος τρίποδα, πάχος πεντε
παλαστὰ, λεῖα ἐκπεποιημένα
ἄνευ κατατομῆς·
y Γωνιαῖα[2] ἐπὶ τὴν προστάσιν τὴν
II πρὸς ἕω, μῆκος ἑκποδε, πλάτος
τετάρτου[3] ἡμιποδίου, πάχος
πεντεπαλαστὰ·
τούτων τοῦ ἑτέρου ἡ λεῖα μὲν ἐργά
σια[4] ἐνείργαστο, τὸ δὲ κυμάτιον,
ἀργὸν ὅλον καὶ ὁ ἀστραγάλος·
τοῦ δὲ ἑτέρου ἀργοὶ κυματίου τρεῖς
πόδες καὶ ἡμιπόδιον, τοῦ δὲ ἀστρα
γάλου ἀργοὶ πόδες πέντε·
I Ἐπὶ τὸν τοίχον τὸν πρὸς τοῦ Πανδροσεί(ου)

146. τεμί προστασιν τεμ C. 150. HO pro HE et λειας ἐνεργασιας C.

[1] ἀπὸ τῆς στοᾶς. Wilkinsius in Anglica versione locum ita reddit. *IV belonging to the Portico.* Hodiernam autem ejus sententiam in versione exhibui. Verba eadem infra occurrunt de αἰεταῖοις unde Wilkinsius nullus dubitat quin tergum Stoæ intelligi debeat quia longitudo quadrat in mensuram tympani in postica parte porticus sive stoæ. Ἀπὸ certe sæpe *procul* significat, sed quantum meminerim, nunquam *pone* vel, *a tergo.* Mullerus simpliciter *supra porticum,* quod forsan verum. Ghandlerus "Illorum quæ sunt a Stoa," e quibus verbis nihil erui potest. Jam dixi Leakium τὴν στοάν septentrionalem esse Erechthei porticum statuere. Nescio an vere Müllerus. "Esse videtur ἡ πρόστασις πρὸς τοῦ θυρώματος quæ maxime porticum refert. Posui igitur tab. XXIII. 3. g. Sed apud Stuartum crassitudo tantum est pollicum 11. 3."

Cymatii sex pedes haud elaborati; astragali octo pedes.

I Alia

Semifacta quod lævigationem attinet.

IV Coronarum quæ "a tergo sunt porticus sive Stoæ," [x] ("supra Porticum" M.) partes longæ IV ped., latæ III ped., crassæ IV palm., lævigatæ sunt sine scalptura.

II Angulares[2] (sc. coronæ, sive suggrundæ) super [y] porticum quæ orientem spectat, longæ VI ped., latæ III ped., cum dimidio[3], crassæ V palm.

Harum alterius læve opus (vel lævigatio) perficitur; totum autem cymatium et astragalus haud elaborata sunt; alterius tres pedes cymatii cum dimidio infecti sunt, et quinque pedes astragali.

I Super parietem Pandroseum versus

[2] Mendose hic, ut opinor, Sculptor γωνιαῖα. De Coronis agitur. Vox autem γεῖσον neutrius est generis. Ergo debuerat ΛΟΝΙΑΙΟ, et postea ΠΕΝΤΕΠΑΥΑΣΤΟ. Redit enim statim (lin. 150.) genus neutrum, τούτων τοῦ ἑτέρου, ubi de his ipsis angularibus coronis agitur. Pluralis quidem numerus aliquando cum duali conjungitur sed hic habemus ἔκποδε. "γωνιαῖα cf. tab. XXIII. I. k. 3. h. 4. t." Muller.

[3] τετάρτου ἡμιποδίου. De hujusmodi locutionibus usque ad nauseam Intpp. ad Herod. I. 50. Cf. Poll. IX. 54. Didymum ad Prisc. p. 1350. (Ed. Putsch.)

[4] ἡ λεῖα μὲν ἐργάσια. Mendose hic sculptor ς voci ἐργάσια addidit et infra l. 153. ἀργὸν, ut videtur, pro ἀργὸς. Mecum in his consentit Müllerus.

L. 156—165. Locus vexatissimus. Numerum I in l. 156. nemo in lapide vidit. Sed in Latina versione posuit Chandlerus quem hodie sequitur Wilkinsius. Infra ad l. 163. Chandlerus posuit in Græcis IIII. omittit autem Wilkinsius et, me judice, recte, cum hæc ad priorem columnam pertinere videantur. Müllerus locum 156—169. ita vertit, "ad parietem Pandrosei partis coronæ longæ &c. leve opus inchoatum," ubi mentem viri doctissimi haud capio. Si numerus I recte ante voces Ἐπὶ τὸν τοῖχον constituatur, ejus interpretatio plane mala est; quod nisi fiat, locum cum eo ordinare nequeo, vel saltem fatendum est voces *partis coronæ* sine causa injectas esse. Postea deest numerus ante lineam 160. nisi huc retrahas numerum I ante

μῆκος ἑπτὰ πόδων καὶ ἡμιποδίου,
πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου,
ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας·
μῆκος ἓκ ποδῶν, πλάτος τριῶν
ποδῶν καὶ παλαστῆς, πάχος πέντε
I παλαστῶν, καὶ (ἐπὶ) τὸν τοίχον πρὸς
τοῦ Πανδροσείου·
τούτου ἀστραγάλου ἄτμητοι πόδες
πέντε·
α Αἰετιαῖοι[1] τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς, μῆκος
III ἑπτάποδες, πλάτος τριῶν ποδῶν
καὶ ἡμιποδίου, πάχος ποδιαῖοι·
οὗτοι ἡμίεργοι·
Ἑτέρω[2] μῆκος πεντάποδε, πλάτος
II τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πάχος
ποδιαίω ἡμιέργω·
Γεῖσα ἐπὶ τοὺς αἰετοὺς πλάτος
β πέντε ἡμιποδίων, μῆκος τεττά
ρων ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πάχος
ποδιαῖα, τὴν λείαν ἐργασιάν

lineam 162, quam rem postea sæpius faciendam esse recte monet Wilkinsius, et ego hic faciendam censeo. Cf. quoque lineas 104. 142. 146. Sed maxima difficultas est in lin. 162. ubi habemus καὶ τὸν τοῖχον. Mullerus legit ΚΑΤ ΤΟΝ pro καὶ τὸν, sed hoc minime Attici est moris, quod virum cel. fugisse miror. Ego aut deesse ἐπὶ post καὶ, aut καὶ falso scriptum puto. Sed profecto frigida est repetitio verborum ἐπὶ τον τ' κ.τ.λ. Wilkinsius hodie novam rem in linea 162. post παλαστῶν induci censet, et numerum I cum verbis καὶ τὸν κ.τ.λ. jungit, locum ita vertens. "*Et* I *quæ parietem Pandroseum versus attinet, hujus astragali insecti sunt pedes* 5." At ea lege scribi videtur hæc Epigraphe ut nova res a nova linea ordiatur, ubicunque numeri ad latus lineæ ponuntur. Cf. supra p. 189. n. 1. Locum ergo quamvis cunctanter e mea mente reddidi. Notandum est crassitudinem prioris coronæ omissam esse. "ἐπὶ τὸν τοῖχον. Cf. Tab. XXIII. 3. n. et 0." Muller.

longa VII ped. cum dimidio, lata III ped. cum dimidio, semifacta est quod lævigationem attinet.

(1) Longa VI ped., lata III ped. cum palma, crassa V palm. *quæ* etiam *est supra* parietem Pandroseum versus,

Hujus astragali insecti sunt pedes quinque.

α VI Lapides fastigii [1] ex iis qui a tergo porticus sunt longi VII ped., lati III ped. cum dimidio, crassi I ped. Hi semifacti sunt.

II Alii longi V ped. lati III ped. cum dimidio, crassi I ped. semifacti.

Coronæ insuper fastigium latæ II ped. cum dimidio, β longæ IV. ped. cum dimidio, crassæ I ped. *quod* lævigationem *attinet,*

[1] Quod ἀετούς attinet, satis liquet, (ut Heynius ad Pindar. Olymp. XIII. 29.) ἀετόν, ἀέτωμα triangulare fastigium esse in fronte et in postico templi. "Ab initio," ait vir cel., "aut aquila pro fastigio fuit; ut Winkelmanus suspicabatur, aut, quod probabilius, in tympano quod speciem Delta habet h. in area fastigii (quæ anaglypha summæ artis interdum habuit v. c. in Parthenone v. Paus I. 24. in templo Delphico. X. 19.) fuit ab initio aquila expressa. Ita sentiebat Visconti. in Museo Pio-Clem. Tom. IV. p. 7." Valckenærius in Diatr. Eurip. p. 214. advocat Gronov. ad Liv. I. 38. P. Leopard. Emend. V. c. 2. Foes. Œcon. Hipp. in v. et Scriverium ad Martial. X. 19. docentes cur templi fastigia ἀετοὶ dicta sint. Idem in fastigiis sculpturas fuisse e Pausania docet. Schneiderus (ad Vitruv. III. 3, 5.) advocat Pausan. 1. 24. 5. II. 7. 3. VII. II. 3. X. 19. V. 10. 2. Dionys. Antiq. 4. 61. Tacit. Histor. III. 71. Aquilas sæpe in fastigio positas certe liquet. Cf. Callixenum Athenæi V. p. 197. A. de cænaculo Ptolemæi. Walpolius advocat inscriptionem apud Hamilton. Ægyptiac p. 395. "'Αιετιαῖοι sc. λίθοι marmora sunt faciem tympani componentia. Compages nunquam ad libellam directæ (horizonti sc. parallelæ *in templis Græcorum;* semper unus ordo lapidum; marmor Eleusinium est." Wilkins. Cf. Viscont. Mus. Pio-Clement. Tom. IV. p. 89. "αἰετιαῖος Cf. Tab. 4. b. Et hi. 174. e lapide calcario Eleusiniaco." Muller. Viscontius in Mus. Pio-Clement. Tom. IV. p. 89. corrigit ποδιαιο (sc. ποδιαίω) et postea ἡμιεργο, (sc. ἡμιέργω). In lapide vidimus ΠΟΔΙΑΙΟΙ et ΗΕΜΙΕΡΑΟΙ.

[2] "'Ετέρω. Cf. Tab. XXIII. 3. i. et infra γεῖσα 3. k."

I ἐκπεποιημένα·
Ἕτερον ἡμίεργον τῆς
λεΐας ἐργασίας.
II Θύραι[1] λίθιναι μῆκος ὀκτὼ ποδῶν
καὶ παλαστῆς, πλάτος πέντε
IIII ἡμιποδίων·
τούτων τὰ μὲν ἄλλα ἐξεπεποί
ητο· ἐς τὰ ζυγὰ[2] δὲ ἔδει τοὺς λίθους
τοὺς μέλανας ἐνθεῖναι·
I οὗς[3] τῳ ὑπερθύρῳ[4] τῷ πρὸς ἕω
ἡμίεργον·
III τῷ βωμῷ τῷ τοῦ θυηχοῦ λίθοι Πεν
τελεικοὶ μῆκος τετράποδες,
ὕψος δυοῖν ποδοῖν καὶ παλαστῆς,
πάχος ποδιαῖοι·
I ἕτερος τριπ(ους)

185. Ζυγα α δε τα ει τους. C. 187. ΟΣΤΟΙΗ . . . ΡΟΥΤΡΟΙ ΤΟΙ. 190. τομοι pro βομοι . ουεσσι pro Θυεχο.

[1] Θύραι. "Portas lapideas interpretatur Chandlerus. Memorabilis est longitudo octo pedum cum palmo, latitudo duorum pedum cum dimidio. Quæ sint partes forium quæ l. 184. ζυγὰ ἄδετα" dicuntur (falsa lectione deceptus est vir cel.) "qui sint λίθοι μέλανες, equidem ignoro. Fortasse *jugamenta* portarum Catonis de Re rustica c. 14. et Polybii 7. 16. ζύγωμα τῶν πυλῶν comparare licet." Schneider. "Eodem modo inter supercilia (ζύγα) et hyperthyra sive coronices supra ostia, marmor nigrum ponitur quo supra marmor Eleusinium inter epistylia et coronam. Eadem esse ergo conjicere licet. Pausanias (X. 36.) quidem nigrum marmor in Parnassi ima parte obdurit in iusigne reperiri docet. Ejusmodi est marmor hodie circa Parnassum, et in lapidicinis Eleusiniis repertum." Wilkins. Clarkius autem (Tom. VI. p. 240.) zophorum et tympanum Erechthei e lapide quodam cæruleo (Anglice, blueish-grey limestone) effici docet, e quo etiam constat cella templi Cereris Eleusine extantis.

De hoc loco ita Mullerus. "De quatuor ostiis vix cogitandum est; quanquam enim erant tot ostia, tamen non omnibus esse poterat una

perfectæ.

I Alia semifacta quod lævigationem attinet.

V Ostia marmorea [1] longa VII ped., cum palm., latæ II ped. cum dimidio;

IV Horum cæteræ quidem perfectæ sunt; nigra autem marmora superciliis [2] imponi oportebat.

I Ancon [3] hyperthyri orientem versus semifactus.

III Lapides Pentelici pro ara Thyeci longi IV ped., alti II ped. cum palm., crassi I ped.,

I Alius————

mensura. Intellexerim potius θύρας de antepagmentis, supercilio, hyperthyro, coronaque ejusdem ostii, fortasse thyromatos supra commemorati. Lucem aperient fortasse artifices qui id ostium Elgini auctoritate favente delineaverunt." Hæc nimis leviter scripsisse virum doctissimum omnes intelligent. Postea forsan recte (Cratinum apud Poll. Onom. VII. 122. παραστάδος καὶ πρόθυρα ποικίλα memorantem advocans) μέλανας variegationem tantum respicere putat. Cf. quæ de hac re supra dixit vir doct.

[2] ζυγα. "Postes januæ a Romanis vocabantur *antepagmenta*, superimpositæ trabes *supercilia*; a Græcis ζυγα. Nunc nihil inter supercilia et hyperthyron intercessit, nunc autem zophorus scalptus." Wilkins. Sed de antepagmentis cf. quæ supra attuli. Supercilia Anglice *haunces* vocantur.

[3] ὄγκος sive ancon. Schneiderus ad Vitruv. IV. 6. 4. "Ancones Philander interpretatur *mensulas* quæ capitibus suis in volutarum anfractus implicantur ad S majusculi et oblongi formam, et præpendent ab ima corona secundum antepagmenta ad libramentum imi supercilii. *Consoles* (Gallice) vertit Perrault, *cardelle* o sieno *mensole* (Italice) Galiani. Die *Kragsteine* die auch seitenrollen heissen (Teutonice) Rode." Anglice eandem rem *consol* vocari monet Wilkinsius qui cum elemento Græco Zeta comparat. Et ita Mullerus.

[4] ὑπέρθυρον. Schneiderus ad Vitruv. IV. 6. 1. "De voce ὑπέρθυρον breviter est dicendum. Pollux I. 76. τὸ ὑπὲρ τὰς θύρας ὑπέρθυρον καὶ ὑπερθύριον.—Idem 7. 122. τὰ ὑπέρθυρα etiam ὑπερτονάια dicta refert. Homerus Od. VII. 90. nominat postes cum hyperthyro—ubi Scholia ὑπερθύριον interpretantur τὸν ἐπάνω τῶν θυρῶν τόπον, *locum supra januam*. Vulgo *superliminare* interpretantur vocabulo Pliniano.—Vossius noster rectius posuit. *Silbern auch oben der Kranz*. Eustathius *superum limen cui cardo superior januæ inseratur*, interpretatur." Præterea appellat vir cel. post intpp.

Notandum est finem Epigraphes haud eadem cura ac initium scriptum esse. Numeri haud suis lineis apponuntur, et multæ pravæ lectiones inducuntur. Cf. Il. 124. 162. 174. De summa rerum ita vere Müllerus.

"Facile intelligitur, quantum conferat hæc inscriptio ad methodum noscendam et ordinem veterum in æde perficienda. Apparet, plura ab iis seorsim excisa et scalpta esse, quæ cum aliis membris ex uno saxo facere poterant. Ita de cymatio epistylii et de denticulis coronæ judices necesse est: immo ornamenta capitelli parietis ab ipso capitello semota memorantur. Omne autem subtilius artificium a rudi opera lapicidæ plane segregatum, ita ut alii exciderent, alii simarent, alii scalperent. Distinguitur inter *τέμνειν, λεῖον ποιεῖσθαι, κατατέμνειν, καταξεῖν, ῥαβδοῦν*, inter *ἐργάζεσθαι* et *ἐπεργάζεσθαι*. Hoc plerumque fiebat, cum lapides jam suo loco in pariete positi essent, qui usus etiam apud Ægyptios observatur capitula sculpentes jam columnis imposita."

"Sat multas voces Græcas in hac inscriptione sola exstare, Io. G. Schneideri, cui imprimis velim hæc opera placeat, acutos oculos non fugit. Atque verba *μασχαλιαῖος, λίθος πρὸς ᾧ τὰ ζῷα* (i. q. *διάζωσμα*), *γεῖσον, ἐπίστατον, ἀῤῥάβδωτος, πρόστασις, ὀρθοστάτης, θυηχοῦς, ἐπορορφία, κάλχη, λίθοι αἰετιαῖοι, ζύγα, ὑπέρθυρον, οὖς* G. Wilkins jam fere explicavit, falsus tamen ut puto in interpretandis *πλίνθος, ἐπικρανῖτις* (quam Athen. V. 205. *τὸ γεῖσον ἕως τοῦ περιτρέχοντος ἐπιστυλίου*), *γογγύλος λίθος, ἀντίμορος, μέτοπον, ἁρμός, ἀνθέμιον, σφηκίσκος, ἰμᾶς*, nisi fortasse in quibusdam uterque fallimur."

ad Hesych., Hesiod. Scut. v. 271. et post Stephanum in voce, Athen. VIII. p. 360.

CLASS. III. SECT. II.

Digitized by Google

Class. III. Sect. II.

PROLEGOMENA.

Jam tandem ad eas inscriptiones Atticas venimus quæ quo tempore marmori tradita sint dici nequit. Horum ordines ducunt marmora quædam ad templa atque in iis asservata *ἀναθήματα* pertinentia. Hic ea quæ memorat Juvenalis[1] ante oculos posita videmus,

veteris——grandia templi
Pocula adorandæ robiginis, et populorum
Dona, vel antiquo positas a rege coronas.

Quantum ex ipsis marmoribus atque ex aliis auctoribur augurari licet, fine singulorum annorum recensebantur omnia in templis condita donaria, atque omnium catalogus factus postea marmori tradebatur. Ejusmodi recensiones in Romanis templis subinde factas innuit Livius[2], ministros "sacris inquirendis et donis persignandis" constitutos esse dicens. Nec aliter apud Tacitum[3], Agricolam "electum esse ad templorum dona recognoscenda" videmus. Quatuor catalogos Marmora singula recepisse videntur, et omnia quorum initia conservantur ab eadem fere formula verborum incipiunt, ΤΑΔΕ ΠΑΡΕΔΟΣΑΝ ΗΑΙ ΤΕΤΤΑΡΕΣ ΑΡΧΑΙ ΗΑΙ ΕΔΙΔΟΣΑΝ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ. Cum autem

[1] Sat. XIII. 147. [2] Liv. XXV. 7. [3] Tacit. Vit. Agric. §. 6.

magistratus qui in his marmoribus memorantur Minervæ Quæstores essent, et Panathenæa quinto quoque anno celebrari solerent, vix dubium quin hæc verba ad Quæstores eo officio functos per hos quatuor annos referri debeant. In inscriptione Fourmontiana (Class. III. Sect. I. Inscr. IV.) liquido legitur *οἱ ἀεὶ ταμίαι ἀναγραφόντων ἐς στήλην—καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον διδόντων κάθαπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας ταμιεύοντες*, et in alia inscriptione infra posita leguntur quoque verba *ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια*. An unius cujusque anni fine, illo anno factus catalogus marmori traderetur, omnesve eodem tempore ad finem sc. *Τετραετηρίδος* inscriberentur, haud omnino patet. Hinc stant verba in initio cujusque inscriptionis posita *τάδε παρέδοσαν κ. τ. λ.*; illinc, verba illa e Fourmontiana inscriptione citata *οἱ ἀεὶ ταμίαι* &c. quod quidem fieri nequivit cum Quæstores novi singulis annis facti sint, nisi singuli cum munus explessent suum catalogum marmori tradidissent[1]. Præterea, in nonnullis marmoribus, haud eundem literarum numerum lineis hujus ac illius Anni catalogorum, me judice, tribuendum esse videmus, ex quo omnes haud eodem tempore scriptos esse probabilius videtur. In primo catalogo memorantur Quæstores anni antea

[1] Osannus (Fasc. II. p. 61.) unius cujusque anni dispensatores in *tabulas*, quid acceperint et tradiderint, retulisse; et post quadriennium, quatuor classes dispensatorum quod quoque anno computatum esset *lapidi* insculpi jussisse putat. Quod nescio an male, quamvis absurde Osannus hanc sententiam tueatur. Ita enim rem esse sibi videri ait, quod in hujus generis lapidibus quos ipse examinârit, characterum nulla diversitas appareat. Quasi vero characterum forma Athenis quarto quoque anno mutaretur. Sed ex tribus inscriptionibus apud Chandlerum, (P. II. Inscr. IV. 1. IV. 2. V.), paucis annis post nostra marmora sculpta morem mutatum esse, et eidem lapidi non nisi unius anni catalogum commissum esse videmus.

quam catalogus incipiat acti; Quæstores anni primi Τετραετηρίδος qui ab iis donaria tradita acceperunt; et denique secundi anni Quæstores quibus eadem donaria a primi anni Quæstoribus tradita sunt; eodem modo atque ordine in secundo catalogo Quæstores primi, secundi, et tertii annorum memorantur, eademque ratio per reliquas partes asservatur. Exemplum subjungo. Ἔδοσαν μὲν οἱ πρότεροι ταμίαι (οἷς Κεφισόφων Κεφισοδώρου Ἀιγιλιεὺς ἐγράμματευε) τοῖς ταμίαις Πυθοδώρῳ Ἀλαίει καὶ ξυνάρχουσιν οἷς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν ἐγράμματευε· οἱ δε ταμίαι οἷς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν ἐγράμματευε παρέδοσαν τοῖς ταμίαις Ἀναξικράτει Λακιεῖ καὶ ξυνάρχουσιν οἷς Διοκλῆς Κλέωνος Περγασῆθεν ἐγράμματευε Ἐν τῷ νεῷ τῷ ἑκατομπέδῳ. Postea recensentur donaria. Ad Catalogi finem, si quid thesauris illo anno accessisset, nova recensentur donaria, præeuntibus his verbis, Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν οἷς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν ἐγραμμάτευε, vel simpliciter, Ἐπέτεια ἐπεγένετο. Inde in secundo catalogo legimus. Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας παρέδοσαν, Ἀναξικράτης Λακιεὺς καὶ ξυνάρχοντες, οἷς Διοκλῆς Κλέωνος Περγασῆθεν ἐγράμματευε, τοῖς ταμίαις (τοῖς τῆς Θεοῦ) οἷς Ἐυφάνης Ἐυφάνους Προσπάλτιος ἐγραμμάτευε Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ ξυνάρχουσιν παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν ἐγράμματευε Ἐν τῷ νεῷ τῷ ἑκατομπέδῳ. Et ita deinceps. Nunc autem Quæstorum, nunc Scribæ, nunc alterutrius vel patris, vel tribûs, nomen omissum esse videmus.

Omnibus Diis, ut videtur, sui Quæstores fuere[1]; postea autem omnes, præter Minervæ, sub uno nomine conjuncti ταμίαι τῶν θεῶν appellabantur atque

[1] Aristot. Polit. VI. 8.

omnis omnium Deorum pecunia in opisthodomo servabatur. Quæstores Ol. xc. conjunctos esse scribit Böckhius[1], nec dubito quin recte. Diu ante Demosthenem omnes thesauros in opisthodomum esse coactos satis patet cum ille ita loquatur. *οἱ ταμίαι ἐφ' ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη, καὶ οἱ τῶν τῆς θεοῦ καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεῶν*[2]. Quæstores sc. fraudulenti homines (quod ab Ulpiano in illum locum discimus) cum pecuniam sibi traditam fœnori locassent, postea opisthodomum concremavere, ne fraude patefacta ipsi supplicio afficerentur. Aliquando Minervæ et aliorum Deorum quæstores conjunctos esse ab inscriptione quadam Ol. xcv $\frac{3}{4}$. inscripta[3], atque decem universos fuisse satis patet. Sed postea (Ol. xcviii.) Minervæ quæstores per se in marmore quodam alio[4] memorantur. Decem quidem semper fuisse Minervæ quæstores constat, sorte e Pentecosiomedimnis delectos, scilicet ut esset unde res redderentur, si fraudem aliquam Deæ thesauris intulissent[5]. Variis nominibus appellantur, *ταμίαι τῆς θεοῦ, τῶν τῆς θεοῦ, τῶν ἱέρων χρημάτων τῆς Ἀθηναίας*, vel *τῆς θεοῦ* et ab Herodoto[6] *ταμίαι τοῦ ἱέρου*. Simpliciter quandoque *ταμίαι*[7] vocantur, quum iidem quoque custodes essent, ut videtur, pecuniæ publicæ in opisthodomo servatæ, quæ quamvis haud Minervæ propria esset, ejus tutelæ tamen quodammodo tradebatur. Quod quidem ab inscriptione quarta sectionis primæ intelligi potest. Ἐπειδὴ

[1] Böckh. uber die Staathaushaltung der Athener. Tom. I. p. 173.

[2] Cf. Demosth. c. Timoc. p. 414. (ed. Tayl.)

[3] Chandler. Inscr. Ant. II. 4. Böckh. Tom. II. p. 287.

[4] Chandler. II. 5. Böckh. Tom. II. p. 310.

[5] Cf. Suid. Harpoc. et Philem. in voce *ταμίαι* vel instar omnium Aristot. Polit. VI. 8.

[6] Herod. VIII. 51.

[7] Cf. Demost. Androt. p. 615-17. et Suidam in voce.

τῇ Ἀθηναίᾳ τὰ τρισχίλια τάλαντα ἀνενήνεγκται ἐς πόλιν ἃ ἐψήφιστο. Hanc pecuniam, ut ex eadem inscriptione discimus, Quæstores non nisi Plebisciti auctoritate ex ærario emisere.

Paucis jam dicendum, quos thesauros Deorum proprios Quæstores custodiverint. Agros aliquando frumentarios in usum Deorum sacravere qui pietate clari fieri voluere, quod in Delo fecisse Niciam testatur Plutarchus [1]. Singulis Diis data esse arvipendia auctor est Harpocration [2]. Vix opus est ut decimas prædiales memorem. Si Diogeni Laertio fides adhibeatur, lege Solonis singuli Athenienses [3] decimas frugum in usum Deorum separabant. Sed præterea aliæ decimæ ex rebus bello partis, ex vectigalium proventibus, ex bonis fisco additis et publicatis, Diis sacrabantur [4].

Quod decimas a rebus bello partis provenientes attinet, exempla ubique occurrunt [5]. Insignis locus est in Thucydide [6] ubi agro Mitylenæo in tria millia partium diviso, trecentæ Deorum in usum dicatæ sunt. Palladi sæpe ejusmodi decimas detulere Athenienses [7]. Decimas autem ex auri argentique fodinis Diis Græcos sacrasse ex Herodoto patet [8]. Postremo decimas e bonis maleficorum publicatis Diis apud Athenienses datas esse testatur Xenophon [9].

[1] Plut. Vit. Nic. De agro Scillunteo a Xenophonte Dianæ sacrato res nota est. Xen. Anab. V. 3. 3.

[2] Harpoc. voce Ἀπομισθωμάτων.

[3] Cf. Diog. Laert. in Solon. n. 53. et Biagi. Mon. Nanian. Tom. I. p. 210.

[4] Cf. Epig. apud Diodor. XI. Pausan. V. 10. et ipsum Xenoph. Anab. V. 3. 5.

[5] Cf. Spanh. Diss. IX. de præst. Num. p. 669. et ad Julian. Orat. I. p. 218. Herod. I. 89. Epig. apud Pausan. V. 10.

[6] Thucyd. III. 50.

[7] Cf. Demosth. c. Timocr. p. 412. (ed. Taylor,) Herod. V.

[8] Herod. III. 57. ubi cf. Wesseling. Pausan. X. 11. Suid. voce Σίφνιοι.

[9] Xen. Hell. I. 7. 6.

Quas decimas dum memorem notandum est alia *προστιμήματα* omnino, alia aliqua ex parte, Diis donari. Si Prytaneis concionem non haberent undecimo primæ Prytaniæ die, eaque concione Proedri non ordine de rebus sacris, Nomothetis &c. referrent, Prytanum quisque mille drachmis, Proedrorum vero singuli quadraginta, utraque pecunia Minervæ sacra, multabantur[1]. Si Magistratus quibus officium erat ut *μέτρα καὶ σταθμὰ* curarent, munera non præstiterint, mille drachmis Cereri et Proserpinæ sacris[2] multabantur. Quicunque oleam, venia non impetrata, effoderit, reipublicæ centum drachmas solvebat, quarum decimam partem Minerva sibi vindicabat[3]. Heroibus etiam Eponymis multæ aliquando solvebantur[4]. Minervæ, ut videtur, decimæ plerumque, aliis Diis quinquagesimæ tantum, Athenis[5] sæpe dabantur, cum illa vere *Πολιοῦχος* esset. Rem totam fuse, ut solet, explicavit Paciaudius[6].

Sed præter pecuniam multa *ἀναθήματα* in templis asservabantur, quibus vel post partam victoriam reipublicæ religio, vel singulorum pietas Deos donaverat: Demosthenes[7] sellam argenteis pedibus (solium sc. Xerxis) et acinacem Darii, civitatis præmia, et monumenta fortitudinis, in arce servata esse dicit. Quæ ambo forsan in his inscriptionibus tanguntur. Plurimæ coronæ quoque

[1] S. Petit. Leg. Att. II. 1. 1. Böckh. Tom. I. p. 403.

[2] Böckh. Tom. II. p. 343.

[3] Demosth. *ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον* p. 610. Petit. Leg. Att. V. 1. 9. Böckh. Tom. I. p. 404.

[4] Demost. c. Theoc. p. 332. (ed. Taylor.)

[5] Demost. c. Timoc. p. 408. (ed. Taylor.) Böckh. Tom. I. p. 425.

[6] Paciaud. Mon. Pelop. I. p. 171. sqq.

[7] Dem. c. Timarch. p. 412. (ed. Taylor.) Cf. autem Pausan. I. 27. Schol. Thucyd. II. 13. Suid. voc. *ἀργυροποῦς*, et Ulpian. ad. Demosth. Olynth. III. p. 45.

ubique memorantur a ludorum victoribus in insigne pietatis, credo, dicatæ. Coronas quoque hospitales (ξενικοὺς) quæ in theatro proclamarentur sacras esse Minervæ leges Atticæ jussere[1]. Ποτήρια quoque, φιάλαι, κύλικες, καρχήσια et κέρατα plurima fuere quæ religione imbuti homines utpote (teste Athenæo[2]) κτῆμα τιμιώτατον Diis dono dedere. Qui de his omnique poculorum genere plura scire velit, Athenæum fuse atque secundum literarum ordinem de omnibus in undecimo libro disputantem adeat. Sed et Λύχνοι quoque atque ἀπορράντηρια et multa ejusmodi alia memorantur. Pondera quoque summa cura traduntur, ne fraudulenti homines aurum vasis detererent. Quæ ἀσταθμα fuisse dicuntur, ea, credo, in suis locis fixa erant, ita ut de eorum ponderibus certiores fieri Quæstores nequiverint. Quod loca attinet quibus servabantur thesauri difficilis plane est quæstio. In ipsis marmoribus alii in Parthenone, alii in Hecatompedo, alii in antico (Parthenonis) servati esse dicuntur. Cum autem Parthenon et Hecatompedon sunt eadem[3], iidem autem thesauri in eodem semper loco servarentur (id quod et rationi consentaneum est, et alia ex his marmoribus[4] verum esse ostendunt) quidni eosdem thesauros in Parthenone ac in Hecatompedo memoratos esse inveniamus? Quod tamen minime verum, ut marmoribus primo et tertio collatis

[1] Cf. Æsch. c. Ctes. p. 382. (ed. Tayl.)

[2] Athen. XI. p. 781. C. De pecunia in donis cujuscunque generis Diis tribuendis eroganda cf. Aristot. Eth. Nic. IV. 5.

[3] Cf. auctores a Meursio citatos, Cecrop. c. 2.

[4] Cf. Marmor I. hujus sectionis, cujus in utroque latere recensentur thesauri Hecatompedo asservati. Cf. quoque utrumque latus marmoris II., ubi Antici thesauri recensentur, et eædem res ubique memorentur. Quod Osannum (p. 63.) negantem miror. De qua re ad ipsum marmor dixi.

patebit. Statuendum ergo forsan has voces diversas templi partes denotare. Alia autem de Opisthodomo incidit quæstio. Vulgo loquuntur Opisthodomum in quo servabatur omnis Atheniensium pecunia Parthenonis esse posticum. Quod tamen falsum esse ostendere, (ut recte Osannus) Wilkinsius [1], et Dodwellius [2]. Opisthodomus quidem alius erat Parthenonis, alius Opisthodomus proprie ita dictus sive Atheniensium ærarium [3]. Hic sc. extra Parthenona erat, in media arce situs et duplici muro munitus. Falso autem, me judice, adeo apertum esse Opisthodomum Parthenonis docet Osannus ut in eo thesauri tuto condi nequirent. Ex inscriptione quadam apud Chandlerum [4] aliquos in Parthenonis Opisthodomo thesauros asservatos esse judico. Ibi enim imprimis in Parthenone (i. e. cella templi) conditi thesauri recensentur, postea autem qui in Opisthodomo servabantur. Thesauros autem in diversis ædibus conditos in eodem marmore recensitos esse mihi haud verisimile videtur, nec ejus moris aliquod vestigium in marmoribus deprehendimus. In Opisthodomo publico condebatur (ut supra e Demosthene probavimus) diu ante ejus tempora, omnis cum Minervæ tum aliorum Deorum pecunia. Forsan semper in eo loco condebatur. Nusquam enim in his marmoribus pecuniam memoratam video. Male ergo Osannus [5] partem sacrarum pecuniarum in antico et Parthenone servatam esse dicit. Omnia autem *ἀναθήματα* suis semper templis religionis caussa servari puto.

Tanta præfatus L. B. ad ipsa marmora te jam dimitto.

[1] Wilkins. Atheniensia p. 98.
[2] Dodwell. Itin. I. p. 345.
[3] Cf. Meurs. Cecrop. CXXVI. Poll. IX. 5. et Lexicog. in voce.
[4] Chandler. Pars II. Inscr. IV. 2.
[5] Osann. p. 62.

3.53

[*To face page* 219.

TAB. XXIV.

CLASS. III. SECT. II. INSCR. I. No. I.

ΤΑΔΕ ΠΑΡΕΔΟ
. . . . ΑΣΙ Ⱶ
. . . ΣΕΛΡΑΜ
. . . ΜΟ . . ΟΥ
. . . ΧΠΔΔΔΔ
. . . . . ΘΜ
. . . . Σ . . ΘΜΟ
. . . . . ΜΟ
. . . . . ΦΑΝΟΣ

alterum scriptum esse satis patet. Dona quæ in
sentur in Hecatompedo asservata esse dicuntur.
ansam statuendi quem annum respiciat, ipsum

[*To face page* 219.

Class. III. Sect. II. Inscr. I.

MARMOR ELGINIANUM I.

TAB. XXIV, XXV.

Pars I. Chandl. P. II. 3. Böckh. Tom. II. p. 263. Pars II. Inedit Mus. Cat. 298.

"Marmor hoc," ait Chandlerus, "repertum in ruinis templi Hecatompedon dicti, servatum in Monasterio Gallico Athenis vidi, et diligenter exscripsi. Postea, quod dolui, pater reverendus Lodovicus, Capucinus, ejusdem præfectus, qui novam sibi parabat culinam, cum scalam, quæ ab atrio ducit, extrueret, illud eidem pro gradu, inversa facie, inserendum opificibus permisit." Omnia autem hæc marmora ejus latitudinis erant ut barbari, antequam in suos usus convertere possent, media diffindere solerent. Quod ex hoc et sequenti marmore satis apparet. Chandlerus ergo non nisi dimidiam partem nostri marmoris vidit. Sed felici quodam casu factum est ut ea pars quæ Chandlerum latuerit hodie sed admodum mutila in Museo Britannico asservetur. Marmor (quod quoque Chandlerum fugerat) ab utroque latere inscriptum est. Latus quod ille vidit posterius ordine posui, quia plura in eo donaria recenseantur, unde post alterum scriptum esse satis patet. Dona quæ hic recensentur in Hecatompedo asservata esse dicuntur. Nullam ansam statuendi quem annum respiciat, ipsum marmor

præbet. Cum in secunda parte Pythodori mentio incidat, Chandlerus ad annum ab Atheniensibus *Ἀναρχίαν* dictum quo Pythodorus Archon esset, referendum putat. Pythodorus autem liquido in marmore *Ταμίας* appellatur, quare fieri haud potuit, ut vere Böckhius, ut eodem anno Archon esset. Sed cum in linea tertia literæ ΦΟ occurrant, Chandlerus[1] earum ope suam temporis constitutionem tuetur. "Ejusdem anni extrema fere parte Atheniensis a Lysandro Lacedæmonio obsessi, urbem dederunt; iisque Ephori sunt impositi. (Lys. Orat. XI.) Hinc Ephori {(E)ΦO(POI)} in marmore atque alia temporis nota, Anaxicrate sub Lysandro arcem tenente; iterumque, ipso quasi posthabito, scribæ nomen. Quæstores Athenienses, quæ sub Pythodoro acceperant, Lacedæmoniis quæstoribus tradiderint; hi vero Quæstoribus, quibus commissa fuit ærarii custodia." Sed Ephoris illis proculdubio nihil erat cum reditu, vectigali vel opibus Atheniensium. Nullum sane exemplum e Græcia proferri potest ubi ejusmodi ditionem victores sibi vindicaverint. Minime ut satis liquet ex aliis marmoribus legendum cum Chandlero in linea tertia

ΗΟΙΔΕΤΑΜΙΑΙΗΟΙ(Ε)ΦΟ(ΡΟΙ)

sed ΗΟΙΔΕΤΑΜΙΑΙΗΟΙ(Σ)ΦΟ ita ut literæ ΦΟ nominis Scribæ initium sint. Ut in aliis marmoribus, hic quoque eædem res sæpius memorantur; unde lacunæ pleræque suppleri possunt.

Sed in his mutilis marmoribus, quamvis omnia nota sint, supplementa injiciendi opus periculosæ plenum est aleæ. Sculptores haud semper in scribendo sibi constabant.

[1] Chandl. Syll. p. xvi.

Numeros aliquos (ꟻ dico et I) nunc quasi literas habuisse, et singulis suum locum tribuisse videntur, nunc autem duobus tribusve, vel etiam quatuor, non nisi unius literæ locum dedisse. Præterea eandem rem haud semper eodem modo scripsere. Χρυσὶς exempli gratia, Χρυσὶς I, et Χρυσὶς μία eandem rem denotant, quod dictum puta de Χρυσίδε, Χρυσίδε II, et Χρυσίδε δύο. Præterea nunc τοῦτο, nunc τοτο et similia dicebant; nunc προνήῳ, nunc προνηΐῳ; literam χ in præpositione ξυν(χσυν) aliquando negligebant. Hæc autem omnia (cum idem literarum numerus in omnibus lineis injiciendus sit) quantas dent turbas, haud opus est dicere. Præterea plurimi errores sculptorum in his marmoribus reperiuntur. In parte secunda hujus marmoris (l. 25.) verba σταθμὸν τούτων omittuntur; et si fides Chandlero, ταμια pro ταμίαι (l. 2.) et οἱ pro οἷς (l. 32.) scribitur. In marmore secundo, σταθὸν pro σταθμὸν, et Ἀθηναις pro Ἀθηναίας ponitur. Vix ergo mirandum est si ubi major pars lineæ deest, quæ desunt ad amussim supplere nequeamus, præsertim ubi ipsa marmora videre haud contingat, cum in apographis multa menda sæpe insint. Chandlerus, exempli gratia, in hoc ipso marmore (P. II. l. 16. et 31.) vocem ταμίαι ita posuit ut (id quod semper fiat) novus catalogus a nova linea ordiri nequeat. Ego in supplendo nihil fere e conjectura injeci, sed alia aliorum ope supplevi. Quod semel dictum satis sit. Omnia enim supplementa unde hauriam indicare longum esset. Quod primum ἀνάθημα attinet, exempli gratia, in P. I. Cat. 1. reliquum est tantum ΧΠΔΔΔΔ; in P. I. Cat. 2 omnino deest; in P. I. Cat. 3. legimus ΤΡΕ. ΣΤΑΘΜΟΝ ΤΟΥΤΟΝ....ΔΔΔΔꟻꟻ..; in P. I. Cat. 4. totum ἀνάθημα deest. In P. II. Cat. 1. legimus ΟΝΧΧΠΔΔΔΔꟻꟻꟻ, in

Cat. 2. ΦΙΑΥ.....ΣΤΑΘΜΟΝ ΤΟΥΤΟΝ ΧΧ...ΔΔ. ΡΡΡ.; in Cat. 3. ΦΙΑΥΑΙΧΡ. Ex his omnibus collatis, patet veram lectionem loci esse, *φιάλαι χρυσαι* III (vel *τρεισ*) *σταθμὸν τούτων* ΧΧ[illegible]ΔΔΔΔΡΡΡΡ. Eundem morem ubique servari. In Catalogis partis primæ, haud idem ubique est literarum numerus; in secunda parte ubique 72 fuisse credo. Böckhius 73 injicit. Cui non assentior. In linea sexta, exempli gratia, ubi omnia in aperto sunt, alia litera injici nequit. Nescio quidem an ego recte fecerim qui verbo *ἀπορραντήριον* duplicem *ρ* (ut septuaginta cum duobus literis efficerem) tribuerim. Infra autem legimus *ἐξ ἧς ἀπορραίνονται*. Quæ sequuntur notæ ad secundam partem utpote minus mutilam pertinent.

L. 2. *Τοῖς Ταμίαις Πυθοδώρῳ*. Quis ex decem Quæstoribus præ cæteris nominaretur, haud expedio. Cum autem ex inscriptione[1] supra posita, ordinem Prytaniarum quotannis mutari constet, ille forsan semper nominatur cujus tribus eo anno prima ordine esset. Ex illa quoque inscriptione ea quæ Osannus[2] hic magno opere de Quæstorum ordine scripserit, nauci esse satis patet.

L. 5. *Ἑκατομπέδῳ*. Huic voci suam aspirationem tribui, cum ita plerumque factum in his marmoribus videam, idque ratio literarum patiatur. Attamen infra (l. 20.) aut sculptoris aut Chandleri errore deest spiritus.

L. 6. *Κόρη*. Proserpina, si Chandlero credis; sed Böckhius pupam, vel figuram *Νίκης* esse putat.

1 Cl. III. Sect. I. Inscr. VII. In illo loco calami lapsu "ordo tribuum" dixi, ubi debui "ordo Prytaniarum." Quam in illo loco protuli sententiam, confirmat Corsinus in egregia disputatione F.A.T.I. Diss. IV.

2 P. 64, 65.

L. 6, 7. Chandlerus hunc locum ita edidit, *Απορραντεριον αργυρον —— χρυσον σταθμον τουτοιν* ΔΔΔ. Post *αργυροῦν* Böckhius legit *καὶ*, et aliquam vocem *Scorpulam* significantem inserendam esse monet. *Περιραντήριον* magis usitatum quam *ἀπορραντήριον* putat. Sed infra in Inscr. II. habemus *φιάλη χρυσῆ ἐξ ἧς ἀπορραίνονται.* Postea *περιρραντήριον* pro scorpula forsan poni posse dicit cum ut a Lexicographis[1] patet, alios sensus præter primarium receperit. Sed nullus revera hic dubitandi locus. E priori enim hujus Marmoris parte satis patet hocce *ἀπορραντήριον ἄσταθμον* esse et ei statim subjici *στεφάνω χρυσῷ* II *σταθμὸν τούτοιν* ΔΔΔ. Quapropter pro ΧΡΥΣΟΝ, ego ΧΡΥΣΟΙΙ dedi.

L. 8. *Καρχήσιον ἀργυροῦν Διὸς Πολίως.* *Καρχήσιον* hic recte dedit Böckhius ex Inscr. apud Chandlerum[2]. Quod *Διὰ Πολιέα* attinet cf. auctores infra advocatos[3].

L. 9. *Στεφάνη.* Vocem rariorem injeci; sed ita legendum esse constat e collatis lineis 9. et 24., quarum in prima legitur finis dictionis... *η χρυσῆ,* in altera initium *Στεφ.*

L. 13. Post *Θυμιατήριον ἀργυροῦν σταθμὸν τούτου* χ. in parte secunda occurrit verbum *Στέφανος* quod hic suo loco inserui. Linea insequens a literis *ος* incipit. Sed inter vocem *Στέφανος* et has literas haud satis est spatii ut inseratur *χρυσοῦς* vel *ἀργυροῦς* cum pondere coronæ, et postea aliqua pars novi capitis. Böckhius ita locum supplevit. *Στέφανος ὑπάργυρος καὶ ἐπίχρυσος.* et infra in secunda parte *ὑπάργυρος ἐπίχρυσος.* Pondus quidem, ut

[1] Kuhn. ad Poll. I. 8.
[2] Chandler. II. Inscr. IV. l. l. 48.
[3] Pausan. I. 24. Etymol. voce *Διϊπόλια.* Corsin. F. A. II. p. 324. Meurs. Græc. Fer. Lib. II. p. 94. in voce.

vir cl. recte animadvertit, nimis magnum est quam ut corona omnino ex auro constet. Si aspirationem omittamus recte sese habet literarum numerus in prima parte. Quod autem de secunda parte ait vir cel. id non capio. Majus enim spatium in secunda quam in prima parte vacuum est. Sed nullus revera hic dubitandi locus est. In ea parte nostri lapidis quæ in Mus. Brit. asservatur in hac linea leginus ετο.....οσχρυ ad finem lineæ, unde satis patet legendum esse post X, ἐπέτεια ἐπεγένετο.

L. 16. . Injeci τῶν ante τῆς Ἀθηναίας, cum aliter justus literarum numerus expleri nequeat.

Cum pars prima ita mutila sit, vix operæ pretium literis minusculis reddere visum est. Jam sequitur secunda pars ejusmodi literis descripta.

1. Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχ(αὶ αἱ ἐδίδοσαν τὸν λόγον· παρέδοσαν οἱ πρότεροι ταμί)αι τοῖς ταμίαις Πυθοδώρῳ Ἁλαεὶ (καὶ ξυνάρχουσιν οἷς Φω....ον Ἀριστίωνος Κυδαθ)ην(αι)εὺς ἐγραμμάτευε, οἱ δὲ ταμίαι οἷς Φω(....ον Ἀριστίωνος Κυδαθηναιεὺς ἐγραμματε)υε (πα)ρέδοσαν τοῖς ταμίαις Ἀναξικράτει Λα(κιεῖ καὶ ξυνάρχουσι Ἡοῖσ Ἐ....ενος Ἐυφάνου)ς Προ(ς) πάλτιος ἐγραμμάτευεν ἐν τῷ νεῷ τῷ (Ἑκατομπέδῳ· φιάλαι χρυσαῖ ΙΙΙ σταθμὸν τούτ)ων ΧΧ𐅄ΔΔΔΔΔΗΗΗΗ· Κόρη χρυσῆ ἐπὶ στήλης ἄστα(θμος· ἀπορραντήριον ἀργυροῦν ἄσταθμον· στεφ)άνω χρ(υ)σῶ ΙΙ σταθμὸν τούτοιν 𐅄ΔΔΔ· στέφανος χ(ρυσοῦς ὃν ἡ Νίκη ἔχει· σταθμὸν τούτου 𐅄Δ· φιάλ)αι ἀρ(γ)υραῖ ΠΙΙΙ σταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗΙΙ· καρχήσι(ον ἀργυροῦν σταθμὸν τούτου... Καρχήσιον ἀργυ)ροῦν Δ(ι)ὸς Πολίως σταθμὸν τούτου ΗΗ· στέφανος (χρυσοῦς σταθμὸν τούτου ..... ΗΗΙΙ. στεφάν)η χ(ρυ)σῆ σταθμὸν ταύτης 𐅄ΔΗΗ: στέφανοι χρυσοῖ ΙΙΙΙ (σταθμὸν τούτων ΗΔΔΠΙ· στέφανος χρυσ)οῦς σταθμὸν τούτου ΔΠΗΗΙΙΙ· χρυσίδε ΙΙ

σταθμὸν τούτοι(ν HHH𐅄ΔΔΔΔΡΡΡIII· χρυσὶς σταθμὸν ταύτη)ς 𐅄ΔΔΔΓΡΡΡ. χρυσὶς σταθμὸν ταύτης HΔΓΡΡΡΡ· στέφ(ανος χρυσοῦς σταθμὸν τούτου ΔΔ....) Αργυρὶς σταθμὸν ταύτης H𐅄ΔΔΔΔΡΡ· Θυμιατήριον ἀργυ(ροῦν σταθμὸν τούτου X. Ἐπέτεια ἐπεγέν)ετο (στέφαν)ος χρυσοῦς σταθμὸν τούτου XHH𐅄· στέφανος χ(ρυσοῦς σταθμὸν τούτου ..... στέφανος) χρυσοῦς σταθμὸν τούτου. ΔΔΠ.

2. (Τάδε οἱ)ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῶν (τῆς Ἀθηναίας Ἀναξικράτης Λακιεὺ)ς καὶ ξυνά(ρχοντες) οἷς E....ενος Εὐφάνους Προσ(πάλτιος ἐγραμμάτευε παρέδοσαν τοῖς) ταμίαις οἷς (Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν ἐγραμμάτευε.....) καὶ ξυνάρχουσι παραδ(εξάμ)ενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν (οἷς Φω....)δων Ἀριστίωνος Κυδαθηναιεὺς ἐγραμμ(άτευε ἐ)ν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ.

Postea sequuntur donaria, ut in priori Catalogo, additis quæ illic accessisse dicuntur. Exinde sequuntur verba solennia Ἐπέτεια ἐπεγένετο, χρυσίδε σταθμὸν τούτοιν... 𐅄ΡΡΡ

3. (Τά)δε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρη(μάτων τῆς Ἀθηναίας .....καὶ ξυνάρχ)οντ(ες) οἷς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βα(τῆθεν ἐγραμμάτευε πα)ρέδοσαν τοῖς ταμίαις οἷς Νικ)έας Τε(...)ικου Περγασῆθε(ν ἐγραμμάτευε..... καὶ ξυνάρχουσι) παραδεξάμενοι πα(ρὰ τ)ῶν προτέρων ταμίων (οἷς Ἐ....ενος Ἐνφάνους Προσπάλτιος ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ.

Post finem tertii Catalogi, omnia desunt.

Class. III. Sect. II. Inscr. II.

MARMOR ELGINIANUM II.

TAB. XXVI, XXVII.

P. I. Osann. p. 50. P. II. Id. Ibid.

Hoc marmor (quod ab utroque latere sicut præcedens inscriptum est) hoc ipso anno Osannus publici juris primus fecit. Miror autem hominem meum apographum apud se habentem, nec tamen ejus ope suum fœdissimis mendis ubique scatens corrigentem. Exempli gratia, in prima columna quam iste (quæ est ejus sagacitas) secundam vocat, quamvis in illa pauca, in altera autem longe plura donaria recitantur, omisit in prima linea ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια. In secunda parte, in linea tertia literas Πολυ haud vidit; in linea quinta ne unam quidem literam; in linea septima vocem Λύχνος omisit et e suo ingenio φιάλαι dedit. Plura proferre supersedeo. Marmoris autem hiatus in explendo haud feliciori fortuna usus est quam in exscribendo quamvis eo modo fecerit, qui si verus esset, nihil esset facilius quam supplementa expedire. Haud enim eundem literarum numerum omnibus lineis sed diversos pro arbitrio tribuit!

In hoc marmore recensentur donaria in Antico asservata.

P. 1. l. 19. Quæ hic ponitur vox Καλκιδικον, in latere altero semper omittitur.

2262

2262 13



[illegible] ΔΔΔΔ. nec in eo loco duæ literæ injici p

[To face page 226.

In Ca



alter ttitur.

2.6.1

ΤΛΔΕΓΑΡΕΔΟΣΑΝΗΑΙΤΕΤΤ
ΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΤΕΙΣΑΜΕΝΟ
ΜΜΑΤΕΥΕΗΟΙΔΕΤΑΜΙΑΙΗΟ
ΙΑΙΣΓΟΥΥΧΣΕΝΙΔΕΙΑΧΑΙ
ΕΝΤΟΙΓΡΟΝΕΟΙΦΙΑΥΕΧΡΥ
ΤΟΝΤΤΗΗΗ[Δ]ΔΔΔΙΙΚΕΡΑΤΑ
..ΔΓΙΙΥΥΧΝΟΣΑΡΛΥΡΟΣΣ
ΟΣΧΡΥΣΟΣΣΤΑΘΟΝΤΟΥΤΟΔ
ΟΤΟΝΗΗ[Δ]ΔΔΓΙΙΙΓΟΤΕΡΙ
ΗΗΔΔΦΙΑΥΑΙΑΡΛΥΡΑΙΙΙΙΙΣ
ΡΛΥΡΑΙΓΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΤΟΝ[Γ]
ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΤΟ[Δ]ΔΓΙΥΥΧΝΟ
ΔΙΙΙΙΙΦΙΛΥΑΙΑΡΛΥΡΑΙΓΣ
.....ΙΙΑΡΛΥΡΙΣΙΣΤΑ

ΟΥΤΟΥ ΔΔΔΔ. nec in eo loco duæ literæ injici

P. 2. l. 5. Recensio donorum ex his verbis orditur. ΦΙΑΥΕΧΡΥΣΕΕΧΣΕΣΑ. Hæc in duabus quæ sequuntur partibus nec extant, nec unquam extitere. Sed lacuna ex altero latere facile suppleri potest. Ibi enim legitur in initio secundæ recensionis, ΦΙΑΥΕΧΡΥΣΕΕ(ΧΣ)ΕΣ ΑΠΟΡΡΑΙΝΟΝΤΑΙ. Quibus temporibus altera et tertia recensio factæ sunt, forsan, sacrorum causa, e suo loco ereptum fuerat poculum.

P. 2. l. 8. *Σταθον*. Ita in marmore. Eadem incuria infra l. 35. ΑΘΕΝΑΙΣ pro ΑΘΕΝΑΙΑΣ. Nec forsan ab alia causa quam sculptoris incuria orta est ea inconstantia quam cum in hoc tum in aliis marmoribus, videmus atque miramur. Ita l. 5. ΓΡΟΝΕΟΙ. et postea l. 38. ΓΡΟΝΕΙΟ(Ι).

L. 13, 14. Lacunam hic explere nequeo. Imprimis habemus *Φιάλαι ἀργυραῖ Γ σταθμὸν τούτων* HHHHΔΙ-Ι- quæ sequuntur literæ AP. Tum in linea quatuordecima post notas Ι-, extant *Ἀργυρὶς Ι σταθμὸν ταύτης* ⌈⌉Δ. In secundis et tertiis partibus inter easdem *Φιάλας* eandemque *Ἀργυρίδα* hæc injiciuntur *Ἀργυρὶς Ι σταθμὸν ταύτης* HΔΙ-. *Ποτήριον ἀργυροῦν σταθμὸν τούτου*. ΔΔΔΔ, quinquaginta sc. cum sex literis. Sed in prima parte, lacuna non nisi quadraginta quinque recipere potest. Ex his quæ extant AP satis ostendunt illam *Ἀργυρίδα* cui pondus HΔΙ- in marmore olim extitisse; quomodo autem *ποτήριον* illud injici possit haud video. Nam præterea quod spatium tantas literas capere nequeat, extant in linea quatuordecima notæ Ι- quæ hocce *ποτήριον* respicere non possunt, ut cuivis tertiam partem inspicienti patebit. Illic enim hæc habemus *Ποτήριον ἀργυροῦν σταθμὸν τούτου* ΔΔΔΔ. nec in eo loco duæ literæ injici possunt.

Osannus quoque hunc locum desperatum esse fatetur. In superiori marmore voces *σταθμὸν τούτων* omissas esse videmus, et forsan ejusmodi aliquid in hoc loco factum est.

In apographo quod sequitur ut in inscriptione præcedente supplementa uncinis inclusa sunt.

I.

1. (Τάδε *παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ αἱ ἐδί)δοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια (..... παρέδοσαν οἱ πρότεροι ταμία)ς οἷς Εὔβουλος .... γείτονος Ἀχαρνεὺς ἐγραμμάτ(ενε τοῖς ταμίαις..... καὶ ξυν)άρχουσιν οἷς Κηφισοφῶν Κηφισοδώρου Ἑρμεῖος ἐ(γραμμάτευε, οἱ δὲ ταμίαι οἷς Κηφισοφῶν Κηφισ)όδώρου Ἑρμεῖος ἐγραμμάτευε παρέδοσαν τοῖς ταμί(αις Φωκια..... ἐξ Οἴου καὶ ξυνάρχουσιν) οἷς Λυσίστρατος Μορυχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμάτ(ευεν, ἐν τῷ προνηίῳ· φιάλη χρυσῆ ἐξ ἧς ἀπορρ)αίνονται ἄσταθμός· φιάλαι ἀργυραῖ* **HΔΔI** *σταθμ(ὸν τούτων* **TTHHH⊠ΔΔΔIII**· *κέρατα ἀργυρᾶ* III *σταθμὸν τούτων)* **⊓⊓ΔΔ⊓IIII**· *ποτήρια ἀργυρᾶ* II *σταθμὸν τούτω(ν . .* **Δ⊓IIII**· *Λύχνος ἀργυροῦς σταθμὸν τούτου* **ΔΔΔ⊓IIII**) *φιάλαι ἀργυραῖ* **⊓II** *σταθμὸν τούτων* **⊓HH**. *στέφανος (χρυσοῦς σταθμὸν τούτου* **ΔΔΔIIIII**· *φίαλα ἀργυρᾶ* II *στ)αθμὸν τούτοιν ... φιάλαι ἀργυραῖ* IIII *σταθμόν τού(των* **HH⊠ΔΔ⊓IIIII**· *ποτήριον ἀργυροῦν Καλκίδικον στ)αθμὸν τούτου* **ΔΔ(ΔΔ**· *ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμίων οἷς Κηφισοφῶν ἐγραμμάτευε· φιάλαι ἀργυραῖ* **⊓II** *στ(αθμὸν τούτων* **⊡H(HHHΔΔ**.

2. (Τάδε *οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς) Ἀθηναίας Φωκια .... ἐξ Οιου καὶ ξυνάρχοντ(ες οἷς Λυσίστρατος Μορυχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμά)τευε παρέδυσαν τοῖς ταμίασιν οἷς Σμίκυθο(ς ..... ἐγραμμάτευε παραδεξάμ)ενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς Κηφισο(φῶν Κηφισοδώρου Ἑρμεῖος*

ἐγραμμάτευε ἐν τῷ προνη)ίῳ. Tum suo ordine recensentur donaria, et postea hujusmodi aliqua verba adduntur. (Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐν τῷ προνηίῳ ἐπι τῶν ταμιῶν ὁ(ῖ)ς Φωκιαδ . . . ἐξ Οιου καὶ ξυναρχόντων οἷς Λυσίστρατος Μορυχίου Παλληνεὺς ἐγραμμάτευεν φιάλαι ἀργυραῖ IIII σταθμὸν τούτων HHHHΔΔ· ποτήριον ἀργυροῦν σταθμὸν τούτου ΔΔΔΔ.

3. (Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθη)ναίας Θουκυδίδης Αχε(ρδ)ούσιος καὶ ξυνάρχοντες (οἷς Σμίκυθος . . . . . , ἐγραμμάτευε παρέδο)σαν τοῖς ταμίασιν οἷς Τελέστης Θεόγνιδος Ἀγν(ούσιος ἐγραμμάτευε Τιμοκλεῖ . . . . . καὶ ξυνάρχουσι πα)ραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς Λυ(σίστρατος Μορυχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμάτευεν ἐν τῷ προνήῳ. Post priora donæ recensita hæc sequuntur. Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τ(ῶν ταμιῶν οἷς Σμίκυθος . . . . . ἐγραμμάτ)ευε· φιάλαι ἀργυραῖ ΓII σταθμὸν τούτων ΓHΔΔΔΔIIII.

4. (Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθ)ηναίας Τιμόκλης Ε.τ...ος καὶ ξυνάρχοντες οἷς (Τελέστης Θεόγνιδος Ἀγνούσιος ἐγραμμάτευε παρέ)δοσαν τοῖς ταμίασιν οἷς Πρεσβίας Σεμίου Φηγαιεὺς (ἐγραμμάτευεν . . . . . καὶ ξυνάρχουσι παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς Σμίκυθος . . . . . ἐγραμμάτευε ἐν τῷ προνήῳ. Ad finem legimus. (Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν) οἷς Τελέστης Θεόγνιδος (Ἀγνού)σιος ἐγραμμάτευε· φιάλ(αι ἀργυραῖ III σταθμὸν τούτων HH𐅄I ποτήριον ἀργυροῦν) σταθμὸν τούτου 𐅄ΔΓI. Λύχνος ἀργυροῦς σταθμὸν τούτου ΔΔI.

Quantum mea valeat sententia, nihil unquam in saxo posthæc extitit; quum autem in primo Catalogo insequentis anni multa recitentur donaria ante verba Ἐπέτεια κ. τ. λ. plures forsan abiere anni, antea quam tergum marmoris inscriptum sit.

II.

1. (Τάδε παρέδο)σαν αἱ τέτταρες ἀρχ(αὶ αἱ ἐδίδοσαν τὸν λόγον· παρέδοσαν οἱ πρότεροι ταμίαι τοῖ)ς ταμίαις Τεισαμενῷ Παιαν(εῖ καὶ ξυνάρχουσι οἷς Πολυμήδης Κηφισίωνος ..... ἐγραμμά)τευε οἱ δὲ ταμίαι οἷς Πολυ(μήδης Κηφισίωνος ..... ἐγραμμάτευε παρέδοσαν τοῖς ταμίαις) Πολυξενίδῃ Ἀχαρνεῖ καὶ (ξυνάρχουσι οἷς . . . αιος Κωμάρχου Ἀφιδναῖος ἐγραμμάτευε ἐν τῷ) προνήῳ. Post priora dona hæc adduntur. (Φιάλαι ἀργυραῖ III σταθμὸν τούτων 𐅄𐅄𐅅𐅆𐅆𐅆𐅇𐅇𐅇· φιά)λαι ἀργυραῖ Γ σταθμὸν (τούτων) 𐅄𐅄𐅄𐅄𐅆𐅇𐅇 Ἀρ. Hoc in loco desunt 41 literæ, (p. 227.) 𐅇𐅇· Ἀργυρὶς I σταθμὸν τα(ύτης) 𐅅𐅆Γ ποτήριον ἀ(ργυροῦν σταθμὸν τούτου 𐅆𐅆𐅆Γ𐅇𐅇𐅇 ἀργυρὶς σταθμὸν τ)αύτης 𐅄𐅅𐅇𐅇· ποτήριον ἀ(ργυροῦ)ν σταθμὸν το)ύτου 𐅆𐅆𐅆. Ἀργυρίδες IIII σταθμὸν τούτων̃ 𐅄𐅄𐅄𐅅𐅆𐅆𐅆 Γ𐅄· κύλι)ξ ἀργυρᾶ ἄσταθμος· φιά(λη ἀργυ)ρᾶ σταθμὸν (ταύτης 𐅄𐅅𐅆𐅆𐅆𐅆𐅇𐅇𐅇· Ἀργυρίδες IIII σταθμὸν τούτων) (𐅄𐅄𐅅𐅆𐅆𐅆Γ𐅇𐅇𐅇· ἐπέτεια ἐπ(εγένε)το ἐν τῷ προν(ηΐῳ· ἀργυρίδες σταθμὸν τούτων 𐅃𐅄𐅄𐅅𐅆Γ𐅇𐅇𐅇.

2. (Τάδε οἱ) ταμίαι τῶν ἱερῶν χρη(μάτων) τῆς Ἀθηναίας Π(ολυξενίδης Ἀχαρνεὺς καὶ ξυνάρχοντες οἷς . . .) αιος Κωμάρχου Ἀφιδναῖ(ος ἐγ)ραμμάτευε παρ(έδοσαν τοῖς ταμίαις οἷς . . . οκλειδης Σωστράτου) Φρεάῤῥιος ἐγραμμάτ(ευε Καλλαίσχρῳ Ἐυπ(όλιδος καὶ ξυνάρχουσι παραδεξάμενοι παρὰ τῶν π)ροτέρων ταμιῶν οἷς (Πολυμ)ήδης Κηφισίων(ος ..... ἐγραμμάτευε ἐν τῷ προνηΐῳ. Ad finem legimus Ἐπέτε(ια) ἐπεγένετο Ἀργυ(ρὶς σταθμὸν ταύτης, post quæ spatium est 17 literarum capax.

3. (Τάδε οἱ) ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημά(των) τῆς Αθηναις (sic.) Κά(λλαισχρος Ἐυπόλιδος καὶ ξυνάρχοντες οἷς . . .) οκλείδης Σωστρατου Φρε(άῤῥ)ιος ἐγραμμάτευε παρέδοσαν τοῖς ταμίαις οἷς .....)ωνος Ἐυωνυμεὺς ἐγραμμ(άτ)ευε παρα-

δεξάμε(νοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς ...αιος Κωμ)άρχου Ἀφιδναῖος ἐγραμμάτευε ἐν τῷ προνηΐῳ.

Quid hoc anno accesserit nescimus, cum marmor ab hac parte mutilum sit, novique anni Catalogus desit. Cum Quæstorum quoque quibus thesauri tradebantur nomen hic omissum est, catalogum quartum supplere nequimus.

4. (Ταῖδε οἱ) ταμίαι τῶν ἱερῶν χρη(μάτων τῆς Ἀθηναίας ••• καὶ ξυνάρχοντες οἷς .....ίωνος Ἐνων(υμεὺς ἐγραμμάτευε παρέδοσαν τοῖς ταμίαις •• (• καὶ ξύναρχουσιν οἷς ••• ἐγραμμάτευε παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν οἷς...οκλειδης Σωστρατου Φρεάρριος ἐγραμματευε ἐν τῷ προνηΐῳ.

In hac parte omittuntur aspirationes.

Class. III. Sect. II. Inscr. III.

TAB. XXVIII.

Stuart. Ant. Tom. II. c. i. p. 15. Böckh. II. p. 275.

Stuartius solus, quantum sciam, hoc marmor vidit atque exscripsit. Viscontius[1] quidem hodie inter Elginiana extare docet, quod omnino falsum est.

E linea vigesima quarta satis intelligi potest singulis lineis fuisse 78 literas, unde satis patet nomina Quæstorum nunquam in linea secunda esse scriptas. In illa linea post ΣΕΜ Böckhius legit (ΣΕΜ)ΜΙΟΗΑΥΙΕΥΣ. Sed in marmore sunt literæ ΛΛΙΕΥΣ non ΑΥΙΕΥΣ et præterea semper ΗΑΥΑΕΥΣ non ΗΑΥΙΕΥΣ dicitur. Ego ergo legendum conjeceram ΣΕΜΙΟΦΕΛΑΙΕΥΣ quod cum ductu literarum magis convenit, et postea hoc ipsum nomen in altero e lateribus marmoris præcedentis animadverti.

L. 4. Quid sit ΑΤΡΟΝΗΕΧΟΝ cum ignarissimis ignoro.

L. 9. Difficillimus explicatu locus. Post Στάχνες videtur esse ΔΓΙ. Postea in lapide est *ἀνο ὑποχσυλο καταχρυσο.* Hæc autem minime cum Στάχνες conveniunt. Incuria fortasse sculptoris excidit Ι post ΥΠΟΧΣΥΛΟ

[1] Viscont. de marm. Elgin. p. 156.

11. 3. 53

[*To face page* 231.



Digitized by Google

ita ut legendum sit *ἄνω ὑπόχσυλοι κατάχρυσο(ι)*. Böckhius quamvis cunctantius paullo diversa proponit, et totum locum ita legit.

Θηρίκ)λειον περίχρυσον, στάχυες ΔΓΙ ἄνω ὑποξύλου κατα-χρύσου[1].

L. 12. *Ἀσπιδες ἐπιχρυσοι.* Hæc æque ac sequentia, spolia bello Medico parta esse putat Böckhius[2].

L. 15. *λινων.* sc. **(ΧΣΥ)ΥΙΝΟΝ** (forsan *κοιτῶν* vel *κλινῶν.*) Tum sequitur *πόδες* (numero deleto) *ἀργυροῖ.* Innui forsan sedem Xerxis in arce servatam putat idem vir eruditus[3].

L. 16. *Ἀκινάκης ἐπίχρυ(σος.)* "*Ἀκινάκης* haud Græcus est at barbarus gladius. Hunc pro Deo habuere Scythæ[4]; utebantur Caspii[5] et verisimiliter Persæ[6]. Consulendi sunt Grammatici in voce. *Ἀκινάκης* honoris caussa amicis a Persis dabatur[7]. Hujusmodi gladium Mardonio erep-tum in Parthenone servaverunt Athenienses[8], vel, si Pau-

[1] De Thericleis poculis cf. Athen. XI. 469. 472. Quid inter *κατάχρυσον* et *περίχρυσον* intersit, ita Böckhius ad hunc locum explicat. "*Περίχρυσον* bedeutet eine goldne einfassung ringsumher, mit ringen oder platten; oben aber war Schnisswerk, welches eine solche belegung mit ringen oder platten nicht erlaubt, daher der becher oben nur mit Goldschaum über dem holze vergoldet war (*κατάχρυσον* und *ὑπόξυλον*), woran die ähren als das hölzerne Schnisswerk sich befanden." Hæc ille. De *ὑπόξυλον* cf. Athen. IX. p. 385. et ibi Casaub. Poll. III. 56. et Lennep. ad Coluth. p. 156. In inscr. apud Chandl. P. II. Inscr. IV. 2. l. 24. habemus, *μήλω δύο ὑπυξύλω κατακεχρυσωμένω.*

[2] Cf. Thucyd. II. 13. Diodor. XII. 40. Pausan. I. 27.

[3] Cf. Harpoc. et Suid. voce *ἀργυρόπους.* Ulpian. ad Demosth. Olynth. III. p. 45.

[4] Herod. IV. 62.

[5] Herod. VII. 67.

[6] Herod. VII. 54.

[7] Herod. VIII. 120. IX. 80. Xen. Cyrop. I. 2. 27. Ælian. V. H. I. 22.

[8] Demosth. c. Timoc. p. 741. Schol. Thucyd. III. 13.

saniam audiamus, in Minervæ Poliadis templo[1]." Hæc e Böckhii notis Latine transtuli.

L. 17. Ποτήρια Χαλκιδικά. Dubitant docti an Thracia vel Euboica Chalcide facta sint hæc pocula. Pro illa stat Athenæus[2], pro hac Stephanus Byzantinus.

L. 18. MNAION EVEΦANTINE. Acute Böckhius, cum Lyra sit in nummis Methymnæorum[3], hic legendum suadet (Λύρα ἀνάθημα Μεθυ)μναίων.

Cum in hoc marmore non nisi pars primi Catalogi cum initio secundi supersit, suppleri haud potest; quare literis minusculis exscribere vix opus esse judicavi.

[1] Pausan. I. 27.

[2] Athen. XI. p. 502. B.

[3] Cf. Eckhel. D. N. p. 502.

1.3.53

Digitized by Google

TAB. XXIX. [*To face page* 283.

CLASS. III. SECT. II. INSCR. IV.

. . ΕΛΟΙΣΤΕΒΕ . ΟΝΟ . . . .
ΕΝΑ . Ε : ΑΝΕΠΙΤΕΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΤΡ . . . . .
ΥΣΙΚΕΝΟ . . ΔΔΔ . ΣΣΣΤΙΜΕΤΟΥΤΟΝ . . . ΑΝ . . . . .
ΣΣΣΣΣΣΣ
ΗΕΝΝΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΕΔΑΝΕΙΣ . . . .
ΕΕΔΟΣΑΝΑΘΝΟΘΕΤΑΙΣΕΣΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑΑΜΕΜΠΤΟ . .
ΣΕΙΚΟΣΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ . . . .
ΕΠΙΤΕΣΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣΤΕΤΑΡΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΗ . .
ΑΤΕΙΕΥΟΝΥΜΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΣΤΡΑΤΙΟΤΑΙΣΕ . .

CLASS. III. SECT. II. INSCR. IV.

MARMOR ELGINIANUM III.

TAB. XXIX.

Chandler. Inscr. Antiq. Pars. II. No. II. Visconti Marm. Elgin. No. 35. Böckh. Tom. II. p. 182. Mus. Britann. Cat. No. 159. Osann. p. 33.

"Hoc marmor" ut a Chandlero discimus "in pavimento porticus Moscheæ quæ in arce seu Acropoli, repertum est." Hodie in Mus. Britannico extat inter ea quibus comes Elginianus, nec præmio satis amplo, nec laudibus dignis ornatus, thesaurum illum ditaverit. In Chandleri apographo multa menda Lector inesse videbit. Quod tamen illi minime vitio verterim. Admodum enim pedibus tritum est marmor, ita ut ego, quamvis haud iis incommodis quæ viatorem ubique circumsistant, vexarer, plurimum temporis in apographo meo faciendo consumpserim, nec mihi denique satis ipse fecerim. Quo anno belli Peloponnesiaci marmor insculptum sit, dicere vix audeo. Böckhius, qui rem mira diligentia tractavit, anno tertio Olymp. XCI. tribuit. In eo anno enim Panathenaica celebrata sunt, magnaque pecuniæ egestas Athenienses vexavit [1], unde explicanda venit ea pars Epigraphes qua pecuniam Hellenotamiis mutuo datam esse dicitur. Sed hic annus etiam, Böckhio auctore, cum undevicesimo anno periodi primæ Metonicæ convenit,

[1] Thucyd. VII. 29.

intercalarius fuit, dies sc. 384 continens, et a Junii nostri vigesimo septimo exortus est. Singulæ ergo Prytaniæ dies 38, quatuor autem ultimæ 39 continebant[1]. Quæ in tertia Prytania numerata fuit pecunia, ea aut post Niciæ nuncios[2] opem orantes, Sicularum rerum caussa; aut Euætioni ad Strymonem res gerenti[3] soluta est. Illi enim initio hyemis (die vigesimo tertio Septembr.) venerunt, hic fine æstatis Amphipolim oppugnavit. Ad solstitium hibernum (die vigesimo septimo Decemb.), decem naves et viginti talenta, duce Eurymedonte, ad Siciliam;

[1] Insequentem Tabulam e Böckhio exscripsi.

Pryt. I.	Hecatomb.	1—30	..... 27 Jun. ———	3 Aug.
Dies 38.	Metageitn.	1— 8		
Pryt. II.	Metageitn.	9—29	..... 4 Aug. ———	10 Sept.
Dies 38.	Boedrom.	1—17		
Pryt. III.	Boedrom.	18—30	..... 11 Sept. ———	18 Oct.
Dies 38.	Pyaneps.	1—25		
Pryt. IV.	Pyaneps.	26—30	..... 19 Oct. ———	25 Nov.
Dies 38.	Mæmact.	1—29		
	Poseid. I.	1— 4		
Pryt. V.	Poseid. I.	5—30	..... 26 Nov. ———	2 Jan.
Dies 38.	Poseid. II.	1—12		
Pryt. VI.	Poseid. II.	13—29	..... 3 Jan. ———	9 Feb.
Dies 38.	Gamel.	1—21		
Pryt VII.	Gamel.	22—30	..... 10 Feb. ———	20 Mart.
Dies 39.	Anthest.	1—29		
	Elapheb.	1		
Pryt. VIII.	Elapheb.	2—30	..... 21 Mart. ———	28 April.
Dies 39.	Munych.	1—10		
Pryt. IX.	Munych.	11—29	..... 29 April ———	6 Jun.
Dies 39.	Thargel.	1—20		
Pryt. X.	Thargel.	21—30	..... 7 Jun. ———	15 Jul.
Dies 39.	Scirroph.	1—29		

[2] Thuc. VII. 10. [3] Thuc. VII. 9.

viginti autem naves ad Naupactum missæ sunt. Cum autem in tot navibus comparandis aliquod temporis insumeretur necesse sit, hæc viginti talenta eadem esse possunt ac illa quæ in Prytania quarta memorata sunt. Prytania enim quarta a Pyaneps. vigesimo sexto (Octob. undevigesimo) incepit et ad Poseid. quartum (Nov. vigesimum quintum) duravit. Ter, tribu Antiochide imperante, numerata est pecunia; bis in Imperatorum usum; semel navium ad Σι.... profecturarum caussa, diebus sc. undecima, tredecima et vigesima Prytaniæ octavæ, i. e. Martii die postremo, Aprilis autem diebus tertia et decima[1]. Hæc omnia, Böckhio judice, ad postremam illam et calamitosam Demosthenis profectionem referenda, quæ, ut a Thucydide satis scimus, vere anni insequentis facta est. An hæc vera sint, judicium sit doctorum. Ego certe post multos conatus in nihil verisimilius incidi, quod quoque de se ipso ingenue fatetur Osannus, quamvis Böckhii rationem improbet.

Cum marmor in arce reperiretur, atque in eo memoretur pecunia Athlothetis in usum Panathenæorum data, vix dubium quin hoc æque ac marmor Choiseulianum *τῶν τῆς Θεοῦ ταμίων* jussu inscriberetur. Ita ergo fortasse (modo tempus rite constituatur) exortum est. *Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Πεισάνδρου ἄρχοντος* —— et postea *ταμίαι ἱερῶν χρημάτων* —— *καὶ ξυνάρχοντες παρέδοσαν κ. τ. λ.*

In linea secunda Chandlerus legit ΤΕΝΑΔΕΙΑΝ. *Ἄδεια* varias significationes habet. "Liber commeatus et a metu vacuus[2]." Vel "Impunitas et a pœna quam

[1] Cf. Tab. not. 1. p. 236.

[2] Huc faciunt quæ advocat Böckhius. Plut. Pericl. 31. Andoc. de Myst. p. 6. 8. 11. 12. 17. Demost. c. Mid. p. 525. 2. Paullo diversa significatione occurrit *ἄδεια* apud Soph. Œd. Col. 447. (Elmsl.)

leges jubent, immunitas." Cum debitoribus publicis rempublicam gerere, nisi hac ἀδείᾳ impetrata [1], lege vetitum esset, Böckhius ad pecuniam Hellenotamiis mutuo datam respiciens, hujusmodi ἄδειαν hic innui putat. Minime autem intelligo quare in pecunia e thesauris hausta recensenda ulla ἄδεια memoretur, nec dubito quin alia lectio sit excogitanda. In meo apographo, ut Lector animadvertet, legitur ΕΝΑ ΕΑΝ; in apographo amici mei cujusdam ΤΕΝΔΔΕΤΑΝ.

Ad finem lineæ Chandlerus legit ΤΕ et in explicatione literas ΤΑΡΤΕΣ adjicit. Ridicule omnino; Ε in lapide haud extat, nec extare potest, quum postea Κεκροπὶς τετάρτη πρυτανεύουσα memoretur. Legendum manifesto Τ(ΡΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ) et postea olim in lapide extitit dies Prytaniæ qua numerata est pecunia.

L. 3, 4, 5. In his lineis memorantur 248 Stateres [1] auri, ut videtur, Cyziceni, Hellenotamiis mutuo dati; et accedit, auctore Böckhio, fructus ex hac pecunia profluentis calculus, linea sc. quarta, ubi legimus ΣΣΣΣΣΣΣ, septem scilicet Stateras [2]. Deest aliquid ergo ad finem lineæ secundæ, forsan Ἐδανείσθησαν χρυσίου (Κυζικηνοῦ). In Chandleri apographo legitur in linea tertia ΤΙΜΕ ΤΟΥΤΟΝΔΑΝ; sed, ut mihi videtur, post ΤΟΥΤΟΝ, non Δ sed duæ literæ in lapide olim extitere. Chandlerus ΔΑΝ(ΕΙΞΟΜΕΝΟΝ), Böckhius ΔΑΝ(ΕΙΣΘΕΝΤΟΝ) legendum putat. Τιμὴ eodem sensu dicitur ac τόκος, auctore Böckhio, qui proxima linea ubi ΕΔΑΝΕΙΣ legitur (illud enim est in marmore, non ΕΔΑΝΙΣ ut falso Chandlerus) ΕΔΑΝΕΙΣΑΜΕΝ supplendum putat. Cum autem prima

[1] Plut. Phoc. 26.

[2] Eodem modo repræsentantur Stateres in Inscr. apud Hessel. in Præf. ad Gud. Inscrip. XI.

persona in his marmoribus nusquam, quantum sciam, usurpetur, ego mallem ΕΔΑΝΕΙΣ(ΘΕ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΧΡΥΣΙΟΝ). Sed totus locus explicatu difficilis est, cum nulla causa proferri possit quare in hujusmodi lapide, ubi ea quæ e Thesauris hausta sunt memorantur, memoretur quoque fructus aliquis pecuniæ e thesauro mutuo datæ. Et dubitari potest an vox τιμὴ pro τόκος unquam ponatur. Id certe tenendum, in hujusmodi lapide non nisi vulgares verborum sensus expectandos esse.

L. 6. ΕΕΔΟΣΑΝΑΘΥΟΘΕΤΑΙΣ. Chandlerus locum ita explet (ΗΟΙΔ)ΕΕΔΟΣΑΝ. Böckhius (ΗΟΥΤΟΙΔ)ΕΕΔΟΣΑΝ. Nescio an recte. Obliti sunt ambo, ut mihi videtur, plura verba post ΕΔΑΝΕΙΣ in linea 5. injicienda esse. Quænam autem illa verba esse possunt, si nova hîc sententia ordiatur? In inscriptione quidem Choiseuliana, pecunia a Quæstoribus Minervæ ipsis Athlothetis data est. Sed rem pecuniariam Atheniensium haud satis callemus ut aliquid audacter proferamus. Bockhius Minervæ Quæstores Hellenotamiis pecuniam mutuo dedisse putat, hos autem eandem pecuniæ summam cum ejus fructu Athlothetis tradidisse, ita ut Athlothetæ pro Hellenotamiis pecuniam Deæ Quæstoribus reddere debuerint.

Quæ in fine ejusdem lineæ inveniuntur literæ sc. ΑΜΕΜΓΤΟ ea nequeo explicare. Böckhius conjicit ΤΑΜΕΛΑΥΑ sed falso. ΑΜΕΜΓΤΟ proculdubio in lapide extat.

L. 7. . . . ς εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς Πρυτανείας. Recte Böckhius locum supplevit (Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος τρίτης πρυτανευούσης) κ. τ. λ. Novæ enim Prytaniæ in initio linearum poni videntur.

L. 8. Ad finem lineæ supplendum est vel ἕκτῃ vel ἑβδόμῃ vel ἐνδεκάτῃ et postea ἡμέρᾳ τῆς Πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις κ. τ. λ.

Totus locus vertendus, "Tribu Cecropide (quartâ sc. ordine) Prytaniæ vice fingente, sexta (vel septima vel undecima) Prytaniæ die, data est Hellenotamiis, — ati Euonymo cum Collegis (pecunia)," in usum militum——. Ξυνάρχοντες proprium verbum est in hac re[1]. Quis autem nisi re perspecta Chandlerum tam absurde errare posse credidisset ut verba ΚΑΙ ΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙ ΣΤΡΑΤΙΟΤΑΙΣ ita interpretaretur, καὶ Χ συνάρχουσι στρατιώταις, i. e. "et Mille Collegis militibus?" Quid vulgarius quam ΧΣ pro Ξ? Post στρατιώταις Böckhius conjicit Ἐ(πὶ μισθοδοσίαν).

L. 9. Supplendum Δεκάτῃ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.

L. 10. Ad finem lineæ Chandlerus ΕΑ addit. In lapide extant literæ ΕΜ; forsan supplendum ΕΜΠΥΛΟΙ, quod si verum esset, superior locus ubi Böckhius conjicit Ἐπὶ μισθοδοσίαν de loco ubi milites versarentur potius esset intelligendus.

L. 11. Manifesto supplendum τρίτ(ῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.)

L. 12. Post ξυνάρχουσιν Chandlerus dedit ΗΝΕΙ; sed in lapide extare videtur ΗΝΗ, quod proculdubio pro ΗΗΗ accipiendum. Postea Chandlerus legit ΚΘΥΤΟΙ sed in marmore liquido extat ΗΟΥΤΟΙ.

L. 13. Hic supplendum εἰκοσ(τῇ ἡμέρᾳ κ. τ. λ.) In linea sequente Chandlerus dedit ΕΣΤΑΝΑΥΣΕΣΣΙ; quod ego ex marmore corrigere nequeo. Legendum autem ΕΣΤΑΣΝΑΥΣ et fortasse supplendum ΣΙΚΕΥΙΑΝ.

[1] Thucyd. I. 62.

L. 14. Ad finem lineæ legendum, aut Δευτέ(ραι καὶ εἰκόστει) aut Δευτέ(ραι καὶ τριακόστει) minime autem cum Chandlero simpliciter Δευτέραι quod facile ex præcedentibus colligi potest.

L. 15 et 16. Chandlerus ad finem l. 15. mendose dedit ΚΟΙΓ et in l. 16. ΦΙΛΟΜΕΛΟΙ. In marmore extant ΚΟΥΓ et ΦΙΛΟΜΕΥΟΙ. Locum mirifice idem supplevit et interpretatus est. Μαραθώνιοι καὶ Στρατηγοὶ ἐν τῷ Θερμαίῳ καὶ πάρεδροι φιλούμενοι Μαραθώνιοι καὶ στρατηγοὶ εν Ἐορδίᾳ. i. e. "Marathonii et Strategi in Thermæo (sinu) et assessores amici Marathonii atque Strategi in (Eordia) !!" Vix dubium quin cum Böckhio totus locus ita sit legendus.

Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ὀγδόης πρυτανευούσης δευτέρᾳ καὶ— κοστῇ ἡμέρᾳ τῆς Πρυτανείας .... παρέδρῳ Φιλομήλῳ Μαραθωνίῳ καὶ στρατηγῷ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ ——— παρέδρῳ Φιλομήλῳ Μαραθωνίῳ καὶ στρατηγῷ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ. Post πρυτανείας injiciendum ἐδόθη vel tale quicquid; post κόλπῳ summa pecuniæ et postea forsan ἕτερον τῇ αὐτῇ ἡμέρα.

Postremam partem ita supplet Chandlerus, Κεφάλαιον ἀναλωμάτων τῆς ἀρχῆς; sed cum ille lineis non amplius dimidio justæ latitudinis concesserit, Böckhius recte vidit pluribus verbis opus esse; conjicit ergo κεφάλαιον ἀναλωμάτων συμπάντων τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς.

Class. III. Sect. II. Inscr. V.

MARMOR ELGINIANUM IV.

TAB. XXX.

Chandler. Pars II. Inscr. XXVI. Mus. Cat. 309.

Hujus marmoris (quod hodie in Museo Britannico asservatum Chandlerus Athenis prope Thesei templum vidit) "duo latera et pars qua crassum est" inscripta sunt. Hanc tantummodo partem Chandlerus legere potuit, et hodie lapis adeo tritus est ut e lateribus non nisi pauca colligi possint. Chandleri apographum haud culpandum est, nisi quod miro errore octo lineas quæ revera ad initium Epigraphes sint, ad calcem rejecerit. In duabus chartulis forsan apographum scripserat quas cum non nisi longo post tempore respexerit, oblitus est quæ priorem quæque posteriorem partem contineret. Eadem materies, ut satis patet, in singulis lateribus tractatur, et pactum videtur esse induciarum vel Ἐκεχειρίας quæ ob certa quædam Deorum solennia solebat constitui. Hic, nisi fallor, Magna quæ vocantur Mysteria tantum innuuntur, quamvis aliter Böckhius. "Fragmentum," ut ille sagacissime in literis MSS., "incipit a ratione earum rerum pro quibus remuneratio danda sit, credo pro damno quod inter induciarum tempus illatum esset. Sequitur in quæ festa convenerit de ἐκεχειρίᾳ sive σπονδαῖς; deinde constituitur tempus ἐκεχειρίας maxime Mysteriorum caussa factæ

ΡΟΤΟϟΔΕΕΝΑϟΤΕ .
. . . ΕΝΤΟΙΕΥΕΥϟΙΝΙΟΙ
. . . ΟΝΕΓΙΤΟΙΒΟΜΟΙΙΕΡΕΑΚΑΙ . . .
. . . ΟΝΘΕΟΙΝΚΑΙΤΟΝΙΕΡΕΑΤΟ . . . .
. . . ΑΝΒΑΝΕΝΕΚΑϟΤΟΝΤΟΤΟ . . . . . .
. . . . . ΑϟΤΟΝ. . . . . .

Notandum est literas in postremis his quatuor lineis post cæteras additas esse, cum haud *στοιχηδόν* scribantur, nec in iis aspiratio occurrat.

ϟΜΕΝΟϟΑΠΟΑ .
.ΟΜΕΝΙΑϟΚΑ.
.ΟΝΑΝΘΕϟΤΕ.
.ΟΝΑΚΑΙΤΟΕ.
.ΦΕΒΟΥΙΟΝΟ.
.ΕΧΡΙΔΕΚΑΤ.
..Ι ϟΤΑΜΕΝΟ.

Tres primas lineas ita edidit Chandlerus.

ΔΕΝΗΑΚΟϟΙ
ΑΓΥΕΙΤΑΔΕ
ΚΟϟΙΑΔΙΓΥ

L. 6. ΙΝΚΑΙΤΟΙ Chandl.
L. 7. ΓΤΕΙϟΙΝ C.
L. 8. ΤΟΙϟΑΚΟΥ C.
L. 31. ΑΥΤΕϟΙΓΟΥΕϟ C.
L. 32. ad finem Ιϟ addit C.
L. 39. ad initium Τ addit C.
L. 40. ad initium Ι addit C.
L. 41. ad initium Α addit C.
L. 42. ad initium Μ addit C.
L. 43. ad initium ϟΗ addit C.

Google

et alterius quæ, si quid video, maxime ob Dionysia constituta erat. Festa tamen primo loco utraque una comprehenduntur. Lego ex collatis apographis Chandleri et tuo, *τὰ μὲν αἐκούσια ἁπλῆ, τὰ δὲ ἑκούσια διπλῆ, τὰς σπονδὰς εἶναι τοῖσι μυστηρίοισι καὶ τῆσι*[1] *τελετῆσιν καὶ τοῖς Ἀπολλωνίοισιν και (Διονυσί)οισιν*[2] *τοῖς ἱ(εροῖς Ἀθη)ναίων καὶ Ἀθηναίοισιν ἅπασιν· ἄρχειν δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν Μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἀπ' ἀρχομηνίας καὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ τοῦ Πυανοψιῶνος μέχρι δεκάτης ἱσταμένου, τὰς δὲ σπονδὰς εἶναι ἐν τῆσι πόλεσιν ὅταν χρῶνται οἱ ἱεροὶ*[3]*, καὶ Ἀθηναίοισιν ἐκεῖ ἐν τῆσιν αὐτῆσι πόλεσιν τοῖς ἰδίοις μείζοσι Μυστηρίοισιν, τὰς σπονδὰς εἶναι ἀπὸ Γαμηλιῶνος*[4] *μηνὸς ἀπὸ ἀρχομηνίας καὶ τὸν Ἀνθεστηριῶνα καὶ τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μέχρι δεκάτης ἱσταμένου.*

"[1] In utraque collatione est *τοι*; credo corrigendum esse *τει*. [2] *Διονύσια* intuli, quod in secundo induciarum tempore inde a Gamelione, maxima Dionysia celebrantur. [3] Personæ sacræ e. g. *θεωροι*. [4] In Gamelionem incidere Lenæa docui ante aliquot annos; in Anthesterionem Anthesteria, in Elaphebolionem Dionysia magna incidunt. Ceterum non omnia plane certa puto quæ ego proposui; sed universam marmoris rationem recte perspexisse mihi videor." Hæc ille, cujus e vestigiis ego nunquam nisi invitus discedo; huic autem marmoris constitutioni assentiri plane nequeo. Undecim imprimis in singulis lineis esse literas satis constat, ita ut verba *Μυστηρίοισιν, Ἀπολλωνίοισιν, Διονυσίοισιν,* injicere non possimus. Præterea, quantum e reliquiis laterum conjicere possum, non nisi de magnis Mysteriis Cererisque templo agitur; quare totam rem ita explico. Magna mysteria cum Eleusine tum in aliis Græciæ civitatibus

celebrata esse satis scimus; Eleusine, mense Boedromione; quibus autem mensibus in aliis civitatibus, plane nescio. Cum autem certo quodam tempore Græci inter se bellum gererent (puta Peloponnesiaco bello), *ἐκεχειρία* facta est ut ex omni parte Græciæ, quicunque voluerint in Atticam sine metu ad Eleusinia spectanda sese conferre possent; Attici contra eas civitates tuto adire ubicunque *τὰ ἰδίᾳ μείζονα μυστήρια* i. e. magna Mysteria non Eleusine sed privatim singulis civitatibus celebrarentur. Ego ergo, quamvis in quibusdam cunctantius, e collatis apographo Chandleri atque meo ita legendum esse puto.

MENAEKOSIA
HAΠNEITAΔEH
EKOSIAΔIΠNE
ISΠONΔASEIN
AITOISIMYST
EIS IKAITOIS
EΠOΠTEISINK
AITOISAKOVO
YθOISINKAIT
AMIASINTONT
EVETONKAIAθ
ENAIOISINHA
ΠASINARXENΔ
ETONXPONONT
ONSΠONΔONTO
METAΛEITNIO
NOSMENOSAΠO
APXOMENIASK
AITONBOEΔPO
MIONAKAITOΠ
YANOφSIONOS
MEXPIΔEKATE
SHISTAMENOT
ASΔESΠONΔAS
EINAIENTEIS
IΠOVESINHOS

i. e. *τὰ μὲν ἀεκούσια ἁπλῆ, τὰ δὲ ἑκούσια διπλῆ· σπονδὰς εἶναι τοῖσι μύσταισι καὶ τοῖς ἐπόπταισιν καὶ τοῖς ἀκολούθοισιν καὶ ταμίασιν τῶν τελετῶν καὶ Ἀθηναίοισιν ἅπασιν· ἄρχειν δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἀπὸ ἀρχομηνίας καὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ τοῦ Πυανοψιῶνος μέχρι δεκάτης ἱσταμένου· τὰς δὲ σπονδὰς εἶναι ἐν ταῖσι πόλεσιν ὅσαι*

ΑΙΧΡΟΝΤΑΙΤΟ
ΙΗΕΙΡΟΙΚΑΙΑ
ΘΕΝΑΙΟΙϚΙΝΕ
ΚΕΙΕΝΤΕΙϚΙΝ
ΑΥΤΕϚΙΓΟΥΕϚ
ΙΝΤΟΙϚΙΔΙΕΙ
ΜΕΤΟϚΙΜΥϚΤΕ
ΡΙΟΙϚΙΝΤΑϚϚ
ΓΟΝΔΑϚΕΙΝΑΙ
ΤΟΛΑΜΕΥΙΟΝΟ
ϚΜΕΝΟϚΑΠΟΑΡ
ΧΟΜΕΝΙΑϚΚΑΙ
ΤΟΝΑΝΘΕϚΤΕΡ
ΙΟΝΑΚΑΙΤΟΕΥ
ΑΦΕΒΟΥΙΟΝΟϚ
ΜΕΧΡΙΔΕΚΑΤΕ
ϚΗΙϚΤΑΜΕΝΟ

χρῶνται τῷ ἱερῷ· καὶ Ἀθηναίοισιν ἐκεῖ ἐν ταῖσιν αὐταῖσι πόλεσι τοῖς ἰδίῃ μείζοσι Μυστηρίοισιν τὰς σπονδας εἶναι τοῦ Γαμηλιῶνος μηνὸς ἀπὸ ἀρχομηνίας καὶ τὸν Ἀνθεστηρίῶνα καὶ τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μέχρι δεκάτης ἱσταμένου.

Nescio an hæc doctis satisfactura sint. Vox *ἀκολούθοι* in eadem re usurpatur apud Thucydidem [1], ubi quoque verba ipsa *ἐκεχειρίας* cujusdam inter Athenienses et Lacedæmonias legimus. *Κήρυκι δὲ καὶ πρεσβείᾳ, καὶ ἀκολούθοις, ὁπόσοις ἂν δοκῇ περὶ καταλύσεως τοῦ πολεμοῦ καὶ δικῶν, ἐς Πελοπόννησον καὶ Ἀθήναζε σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι.* In illa quoque *ἐκεχειρίᾳ* dies constituitur quo induciæ incipere debuerint. *ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός.* Quod *ἐπόπτας* attinet, res satis nota. Cum hæc Böckhium monuissem his verbis ad me rescripsit vir doctissimus. "Non nego restitutionem tuam primæ inscriptionis partis esse acutissimam; immo quum videam, ad undecim, ut dicis, literas primam lineam reducendam esse, et sic deinceps, plane mihi de tua est sententia persuasum: nisi quod tamen etiam duodecim literæ admitti possunt ut vs.

[1] Thucyd. IV. 118.

32, 33. 21. et quod in singulis mihi aliquot dubitationes subnatæ sunt. Statim vs. 6. IN apud Chandlerum nimium apertum est; igitur vs. 5 debet duodecim habere litteras, et scribendum est

5. AI)TOIϟIMYϟT(E (*sic* B.)
6. I)ϟIN, &c.

In *ταμίασιν τῶν τελετῶν* ipse difficultatem sensisti; tua ipsius lectio ducit ad *Ἀθηναίων*. Servatis litterarum ductibus, qui in tuo apographo sunt, omnibus, conjicio, duodecim illatis elementis.

9. YΘ)OIϟINKAI(ΘE
10. OP)OIϟINTO(NAΘ
11. EN)AION.

Vs. 26. tibi plane assentior, et ipse in tuam sententiam incideram interim; unum tamen est de quo te monitum velim. Vix nempe ex usu sermonis contextu licet omittere *ἄν* quod insuper clare apparet. Scribendum est *ὅσαι ἄν χρῶνται* et versui 26. sunt litteræ tredecim tribuendæ necessario. *Τοῖς ἰδίοις* cur loco moveas plane non video. Atheniensibus in aliis civitatibus degentibus induciæ pactæ sunt pro tempore *ἰδίων μειζόνων μυστηρίων* h. e. Atticorum. Ceterum alienas civitates *ὅσαι ἔχρῶντο τῷ ἱερῷ* verisimile est eodem tempore celebrasse mysteria; ideoque tibi nequeo id concedere, quod Anthesterione fortasse in aliis civitatibus celebrata Mysteria putas. Attamen re accuratius pensitata, mediam quandam viam video unice veram esse, et primum quidem vere te indicasse concedo quod de Eleusiniis cogitaveris, deinde vero me nec plane aberrasse sentio qui de pluribus festis cogitaverim. Res aperta est.

Prima pars hujus ἐκεχειρίας pertinet ad magna mysteria, altera ad minora quæ Anthesterione mense celebrabantur. Ego maxime de Dionysiis cogitaveram quæ et Gamelione (ut nuper demonstravi) et Anthesterione atque Elaphebolione acta sunt; nunc succurrentibus minoribus Eleusiniis sponte de ea decedo sententia. Et sic quidem hoc marmor pro virili videtur illustratum esse." Propius ad verum jam accedit vir celeberrimus; sed mihi displicet omnino in aliquot lineas ista plusquam undecim literarum inductio. Pro ταμίασιν τῶν τελετῶν, legi potest δολοισιν (δούλοισιν) τῶν Ἐπόπτων quod minus a ductu literarum recedit. Patet quoque, ut jam video, aliquos ejusdem ordinis ac ἀκολούθους intelligi deberi, cum articulus, sedulo ante μύσταισιν, ἐπόπταισιν et ἀκολούθοισιν repetitus, ante hoc verbum non repetatur. Servos quoque Mystas secum attulisse probabile est. Sed ut brevitati consulatur, forsan majus tantum (Ἐπόπται) ponitur, et in eo minus includi intelligitur. Nec mihi objiciendum hic ο pro ου poni, in voce autem ἀκολούθοισιν diphthongum plene scribi. Profecto nulla est in his rebus constantia; supra enim habemus ἐκοσιω et ἀκοσια pro ἐκούσια et ἀκούσια.

Elmsleius[1] nuper statuit dativos plurales declinationis primæ sine iota scribi debere; nec aliter Osannus[2] qui Elmsleii librum haud viderat. Sed in nostro marmore, quamvis ab eorum parte stet αὐτεσι (αὐτῆσι) l. 31. obstant tamen τεισιν (i. e. ἐπό)πτησιν) l. 7. et τεισιν (τῆσιν) l. 33. quin iis assentiri possimus.

[1] Elmsl. ad Eur. Med. 466.

[2] Osann. p. 109. Advocat Etymologici Magni auctorem p. 25, 13. eadem omnino statuentem.

Apographa laterum haud sine maximo labore et eo quidem nullum fructum referente, addidi. Si quis melioribus oculis præditus plura ex hoc marmore eruere possit, me certe laudatorem minime invidum habebit.

T. 3.53



. . ⊢ ⊏ ⊍ . ⊍ . . . .

L. 1. omittit Chandlerus.
L. 2. IEVOS C.
L. 3. EN:NEMENΔ C.
L. 4. MEXEIHEV C.
L. 5. Δ omittit C.
L. 6. VΘV C.
L. 10. O . IS⊖ C.
L. 11. ATA:TAΔE C.
L. 12. VENTOKOMA C.
L. 14. ΔE omittit C.
L. 17. IAN: &c. C.
L. 18. IEIOIS &c. C.
L. 19. LNAIOIS:NEM C.
L. 20. ΛOPAI:TEI:SK C reete, ut credo.
L. 21. IΔON:HOSA C.

O I . . A T A T . .

In hujus marmoris lateribus inter Λ, Δ, et A, inter K, ⊢, et B vix unquam, nec semper inter V et N distinguere potui.

Class. III. Sect. II. Inscr. VI.

TAB. XXXI.

Chandler. Pars. II. Inscr. 27.

Hic lapis et a fronte et ab utroque latere inscriptus est; adeo autem mutilus ut nihil nisi e fronte erui possit. Forma jurisjurandi ibi traditur a Scambonidarum ministro quodam, ut videtur, præstandi. Ego hæc ad Demarchi munus pertinere existimo, cum de pecunia, ut videtur, hic agatur. Ita enim de Demarchis Julius Pollux [1]. *τὰς εἰσφορὰς τὰς κατὰ δήμους διεχειροτόνουν οὗτοι καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα.* Tabulas quoque debitorum tractabant, et a reliquatoribus pignora capiebant [2]. Eadem tradunt omnes Lexicographi [3]. Quod tres Deos attinet, satis notum est veteri Solonis lege tres sancitos esse Deos per quos jurare liceret. Julius Pollux [4]. *τρεῖς Θεοὺς ὀμνύναι κελεύει Σόλων, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἑξακεστήριον.* Valesius [5] recte Græcos per tres Deos jurasse sed non eosdem ubique notat. Aristophanes Jovem Mercurium et Neptunum nominat [6]. Demosthenes [7] Jovem, Apollinem et Minervam, et alii alios.

[1] Jul. Poll. Onom. VIII. c. 9. §. 108.
[2] Reines. Var. Lect. III. 16.
[3] Cf. Schol. Aristoph. Nub. 37.
[4] Jul. Poll. Onom. VIII. c. 12. §. 142.
[5] Vales. ad Hesych. in voce.
[6] Aristoph. Nub. 1237. ubi cf. Spanh.
[7] Demosth. c. Med. p. 409.

Hunc lapidem quem Chandlerus secum in Britanniam attulit Societas Dilettanti dicta Museo Britannico dono dedit. Attamen eo tempore quo ego exscripsi in Musei Catalogo haud recensebatur.

T. 3.53

	ΤΟΣΟΦΕΝΕΤΟΝΘΑΡ	(vel, si Osanni lectio ΕΧΣΕΝΑΙ vera sit,
	ΤΕΝΔΕΛΡΑΦΕΝΕΝΑ	*θαι δὲ μὴ ἐξεῖναι . . .*)
	ΝΙΟΝΙΕΑΝΔΕΤΙΣΑ	*τος* (vel *τους*) *ὀφείλει τὸν θαρ . .*
	ΚΝΕΣΕΣΗΕΒΟΥΕΒΟ	(sed hæc linea corrupta est)
	ΕΣΑΛΟΝΤΟΝΔΕΗΟΙ	*τὴν δὲ γράφην ἐν α . . .*
	ΝΑΙΟΙΣΤΟΜΦΟΡΟΝ	*λιονι ἐὰν δέ τις ἀ . . .*
	ΚΑΤΕΣΜΕΝΥΣΕΟΣ.	*κλησης ἡ βούλη βου(λευσάτω . .)*
	ΦΟΡΟΚΑΙΤΟΠΕΡΥΣ	*ἐσαγόντων δὲ οἱ . .*
	.ΟΒΟΥΕΥΣΑΣΑΝΕΧ	*(Ἀθη)ναίοις τὸμ φόρον . . .*
	ΠΕΡΙΤΕΙΗΥΣΤΕΡΑ	*κα τῆς μενύσεως δ . . .*
	ΕΣΗΑΙΡΕΣΕΟΣΧΡΕ.	*φόρου καὶ τοῦ περυσ(ίου) . .*
		ὁ βουλεύσας ἀνεχ . . .
		περὶ τῇ ὑστέρᾳ . . .
		τῆς αἱρέσεως χρη . . .

Variantes lectiones e Pocockii apographo vix opus est annotare. Ita e. g. lineam quartam dedit ιλειχελιτοιδεν.

Nec Osanni lectiones hic exscribendas puto, cum, ut ipse fatetur, suum apographum ad meum correxerit. Utrumque tamen notandum est in linea decima prope finem dare pro N, H, et Pocockium postea pro Θ, O.

Class. III. Sect. II. Inscr. VII.

TAB. XXXII.

Chandler. II. 25.

Ita de hoc marmore Chandlerus. "Marmor infixum est supra in muro prope portam arcis exteriorem. Alio loco positum monstraret olim quantum aberat (abesset) portus ab ara duodecim Deorum. Hanc autem Pisistratus Hippiæ tyranni filius cum archon esset, in foro dedicavit."

Piræus quadraginta stadiorum intervallo ab urbe distabat, ut in ultima linea nostra inscriptionis traditur [1]. A duodecim Deorum ara viarum longitudinem sæpe computâsse Athenienses ab Herodoto [2] patet.

In hac inscriptione longæ vocales inducuntur; sed χσ pro ξ ponitur, quod nunquam alibi post Euclidem factum esse vidi.

[1] Cf. Diog. Laert. in Antisth. VI. Thucyd. II. 13. Cf. Meurs. Pir. c. 1.

[2] Herod. II. 7. De hac ara cf. Herod. VI. 108. Thucyd. VI. 54. Barbeyrac. Histor. Fœd. Part. I. p. 72. De XII. Diis cf. Aristoph. Av. 95. et Beck. p. 12. Paus. I. 3. 40.

Class. III. Sect. II. Inscr. VIII.

MARMOR ELGINIANUM V.

TAB. XXXII.

Pocock. Inscr. Antiq. p. 52. No. 42. Osann. Syllog. p. 11. No. 3. Mus. Cat. 286.

Pocockius hanc inscriptionem (Athenis repertam et hodie in Museo Britannico asservatam) multis mendis fœdatam pro more suo edidit. Paullum tamen refert cum marmor adeo mutilum sit ut nihil ex eo eruere possis. De tributo (*φόρῳ*) et iis qui tributum non solverant (*ὀφείλουσι*) agitur. Hos, ut videtur, publice ante Senatum accusandos esse statuitur. Aliter ac ego in quibusdam Osannus legendum putat. L. 5. ubi ego dedi **ΤΙΣ ΤΟΜ ΠΟΛΕΟΝ** sc. *τις τῶν πολέων* ille legit **ΕΙΣ ΤΟΜ ΠΟΛΕΜΟΝ**. Suæ lectionis oblitus est ut videtur vir eruditus infra ad lin. 14. ubi voce **ΕΣΑΛΟΝΤΟΝ** fretus nonnisi formam *ἐς* in antiquiori Attica dialectu usitatam esse statuit.

11.3.53

252 a

Google

[*To face page* 253.

TAB. XXXIII.

Class. III. Sect. II. Inscr. IX.

ΙΤΕΝΧΣΥΜΜΑΧΙΑΝ
ΟΝΚΝΕΑΝΔΡΟΣΧΣΕ .
Τ ΙΝΟΣ Ι ΝΕΟΣ ΦΟΚΟ . .
ΣΕΥΔΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΚ .
ΔΕΣΓΡΟΤΟΣΕΛΡΑΜΜ
ΝΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΑΘ
ΔΡΙΑΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥ
ΕΚΑΝΝΙ
ΑΙΑΘΕΝΑΙΟΙΣΚΑ .
ΟΜΟΣΑΝΤΟΝΑΘΕΝΑ
ΤΑΚΑΙΑΔΟΝΑΚΑΙΗ
ΔΙΟΝΡΕΛΙΝΟΙΣΚΑ
ΑΧΟΙΕΣΟΜΕΘΑΓΙΣ
ΥΡΟΙΚΑΙΑΒΝΑΒΕΣ
ΟΦΕΝΕΣΟ

. τὴν ξυμμαχίαν
ων Κλέανδρος ξε(νος)
nomina corrupta sunt.
(Αψ)εύδους ἄρχοντος, κ
. . . δης πρῶτος ἐγραμμ(άτευε)
(τῇ βού)λῃ καὶ τῷ δήμῳ Ἀθ(ηναίων)
. . . δρίας ἐγραμμάτευε
(εἶπ)ε Καλλίας
(σπονδὰς εἶν)αι Ἀθηναίοις κα(ὶ Ῥηγίνοις)
ὀμοσάντων Ἀθηνα(ίων)
(δικαι)α καὶ ἄδολα καὶ
(Ἀθην)αίων Ῥηγίνοις κα(ὶ)
(ξύμμ)αχοι ἐσόμεθα πιστ(οὶ)
(ἰσχ)υροὶ καὶ ἀβλαβεῖς
. . . . . .

Class. III. Sect. II. Inscr. IX.

MARMOR ELGINIANUM VI.

TAB. XXXIII.

Osann. Syllog. p. 8. Mus. Cat. 282.

Fœdus inter Athenienses et Rheginos in hoc lapide (Athenis reperto) exhibetur. Jam Viscontius[1] e Thucydidis loco[2] Rheginos cum Atheniensibus antiquo fœdere junctos esse ostendit. Cum autem vix dubium sit quin in marmore nostro Apseudes Archon memoretur, Apseudes autem Ol. lxxxvi. 4. Archon esset, illo demum anno fœdus renovatum, et nostrum marmor inscriptum esse arbitror. In marmore autem adeo mutilo aliquid pro certo venditare periculosum esset.

Osannus inscriptionem restituere conatus est, cui tamen pessime res cessit. Ita prima verba legit.

ι τὴν ξυμμαχίαν τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Ρηγίνων Κλέανδρος Ξενοφίλου . . . . . Ρηγῖνος Σειληνὸς Φοκο . . . ἐπὶ Ἀψεύδους ἄρχοντος Κεκροπίδος πρυτανευούσης Σωτάδης πρῶτος ἐγραμμάτευεν . . . . ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ Ἀθηναίων.

At debuit videre Osannus nullius Rhegini nomen in hunc locum injici posse, cum manifesto hic decretum populi de fœdere cum Rheginis sanciendo memoretur.

[1] Visconti Two Memoirs, &c. [2] Thucyd. III. 86. Cf. quoque p. 158. [3] Thucyd. VI. 50, 51.

Alienigenis autem nihil erat cum plebis Atheniensis scitis.

Postea autem ita legendum putat Osannus.

σπονδαὶ Ἀθηναίοις καὶ Ρηγίνοις.

Hæc autem fœdera plerumque infinitivo modo concipiuntur[1]. Debuit ergo σπονδὰς εἶναι.

Deinde lineam 11. ita legit.

.... τα καὶ ἄδολα, καὶ ἑταῖροι ....

Sed in hujusmodi formulis plerumque legitur

δίκαια καὶ ἄδολα καὶ ἀβλαβῆ.

Ergo quod et in meo et Osanni apographo extat TA mendosum esse et IA legendum puto. T et I in titulis tam mutilis vix inter se differunt.

[1] Cf. supra hujus Sect. Inscr. V. Thucyd. V. 18. 47.

11. 3. 53

254.

gitized by Google

[*To face page* 255.

TAB. XXXIV.

CLASS. III. SECT. II. INSCR. X.



L. 5. ΛIOSKAITA..A. Osann.

L. 6. Primam literam Osannus P esse putat, quod forsan verum.

L. 9. Post O Osannus legit P, et primam lineæ literam I omittit.

L. 11. Hanc lineam ita legit Osannus ENANTI . NT.

L. 12. Pro Ξ, Osannus H habet dicens, "Primum legeram ΞETAIPOI, at hoc falsum." Sed proculdubio Ξ est in lapide. Postremam literam omittit.

L. 13. Ad finem N addit.

L. 14. Osannus hic legit

EMKATAVAPI

et l. 15. ONΔE.ΓYT utrobique mendose.

Class. III. Sect. II. Inscr. X.

MARMOR ELGINIANUM VII.

TAB. XXXIV.

Osann. Syllog. p. 3. Mus. Cat. 288.

En! lapidem misere mutilum, minime autem negligendum quum summam præ se vetustatis speciem ferat, id quod e litterarum formis cuivis satis patet. Fœdus inter Athenienses et Erythæos exhibere videtur. Tres ut videtur urbes fuere quibus nomen erat Erythris, in Ionia[1], in Bœotia[2], in Africa. Ad primam vix dubito quin hoc fœdus respiciat, cum omnes Ioniæ civitates Atheniensibus fuisse tributarias post Ol. lxxvii. usque ad Ol. xcii. satis cognitum sit. Quod ætatem lapidis attinet nihil certi profecto statui potest. Attamen haud longe a Nointeliani marmoris primi abesse judico. Litteræ ejusdem prope formæ sunt at aliquanto rudiores.

Ἐπίσκοποι et φρούραρχοι in inscriptione memorantur. Episcopi iidem prope ac Lacedæmonii Harmostæ fuisse videntur, ministri sc. in civitates tributarias missi ut omnia ad Atheniensium voluntatem dirigerent[3]. φρουρά

[1] Cf. Paus. VII. 3, 4. Athen. VI. 258. F. Müller. Geschicht. p. 399.

[2] Cf. Schol. Thucyd. III. 24. Müller. Geschicht. p. 213. 489.

[3] Cf. Schol. Aristoph. Av. 1023. Suid. in voce, et alios Lexicog. Böckh. Tom. I. 168, 256, 457.

de custodia urbibus cum captis tum tributariis imposita dicitur [1].

Hic lapis Athenis repertus in Museo Britannico asservatur.

[1] Cf. Xenoph. Hell. IV. 2. 5. V. 2. 24.

[*To face page* 257.

TAB. XXXV.

Class. III. Sect. II. Inscr. XI.

ΕΔΟΧΣΕΝΤΕΙΒ
ΤΕΥΕ . ΜΙΚ .ΘΟ
ΕΚΤΟΝΑΛΟΝΕΘ
ΟΣΑΡΧΙΤΕΚΤ
ΑΘΕΝΑΙΟΝΜΙ
ΟΣΙΣΥΝΙΣΤΑΜ
ΣΙΑΣΗΟΑΡΧΙΤΕ
ΝΤΟΜΕΝΚ . ΙΤΕ
ΝΕΡΛΟΝΟΣΑΔ
ΤΑΚΑΙΚΑΥ

Legendum videtur,

ἔδοξεν τῇ β(ουλῇ καὶ τῷ δήμῳ . . . . . ἐγραμμά}
τευε (Σ)μίκυθο(ς . . . . . ἀρχιτ}
έκτων ἀγωνοθ . . . . . .
(τ)οὺς ἀρχιτέκτ(ονας
Ἀθηναίων . . . . .
ονσι συνισταμ . . . . .
σιας ὁ ἀρχιτέ(κτων . . . .
ν τὸ μὲν κ . ιτε . . . . . τῶ}
ν ἔργων ὅσα δ . . . . . .
τα καὶ καλὰ.

Class. III. Sect. II. Inscr. XI.

MARMOR ELGINIANUM VIII.

TAB. XXXV.

Osann. Syll. p. 32. Mus. Cat. 159.

Hanc epigraphen Atheniensem (hodie in Musco Britannico asservatam) ad publicum quoddam opus ab Atheniensibus suscitatum referri debere satis patet. Quamvis mutila sit, aliqua tamen habet animadversione haud indigna. Notandum est hic HOAPXITE(KTON) pro eo quod expectavisses HAPXITE(KTON) scribi; et postea vocem ΟΣΑ aspiratione omnino privari. Quis Atheniensium inconstantiam in hac re non jure miratur? Marmor ante orthographiam emendatam inscriptum esse multa ostendunt. H e. g. pro aspiratione, breves vocales pro longis, ΧΣ pro Ξ.

Osannus Ulpianum[1] publicanos æris theorici a spectatoribus in theatro solvendi *ἀρχιτέκτονας* appellari docentem advocans, hanc inscriptionem quæ *ἀγωνοθέτας* memorat rem Scenicam spectare putat. In linea secunda legit TEYE ΜΙΚΥΘΟ et postea mendose ΝΕΡΔΟΝΟΣΑΔ.

[1] Ulpian. ad Demosth. 1 Olynth. p. 13. Ed. Wolf. Cf. Böckh. Tom. I. p. 287.

Class. III. Sect. II. Inscr. XII.

MARMOR ELGINIANUM IX.

TAB. XXXVI.

Bockh. Tom. II. p. 210. Osann. Syll. p. 38. Mus. Cat. 200.

Hic lapis hodie in Museo Britannico exstat, sed mutilus admodum atque tritus. Quod nisi ita esset, nescio an alius quivis lapis magis ad œconomiæ Græcæ cognitionem prodesset. Agitur enim in hac inscriptione, ut videtur, de Hellenotamiarum impensis, pecuniaque ab iis accepta. Ex ipso autem lapide hodie nihil erui potest, nec alius quisquam ejusdem generis extat cujus ope nostrum expleamus. Fourmontius quæ reliqua sunt in lapide Athenis exscripsit, sed apographum, ut videtur, in duabus chartulis exaraverat unde Böckhius (qui primus edidit) pro diversis titulis habuit. Fourmontii quoque apographum mendis respersum Böckhium in quibusdam fefellit.

Quæ in hoc marmore ad Palæographiam utilia sunt, nemo non videbit.

[To face page 258.

11.3.53

TAB. XXXVI.

Class. III. Sect. II. Inscr. XII.

```
                                                    ...C...I...ON
      IANKYVEE.A.A.                                 .TX.HH.
      H.ΔΔΔΔΓΓIIHETEPO                              PAYPION
25    ΑΣΤΑΘΜΟΝΧΓΗΗΕΤ                                ..ONHO.
     ΣΤΑΘΜΟΝΗΗΗΗΓΓΓΗΗΗ                             ATONΓPO
      EΓETEO.OAYTOIX                                TX...ΓΓ
     IΓΓΟΘΟΝΤΙΔΟΣΓΡΥΤΑ                             OAYTOIX
         AVOΓEKEEIΓOVY                              APAYPIOX
30          MEΛAΓONTOΣ                             HIII.AΘENA
          EΔEXΣAMENHΓΔΔ                             TEIOHOA
          .....Y.OIXΣYNE                            ..APAY
               EΣAPAYPION                           I.ΣYM
     K         EPIΓOVIΣ                             OAPAY.
35   ΓAPEΔOMENEMΓ                                   ΣKAI..
```

Google

11.3.53

Google

[*To face page 259.*

TAB. XXXVII.

ΝΕΟΠΟΥΙΤΑΙ

Class. III. Sect. II. Inscr. XIII.

TAB. XXXVII.

Chandl. II. 23. Cf. Böckh. Tom. I. p. 432.

Hæc inscriptio a Chandlero prope Moscheæ porticum reperta *φόρου* sive tributi exacti rationem continet. Si ad nos usque integra pervenisset, ejus ope forsan id ipsum didicissemus quod hodie omnino latet, quantum nempe tributi singulæ civitates pendere solerent. Hanc omnem rem Böckhius summa doctrina tractavit.

Class. III. Sect. II. Inscr. XIV.

TAB. XXXVIII.

Böckh. Tom. II. p. 206.

Hoc fragmentum Athenis exscripsit Fourmontius in ecclesia *τῆς Σωτήρας Κατάκης*, et ex ejus schedis edidit Böckhius. Quantum e relliquiis conjicere liceat, inscriptio, modo integra esset, nonnihil lucis civili Atheniensium œconomiæ offudisset. Hodie non nisi ad Palæographiam prodest. Quam mendose Fourmontius exscripserit, omnes videbunt.

[To face page 260.

TAB. XXXVIII.

Class. III. Sect. II. Inscr. XIV.

. ΕΗΓΓΓ . ΑΣΔ . . . . ΛΧΜΕΙΙΝΟΣ .
ΚΑΙΤΟΣΤΟΧΣΟΤΑΣΤΟΣΤΕΑΣΤ .
ΕΣΟΒΟΖΟΣΤΟΕΝΙΑ . .ΟΑΠΟΤΟ . .
ΕΚΓΡΑΤΤΟΝΤΟΝΔΕΗΟΙΔΕΜΑΡ .
ΕΣΤΟΥΕΧΣΙΑΡΧΙΚΟΝΛΡΜΜΑΤ .
. ΡΟΧΣΑΡΧΟΙΓΑΡΑΤΟΝΤΟΧΣΟΣ. . :
ΟΔΙΔΟΣΙ ΕΚΓΡΑΤΤΟΝΚΑΙ . . . .
ΓΟΔΙΔΟΑΣΙΝΓΑΡΑΤΟΥΤΟΝΕΚ . . .
ΗΕΑΕΙ ΒΟΥΕΥΟΣΑΣΦΟΝΑΥΤΟΝ

11.3.5

CLASS. IV.

[*To face page* 263.

Secundum CLARKIUM.

ΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕΙ
ΟΥΘΙΩΑΓΧΙΑΡΟΣΕΥΜΕΙΛΟΤΑΜΙ
ΣΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΧΗ
ΣΑΠΕΔΩΚΑΑΠΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑΦΩ
ΕΔΑΤΩΝΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝ
ΑΤΟΠΤΑΩΝΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣ
ΟΥΓΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΕΙΜΕΝΑΣΠΑΡΕΥ
ΡΟΝΑΚΗΦΙΔΙΑΝΚΗΠΑΣΙΚΛΕΙΝΟΝ
ΗΤΙΜΟΜΕΙΛΟΝΦΩΚΕΙΑΣΗΔΑΜΟ
ΕΛΕΙΝΛΥΣΙΔΑΜΩΚΗΔΙΩΝΥΣΙΟΝ
ΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙΑΚΑΤΤΟΨΑ
ΙΣΜΑΤΩΔΑΜΩΜΦΙΨΓΕΤΡΙΙΙ
ΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΑΛΑΛ

Class. IV. Inscr. I.

INSCRIPTIO ORCHOMENIA I.

TAB. XXXIX.

Meletius Geog. p. 342. (ed. 1728.) Walpole, p. 469. Clarke Itin. Tom. VII. p. 190. Visconti Catal. Marm. Elgin. p. 155. Böckh. Tom. II. p. 355.

Marmor triplici Epigraphe insigne Orchomeni repertum nunc in Museo Britannico asservatur. Dobræus pauca sed eximia de tribus hisce inscriptionibus cum Clarkio communicavit. Ad eandem rem omnes pertinere docet. Eubulus scilicet Orchomeniis mutuam dederat pecuniam cujus pars quædam mense Theluthio soluta est. Hoc facto syngraphas quæ apud Euphronem et alios servabantur irritas faciendas, novasque scribendas esse plebs statuit. Syngraphæ novæ, ut ex inscriptione secunda patet, apud Sophilum et alios servabantur, et quod reliquum erat pecuniæ soluto, hæ quoque eodem modo quo priores irritæ factæ sunt. Postea in inscriptione tertia Orchomenios ut Eubulo benefactori suo per quatuor annos boves atque pecudes in publicis urbis agris pascere liceret decrevisse traditur. Toto cœlo aberrat Viscontius qui in hoc marmore fœdus de pascuis inter Elateos et Orchomenios contineri putat. Böckhius eodem fere modo quo Dobræus rem explicat, addens Eubulum, quo tempore mutuam Orchomeniis pecuniam dederit, ab iis vicissim pascua quasi pignus accepisse.

INSCRIPTIO I. 1.

Θυνάρχω[1] ἄρχοντος, μεινὸς[2] Θει[3]
λουθίω, Ἀρχίαρος[4] Ἐνμείλο ταμί
ας Ἐυβώλυ[5] Ἀρχεδάμω Φωκεῖι χη[6]
ος ἀπέδωκα ἀπὸ τᾶς σουγγράφω[7]
πέδα[8] τῶν πολεμάρχων[9] κὴ[10] τῶν
κατοπτάων[11], ἀνελόμενος[12] τὰς

[1] Hanc formam genitivi Doricam esse docet Johannes Gramm. p. 381. Cf. Theoc. I. 67. VII. 149. Rarior est forma Ἐυμείλο vel Ἔυμειλο.

[2] μεινὸς. Koenius ad Gregor. de Dial. Att. xxx. (p. 75. ed. Schæfer.) ἐποίεσεν e Sigea inscriptione, δεείση e Testamento Dorico apud Gruter. CCXIX. advocat. Μεὶς pro μὴν extat apud Pind. Nem. V. 82. Homer. Iliad. T. 117. Herod. II. 82. Cf. Eustath. p. 1174. l. 19. ubi Æolum, et p. 1142. ubi Bœotorum hanc formam esse dicit. Æolum linguæ tribuit Gaza II. p. 129. Etymologici auctor p. 583. l. 4. ad Dores pertinere putat. Idem mutationem vocalis η in ει Dorum esse docet, p. 660. l. 50. Æolum autem p. 675. l. 30. Tzetzes ad Hesiod. p. 127. A. μεὶς Æolum esse dicit. Θείβαθεν et Θείβαθι leguntur in Bœoti Sermone apud Aristoph. Ach. 862. et 868. Infra Ἐνμεῖλο pro Ἐνμήλου, et Θειλουθίω pro Θηλυθίου.

[3] Theluthius mensis in inscriptione Megarensi, sive (auctore Müllero) Chœronensi, memoratur, ubi tamen Θηλούθιος scribitur. Cf. Murator. Tom. I. p. CXI.. II. p. DXCI. Cyriac. Ancon. p. 53. Num. 221. Müller. geschichten Hellenischer Stämme I. p. 475. In qua inscriptione (ut id obiter moneam) collatis omnibus apographis ita legendum esse censeo. Ἐνγέδονος ἄρχοντος, μῆνος Θηλουθίου πέντε καὶ δεκάτῃ, Πόλις Κοάτονος ἀνατίθησιν τὴν ἰδίαν θεράπαιναν Καμάρειναν τῇ Ἀρτεμίδι. Mensem Theluthium eundem ac Thalusium esse statuunt Böckhius (Tom. II. p. 375.) et, eo referente, Buttmannus. Thalusius a ludis Thalysiis (cf. Schol. Theoc. Idyll. VII. 3.) dictus est.

[4] Ἀρχίαρος pro Ἀρχίερος, α pro ε posito quod in hoc dialecto vulgare. Cf. Etymol. p. 671. l. 29. ἰαρὸς pro ἱερὸς in tabb. Heracl. Plura exempla congessi supra p. 39.

[5] Ἐυβώλυ. De ω pro ου supra dixi. Quod alteram formam attinet, sc. υ pro ῳ, Apollonius certe Bœotos ἐμοὶ διὰ τοῦ υ, ἐμὺ συνήθως καθότι καὶ τὸ καλοὶ, καλύ dixisse tradit (p. 555. ad calc. Maitt. de dial. ed. Sturz.) et vix dubium quin Bekkerus recte in ejusdem (p. 556.)

Thynarcho archonte, mense Theluthio,
Archiarus Eumeli filius Quæstor
Eubulo Archedami f. Phocensi
debitum absolvi secundam syngraphan
una cum Polemarchis et
inspectoribus, cum irritas fecissem

de voce *οἱ* loco ita legendum moneat. *Ἀιολεῖς σὺν τῷ* F. *Φαίνεται* F*οῖ κῆνος. Σαπφώ. Βοιωτοὶ συνήθως εἰς τὸ υ μεταλαμβανουσιν*, ubi editur *εἰς τὸ ε*. Hujus rei in hac classe permulta exempla videmus. Et cum vetus forma dativi *Ἐυβούλοι* esset, ultimæ syllabæ mutatio etiam post dativi formam mutatam manebat. Quod si minus verum cuivis videbitur, ita forsan hanc rem explicabit. Æoles (teste Gregorio de d. Æol. §. 31. p. 607. ed. Schæf.) nunquam *ἰῶτα* in dativo casu aut subscribere, aut adscribere solebant. Bastius autem et Koenius (ad Gregor. de d. Æol. §. VII. p. 586.) ex Orione Thebano (apud Etymol. M. p. 87. 31. et Arcadii libro M. S.) Æoles *υ* pro simplici *ω* dixisse notavere.

[6] Pro *χηος*, quod in lapide pluribus esse videtur manifesto *χρέος* reponendum, et ita Böckhius. Nescio autem annon in lapide sit ΧΡΙΟΣ et ita Dobræus.

[7] *συγγράφω*. Etymol. Magn. p. 632. 61. *Οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τότε πλεονάζουσι τῷ υ στοιχείῳ τὸ ο, ἡνίκα τὸ υ οὐχ ὑποτάσσηται φωνήεντι*: Cf. Koen. ad Gregor. de dial. Ion. §. 9. (p. 380. ed. Schæf.) Priscian. p. 554. Valck. ad Theoc. p. 279.

[8] De hoc Æolismo (*πέδα* pro *μετὰ*) cf. quos laudat Valckenaer. ad Eur. Phœn. 1034.

[9] Polemarchus summi quoque honoris apud Thebanos nomen erat.

[10] *κὴ* pro *καὶ*, quod in hoc marmore vulgare. Infra *χημωνεῖα, ὀφειλέτη*, κ. τ. λ. Etymol. Magni auctor (p. 32. l. 6.) *ἀρχηὸς, παληὸς, Ἀχηὸς* apud Bœotos dici notat *κατὰ τροπὴν τῆς εἰ διφθόγγου εἰς ἦτα* ubi legendum *τῆς αἰ διφθόγγου* videtur. Cf. Eustath. p. 365. l. 27.

[11] *Κατοπτάων*. *Κατόπτην* eundem ac *νομοφύλακα* esse putat Böckhius. De hac forma genitivi cf. Etymol. M. p. 40. 56.

[12] *ἀνελόμενος τὰς συγγραφὰς*, "irritas faciens, Bud. 153." Walpole. *Ἀναιρεῖται συγγραφήν* qui pecuniam debitam solvit; et syngraphan in suas manus accipit (*ἀναιρεῖται*). "Cf. Demosth. c. Phorm. p. 916. 10. Id. c. Olympiodor. p. 1180. 6. Herald. Animadv. in Salmas. Obss. ad J. A. et R. II. 6. 11." Böckh. Poll. VIII. 140. *Συγγραφὴ, συνάλλαγμα, συμβόλαιον, γραμματεῖον, συνθήκη ἔγγραφος, ὁμολογία ἔγγραφος*. Vox sæpe apud Demosthenem reperitur eodem sensu quo in hoc marmore. Æsch. adv. Timarch. p. 69.

σονγγράφας τὰς κίμενας[1] παρ' Ἔυ
φρονᾳ κὴ Φιδίαν[2], κὴ Πασίκλεινον
κὴ Τιμόμειλον Φωκεῖας, κὴ Δαμο
τέλειν[3] Λυσιδάμω, κὴ Διωνύσιον
Καφισοδώρω Χηρωνεῖα καττὸ ψά
φισμα τῶ δάμω[4].

(ed. Tayl.) ὅστις μὴ κατὰ συγγραφὰς ἐμισθώθη. Eodem sensu verbo συγγράφεσθαι utitur Xenophon. Iπ. 2, 2. Taylorus Demosthenis (de Fals. Leg. p. 174.) verba (αὐτὸς ἐγὼ συγγραψάμενος καὶ καταστήσας ἐμαυτὸν ὑπεύθυνον, μαρτυρήσω) male, me judice, explicavit. "Ejusmodi" ait, "testimonium videtur in scripta referri, et obsignari, (ideoque fieri dicitur κατὰ συγγραφήν) ut adversarius quandocunque vellet, litem falsi testimonii intendere posset adversario." Nisi fallor, qui συγγραψάμενος ἐμαρτύρησε, syngraphum conscripsit in qua pecuniæ summam se soluturum esse pollicitus est, si testimonium falsum esset, aut si die constituto ad ea quæcunque dixisset confirmanda haud præsto esset. Ejusmodi rem apud nostrates quotidie factam omnes sciunt.

[1] κιμένας. I pro ει in hoc marmore sæpius ponitur. Φιδίας, ἀπέχι, ἄρχι, Ἐλατίη, ἐπιδεὶ (ἐπειδὴ) cum aliis, hujus farinæ sunt. Morem haud tangunt scriptores de Dialectis. Proprius forsan erat aut Bœotorum aut Orchomeniorum.

[2] Euphron cum sequentibus Mensarii; Phoceenses autem, et Chœronœensis hospites Orchomenii fuisse Böckhio videntur. Idem recte Demotelem Orchomenium fuisse statuit.

[3] Δαμοτέλειν. In sequenti inscriptione Δαμοτέλιος videmus quod vulgari Bœotismo pro Δαμοτέλεος positum Böckhius putat. Et profecto haud dubium quin nominativus Δαμοτέλης esset, cujusmodi nomina haud raro accusativum per ην formant. Cf. Math. §. 79. Hic ergo ut supra ει pro η scribitur.

[4] Ad finem Epigraphes ponuntur numeri quidam, quantum pecuniæ solutum esset ostendentes. Nisi fallor summa 16163 Drachmarum significatur, et ad finem partis secundæ summa 5283 Drachmarum cum obolo atque semi-obolo. Sed cf. quæ in Prolegomenis dixi.

Syngraphas quæ servabantur apud
Euphrona et Phidiam, et Pasicleinum
et Timomelum Phoceenses, et
Demotelem Lysidemi f. et Dionysium
Cephisodori f. Chæronensem, e
decreto plebis.

Inscr. I. 2.

Θυνάρχω ἄρχοντος, μεινὸς Ἀλαλ
κομενίω [1], Fάρνων Πολυκλεῖος
ταμίας ἀπέδωκε Ἐυβώλυ Ἀρχε
δάμω Φωκεῖι ἀπὸ τᾶς σουγγρά
φω τὸ κατάλυπον [2], καττὸ ψάφισμα
τῶ δάμω, ἀνελόμενος τὰς σουγ
γράφως τὰς κιμένας πὰρ Σώφι
λον κὴ Ἔυφρονα Φωκεῖας, κὴ πὰρ
Διωνύσιον Καφισοδώρω Χηρωνεῖ
α κὴ Λυσίδαμον Δαμοτέλιος, πέ
δα τῶν πολεμάρχων κὴ τῶν κατο
πτάων...

[1] Ἀλαλκομενίω. Mensis a sacris Minervæ Ἀλαλκομενηίδος in Alalcomena oppido Bœotiæ habitis dictus. Cf. Pausan. IX. 33. Stephan. in voce. Annus Bœotius a novilunio post solstitium hibernale, i. e. a Gamelione, mense septimo anni Attici incipiebat, quod in quinta sua dissertatione e Plutarcho ostendit Dodwellus, qui (§. 23.) Alalcomenium mensem Mœmacterioni respondisse putat, atque igitur decimo loco constituit. Cf. Corsin. F. A. Tom. II. p. 409. Barthelemius autem Mœmacteriona quintum Atticorum mensem esse satis ostendit. Cf. Mem. de l'Acad. des Inscript. Tom. XLVIII. p. 395. et supra p. 132. Alalcomenius ergo undecimus mensis Bœotorum erat.

[2] κατάλυπον pro κατάλοιπον. Cf. quæ prius e Böckhio dedi de mutatione diphthongi οι in υ. Ejusdem generis in sequenti inscriptione sunt ἵππυς, προβατυς, κ. τ. λ.

Cum hæc inscriptio eadem prope sit ac præcedens, interpretatione haud opus esse duxi.

INSCR. I. 3.

Ἄρχοντος ἐν Ἐρχομένυ[1] Θυνάρχω, μεῖ
νος Ἀλαλκομενίω, ἐν δὲ FΕλατίη Με
νοίταο Ἀρχελάω μεῖνος πράτω[2]. ὀμο
λογ(ί)α Ἐυβώλυ FΕλατιῆυ[3] κὴ τῆ πόλι Ἐρ
χομενίων. Ἐπιδεὶ κεκόμιστη Ἔυβω
λος πὰρ τᾶς πόλιος τὸ δάνειον ἄπαν,
κάτ τας ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυ
νάρχω ἄρχοντος μεῖνος Θειλουθίω,
κὴ οὐτ[4] ὀφείλετη αὔτο ἔτι οὐθὲν[5] πὰρ τὰν
πόλιν[6], ἀλλ' ἀπέχι πάντα πέρι πάντος,

Eadem inscriptio prout a Dobræo legitur atque constituitur.

Ἄρχοντος ἐν Ὀρχομενῷ Θυνάρχου, μη
νὸς Ἀλαλκομενίου, ἐν δὲ Ἐλατείᾳ Με
νοίτου Ἀρχελάου, μηνὸς πρώτου. Ὁμο
λογία Ἐυβούλῳ Ἐλατειαίῳ καὶ τῇ πόλει Ὀρ
χομενίων. Ἐπειδὴ κεκόμισται Ἔυβου
λυς παρὰ τῆς πόλεως τὸ δάνειον ἅπαν
κατὰ τὰς ὁμολογίας τὰς τεθεισας Θυ
νάρχου ἄρχοντος μηνὸς Θειλουθίου
καὶ υὐκ (qu.) ὀφείλεται αὐτῷ ἔτι οὐδὲν παρὰ τὴν
πόλιν, ἀλλ' ἀπέχει πάντα περὶ παντὸς,

[1] Ἐρχομένυ. E pro O Dores haud raro posuere. (Cf. Eustath. ad Iliad. B. p. 183.) quod quoque Æoles fecisse notat Gregorius (de d. Æ. §. 22.) (ubi cf. Koen.) et Priscianus (p. 553. ed. Putsch.) hæc habens. "Antiqui *compes* pro *compos*, in quo Æoles sequimur, illi enim *ἐδόντα* pro *ὀδόντα* dicunt." Eustathius ubi supra et Festus Ἀπέλλων pro Ἀπόλλων et *Apello* pro *Apollo* dici notant. Cf. Aul. Gell. VII. c. 9.

Thynarcho Orchomeni Archonte, mense
Alalcomenio; Elatææ autem Menœta
Archelai f. mense primo; pactio *facta* est
inter Eubulum Phoceensem et civitatem
Orchomeniorum; quum acceperit Eubulus
a civitate omnem pecuniam sibi debitam
secundum pactiones factas
Thynarcho Archonte, mense Theluthio,
et nihil ei amplius jam debeat civitas,
is autem omnia habeat ab omni parte,

Ita *Τρεφωνίοι* in Inscr. ad calc. Inscr. II. hujus Classis. Sed forsan (id quod Böckhio videtur) oppidum aut Erchomenus aut Orchomenos dicebatur. Nummi multi extant in quibus scribitur EPX. vel EPXO. e quibus, teste Eckhelio, (Numm. Vet. II. p. 190.) aliqui haud distantis ævi esse videntur. Eckhelius autem has literas male explicavit, cum magistratum denotare putaret. Eandem Orthographiam in aliis quoque hujus Classis inscriptionibus Lector notabit. Böckhius quoque *Ἐρχομενοῦ* (in Olymp. XIV. 2.) in MS. Vatican. legi dicit. Müllerus (Geschichten Hellenischer Stämme Tom. I. p. 129. n.) Erchomenum pro antiqua forma habet.

[1] *μεινὸς—πράτω.* Elatææ, ut videtur, anni initium duobus mensibus quam Orchomeni maturius erat.

[2] ϜΕλατιῆν Dobræus pro *Ἐλατειαίῳ* accipit, Digamma sc. præposito, vocali *ι* pro *ει*, *η* pro *αι* et *ν* pro *ψ* positis, quorum omnium exempla supra videmus. Böckhius contra ϜΕλατιῆϊ legendum putat.

[4] *οὐτ* falso, credo, a sculptore pro *οὔκ*, et ita Böckhius.

[5] *οὐθὲν.* *θ* pro *δ*, et *δ* pro *θ* ab antiquis invicem ponebantur, teste Eustathio p. 1841. l. 23. qui *οὐθὲν* pro *οὐδὲν* Æolum linguæ tribuit.

[6] *πάρ τὰν πόλιν.* Mihi quidem nihil in his marmoribus hac phrasi notabilius videtur. In hodierna Græcorum lingua accusativus multis præpositionibus subjicitur quibus in antiqua lingua nonnisi genitivum postpositum esse vulgo creditur. Hodiernam autem linguam a veterum lingua vernaculari derivari credibile est, quam præcipue Æolicam esse vix dubium est. Hic autem præpositioni *παρὰ* accusativum subjectum videmus. In superioribus accusativus eidem præpositioni subjicitur ubi dativum expectares.

κὴ ἀποδεδόανθι[1] τη πόλι[2] τὺ[3] ἔχοντες
τὰς ὁμολογίας, εἶμεν ποτὶ δεδομέ
νον χρόνον Ἐυβώλυ ἐπινομίας[4], Fέτια
πέτταρα[5], βούεσσι σὺν ἴππυς[6] διακα
τίης[7] Fίκατι[8], προβάτυς σὺν ἤγυς[9] χει
λίης· ἄρχι[10] τῶ χρόνω ὁ ἐνιάυτος ὁ μετὰ
Θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίυς· ἀπο[11]
γράφεσθη δὲ Ἔυβωλον κατ' ἐνίαυτον
ἔκαστον πὰρ τὸν ταμίαν κὴ τὸν νομώ

καὶ ἀποδεδώκασι τῇ πόλει οἱ ἔχοντες
τὰς ὁμολογίας. Εἶναι πρὸς δεδομέ
νον χρόνον Ἐυβούλῳ ἐπινομίας, ἔτη
τέτταρα, βουσὶ σὺν ἵπποις διηκο
σίαις εἴκοσι, προβάτοις σὺν αἰξὶ χι
λίαις. Ἄρχει τοῦ χρόνου ὁ ἐνιαυτὸς ὁ μέτα
Θύναρχον ἄρχοντα Ὀρχομενίοις. Ἀπο[11]
γράφεσθαι δὲ Ἔυβουλον κατ' ἐνιαυτὸν
ἕκαστον παρὰ τὸν ταμίαν καὶ τὸν νομώ

[1] ἀποδεδόανθι. Dores τι pro σι in tertia persona plurali scribunt, et ν inserunt. φὸηκαντι Theoc. I. 42. ἐστάκαντι. Id. XV. 82. Cf. Heracl. apud Eustath. p. 1557. 45. Hic autem proprio, ut videtur, Bœotorum usu, θ pro σ scribitur. Infra ἴωνθι pro ἴωντι sc. ἔωσι, ὦσι, et ita in seqq. inscriptionibus. Forma δέδοα pro δέδωκα notabilis est. Cf. Matth. Gram. Gr. §. 183. 7.

[2] πόλι. Cf. Fisch. ad Well. Tom. I. p. 406. Hanc formam Ionibus plerique tribuunt. Cf. præter Fischerum, Math. §. 80. Obs. 2.

[3] τὺ. τοι pro οἱ apud Dores vulgare. Tum ν pro οι hic ponitur. Cf. quæ supra ex Apollonio post Böckhium notavi.

[4] ἐπινομίας. Böckhius aliter hunc locum constituit. εἶναι προσδεδόμενον χρόνον ἐπὶ νομίας, i. e. ἐπὶ τὰς νομὰς.

[5] Fέτια πέτταρα. De ἔτος cf. supra p. 36. ι pro ε sæpe ponitur in his et sequentibus inscriptionibus ut in ἴωνθι, Δαμοτέλιος in hoc marmore, αὐλίοντος infra in hac Classe in Add. ad Inscr. III. No. 3. Σωκράτιος infra Inscr. III. Apollonius

tradiderintque civitati, qui servabant,
pacta ; *decretum est* esse pro stato
tempore Eubulo jus pabulationis *in publicis agris*, per
quatuor *sc.* annos ; bobus cum equis ducentis
et viginti, mille ovibus cum capris ;
Hujus temporis initium est annus post
Thynarchum Orchomeni archontem. Inscribere
autem *oportet* Eubulum, annis
singulis, apud Quæstorem et pascuorum conductorem

autem (p. 563. ad calc. Maitt.) hanc mutationem Bœotorum ac Ionum esse dicit.

πέτταρα. In Dialectis multum variatur hic numerus. τέτταρες sive τέτορες extat apud Theoc. XIV. 16. Tim. Locr. p. 9, 10. 16, 21. quod etiam legitur in Anthol. T. I. p. 131. ed. Brunck. et Hesiod. Op. 698. πίσυρες. Iliad. O. 680. ψ. 171. ω. 233. Od. ε. 70. π. 249. Nicand. Theriac. 260. Tum Heyschius. πέσσυρες, πέσσαρες. Αἰολεῖς. cui genti vocem πέτορες tribuit Hemsterh. ad Poll. IX. p. 1059. τέτορες sæpe in tabb. Heracl. e. g. fr. Br. 14. l. 32. 67. 98.

[6] βουέσσι σοὺν ἵπποις. Equas pro bobus pascere Eubulo licuit, modo plures numero præstituto haud mitteret.

[7] ὀιακατίης. Hanc formam quæ sæpius in tabb. Heracl. occurrit (e. g. fr. Brit. 23. 37. 45. 46.) apud nullum auctorem, aut Grammaticum se invenisse testatur Maittairius, quem reprehendit Mazochius τριακάτιος ex Hesychio advocans, nescio an recte. Eodem modo quo pro διακόσιοι, διακάτιοι dicitur, εἴκατι quoque pro εἴκοσι.

[8] Ϝίκατι. Ita sæpe in tabb. Heracl.

[9] ἤγυς sc. αἴγοις pro αἰξίν. Notum est Æoles sæpe τὰς γενικὰς εἰς εὐθείας μετάγειν solitos esse, (Gregor. de d. Æol. §. 17.) et e. g. pro ὁ μάρτυρ τοῦ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου dixisse. Ita ἡ αἴγος pro ἡ αἴξ. Cf. Gram. apud Eustath. p. 279. 39.

[10] Bene Walpolius contulit Decret. Corcyr. apud Montfauc. Diar. Ital. p. 415. Μηνὶ Ἐυκλείῳ τῷ μετὰ πρύτανιν Ἀριστομένη.

[11] Quod hic jubetur, Romanam quoque legem jubere e Varrone (de R. R. II. 1.) notavit Böckhius. "Ad publicanum profiteantur, ne si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant." Cf. Burmann. de Vectigal. P. R. 4. et Kuhn. ad Jul. Poll. IV. 31.

ναν[1], τά τε καύματα[2] τῶν προβάτων κὴ τᾶν ἤγων κὴ τᾶν βούων κὴ τᾶν ἵππων κἤ κα τινα ἄσαμα ἴωνθι, κὴ τὸ πλεῖθος. μεὶ ἀπογραφέσθω δὲ πλείονα τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ σουγχωρεῖσι. ἢ δὲ κὰ τις ἐμπράττῃ[3] τὸ ἐννόμιον Ἔυβωλων, ὀφειλ (έτω ἀ πό)λις τῶν Ἐρχομενίων ἀργουρίω (μνᾶς) πετταράκοντα Ἐυβώλυ καθ' ἔκα στο)ν ἐνίαυτον κὴ τόκον φερέτω δράχμας...τᾶς μνᾶς ἑκάστας κάτα μεῖνα ἔκαστ)ον, κὴ ἔμπ)ρακτος ἔστω Ἐυβώλυ καττὼς[4] τῶν Ἐρχομενίων νόμως.

νην τά τε καύματα τῶν προβάτων καὶ τῶν αἰγῶν καὶ τῶν βοῶν καὶ τῶν ἵππων, κἄν τινα ἄσημα ὦσι, καὶ τὸ πλῆθος· μὴ ἀπογραφέσθω δὲ πλείονα τῶν γεγραμμένων· ἐν τῇ συγχωρήσει. Ἐὰν δὲ τις ἐμπράττῃ τὸ ἐννόμιον Ἔυβουλον, ὀφειλ έτω ἡ πόλις τῶν Ἐρχομενίων ἀργυρίου μνᾶς τετταράκοντα Ἐυβούλῳ καθ' ἕκα στον ἐνίαυτον κὴ τόκον φερέτω δράχμας...τῆς μνᾶς ἑκάστης κατὰ μῆνα ἕκαστον, καὶ ἔμπρακτος ἔστω Ἐυβούλῳ κατὰ τοὺς τῶν Ἐρχομενίων νόμος.

[1] Νομώνης is est cui locantur publica urbis pascua ut τελώνης cui locantur tributa. Agri locati a Romanis *scriptuarii* dicebantur; *scripturarius* autem qui pecoris in illis pasti numeros atque notas scripsit, pecuniamque a pecoris dominis urbi debitam accepit. Hunc eundem ac νομώνην credit esse Böckhius; sed paullo inter se differre videntur quod quidem a sequentibus apparet.

[2] καύματα. Notæ inustæ. Dobræus Scaligerum (ad Varr. de L. L. p. 107. ed. 1619.) et Intpp.

et notas ovium atque
caprarum, atque bovium, atque equorum, et
si aliqua nota haud insignia sint, et numerum; haud
autem inscribat majorem numerum quam qui scribantur
in pacto. Si autem aliquis
exigat ab Eubulo pretium pabulationis, debeat
civitas Orchomeni argenti
quadraginta minas Eubulo singulis
annis, et usuram solvat, drachmas
... pro singulis minis, mense
omni; et jus sit Eubulo *hanc pecuniam* recuperandi
secundum Orchomeniorum leges.

ad Hesych. vocibus *κοπρατίαι* et *τρυσίππιοι* advocat.

[3] Bene, ut opinor, Dobræus *ἐμπράττῃ* supplevit ex eo quod infra ponitur *ἔμπρακτος*. Cf. quoque Reisk. Ind. Demost. v. *εἰσπράττειν*. Summa rei hæc est. Cum *νομώνης* omnia urbis pascua pretio quodam conduxisset, jure queri quod Eubulo in his ipsis pascuis tot animalia pascendi jus datum sit, et ab eo pretium pabulationis reposcere posset. Quod si faceret, civitas Eubulo certam pecuniæ summam (pretium puta pabulationis) pollicetur, et eodem tempore jus illius pecuniæ secundum leges repetendæ concedit. Ἐννόμιον est pretium pabulationis, ut *ἐλλιμένιον*, pecunia soluta ut solventi jus sit portum intrandi. Aliter Böckhius qui pro *ἐμπράττῃ*, *συλάσῃ* reponit. Tum *ἐννόμιον, ὅ ἔστιν ἐν νόμῳ* esse putat, addens civitatem Eubulo pecuniam solvere polliceri si quis latro ex urbis pascuis ejus pecus abstulerit. Sed absurdum esset, ut mihi videtur, quantum pecuniæ solvere oporteret constituere, nisi cognitum esset quot pecora ablata fuissent.

[4] Nescio an *καττὼς* vel *κὰτ τὼς* legere debeamus. Eustathius (ad Iliad. Λ. p. 828. l. 32. et ad Iliad. Γ. p. 1106. l. 28.) legit *κὸτ τῶ* in Theoc. Idyll. V. 74. et Casaubonus (ibid. 143.) *κὰτ τῶ*. Supra dedi *καττὸ*, cum omnibus, præter Böckhium, hæc ratio placeat. Cf. Duk. ad Thucyd. V. 77. Aristoph. Ach. 732. 751. Lys. 1005. 1266. Böckhius autem *κάττο*. Idem *μεῖνος*, non *μεινὸς* ubique dedit.

Class. IV. Inscr. II.

INSCRIPTIO ORCHOMENIA II.

TAB. XL.

Ephem. Class. Tom. XIII. p. 332. Tom. XVII. p. 381. Walpol. Tom. II. 567. Bockh. Tom. II. p. 399. Cockerell. MS.

Hanc inscriptionem Orchomeni repertam primus vulgavit Leakius in Ephemeride Classica. Viderat quoque et exscripserat Cockerellius. Decretum est (cui similia extant quamplurima) quo Agedicus *προξενία* cum multis aliis muneribus ab Orchomeniis ornatur. Hujusmodi decreta semper iisdem fere verbis concipiuntur. Pauca ad hujus inscriptionis calcem exscripsi. Plura lector facile inveniet [1].

Θιὼς
τιούχαν ἀγαθάν [2]. Ἀλέ̣να ἄρ

L. 1. Cockerellii apographo deest ΘΙΟΣ. 2. Post ἄρ ad calcem lineæ scribitur α in utroque apographo.

[1] Cf. Gruter. CCCCXIX.

[2] De formula Θεὸς *τύχην* cf. auctores quos in nota ad p. 90. advocavi. Quod vocem *τιούχαν* attinet, literam ι sæpe a Bœotiis post vocalem injectam esse multa ostendunt. Walpolius recte appellat inscriptionem ineditam apud Cockerellium, ubi genitivi nominum (quorum nominativus in *ων* desinit,) per *ιος* formantur. In inscriptione Leakiana inedita legimus *πολεμαρχιόντων*, et in inscriptione Lebadea (quam vide ad calcem inscr. sequentis) *εἰλαρχιόντων*. Eustathius quoque (p. 1643. l. 32.) *ἄσσιον* et *μάλλιον* pro *ἄσσον*, *μᾶλλον* Dores dixisse notat.

11.3.53

[To face page 276.

TAB. XL.

Class. IV. Inscr. II.

Leakii apographum.

ΘΙΟΣ
ΤΙΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΛΕΥΑΡΑ
ΧΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕΤΥΔΑΜΥΕ.
ΧΟΜΕΝΙΩΝΑΓΕΔΙΚΟΝΔΑ
ΦΙΤΑΟΗΟΛΕΙΑΑΠΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΑΣΠΡΟΞΕΝΙΟΝΕΙΜΕΝ.
ΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΕ..
ΧΟΜΕΝΙΩΝΚΗΑΥΤΟΝΚΗΕΣ.
ΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΓΑΣ.
ΓΥΚΙΑΣΕΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑΛΙ
ΚΗΑ.ΕΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑ
ΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤ
ΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗΚΑΤΑΣΙΩ
ΑΣ.ΗΤΑΑΛΛΑΟΠΟΤΤΑ
ΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ

L. 1. **ΘΙΟΣ** omittit Cockerellius.

L. 2. Dixi in opere "Post ἄρ ad calcem lineæ scribitur α in utroque apographo," debui autem dicere utrumque apographum pro **ΑΛΕΥΑΑΡ** habere **ΑΛΕΥΑΡΑ**.

L. 6. Pro **ΠΡΟΞΕΝΙΟΝ** Cockerellius rectius **ΠΡΟΞΕΝΟΝ**.

L. 10. **ΥΚΙΑΣ** tantum ad initium lineæ C.

L. 12. **ΚΑΤΑΓ . ΝΚΗΚΑΤΑΘ..ΑΤ . C.**

L. 13. **ΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗ..Α.ΣΙΩ** C. unde vera lectio facile eruitur.

L. 14. **ΑΣΚ . ΠΑΑΛΛΑΟΠΟΤΙΔ** C. sed mendose.

χοντος [1], ἔδοξε τῦ δάμυ Ἐ(ρ
χομενίων Ἀγέδικον Δα
φίταο Ἠολεῖα [2] ἀπ' Ἀλεξαν
δρείας πρόξενον [3] εἶμεν (κ
ὴ εὐεργέταν [4] τᾶς πόλιος Ἐρ
χομενίων, κὴ αὔτον κὴ ἐς
γόνως [5], κὴ εἶμεν αὔτυ γᾶς

L. 6. In Leakii apographo scribitur προξενιον.

[1] Ἀλένα ἄρχοντος. De hac genitivi forma haud opus est ut moneam lectores. Archontem summo apud Orchomenios magistratui nomini esse a præcedente inscriptione didicimus.

[2] Ηολεῖα pro Αἰολέα. H sc. pro Αι ponitur, ut in præcedente inscriptione vidimus.

[3] Πρόξενοι. "Homines ita dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hospitii jus cum alia civitate intercedebat; his id muneris erat præcipue injunctum ut sedulo prospicerent ne quid publica istius civitatis res a civibus suis caperet detrimenti; legatos illinc venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent, atque ut iis bene esset, procurarent." Valckenaer. ad Ammon. Lib. III. c. x. p. 201. Cf. quoque eundem et Larcherum ad Herod. VI. 58. Koen. ad Greg. de dial. Ion. §. 162. (p. 553. ed. Schæf.) præter auctores quos advocavi ad p. 90.

[4] Ἐνεργέτην. Titulus erat honorificus eorum qui de aliquo bene meriti erant, quem civitates Græcæ privatis impertire solebant. Cf. Wolf. ad Demosth. c. Lept. p. 282. Sturz. Lex. Xenoph. in voce Fisch. ad Plat. Apol. Socr. 26, 12. Xenoph. Hell. 1, 1, 17. εὐεργεσία τε καὶ πολιτεία Συρακουσίοις ἐν Ἀντάνδρῳ ἐστί. quem locum male vertit Sturzius. Id. ibid. 6, 1, 4. πρόξενος ὑμῶν καὶ εὐεργέτης. Sed idem mos apud Persas quoque valuit ubi nomen εὐεργέτων in libris regiis scriptum (ἀνάγραπτον) servabatur. Cf. Thucyd. I. 129. et ibi Gottleb.

[5] ἐσγόνως. Tacite corrigunt Böckhius et Leakius ἐκγόνους. Sphalma typographicum esse credit Boissonadius. Eph. Class. XVII. p. 382. Sed notandum videtur ambo apographa eandem exhibere lectionem, et eandem vocem occurrere infra in inscr. Oropia in apographis et Leakii et Tupperi in duobus locis, et in inscriptione quoque Tanagræa.

κὴ Fυκίας[1] ἔπασιν[2], κὴ ἀσφαλίαν, κὴ ἀτελίαν, κὴ ἀσουλίαν[3] 10

[1] Fυκίας. Cf. quæ de mutatione diphthongi *οι* in *υ* in præcedente inscriptione attuli. Quod Digamma attinet, vocem *οἰκία* cum digamma vidimus in tabula Petiliana p. 83. et infra in inscriptione Thebana videbimus. Cum Digamma quoque hanc vocem scripsisse Homerum testantur Kiddius atque Knightius. Cf. quoque Dionys. Halicarn. p. 16. (ed. Hudson.) et Bar. Locell. Præf. ad Xen. Eph. XXVII. 64.

[2] ἔπασιν. Hæc vox interpretes mire torsit. Boissonadius quidem (Eph. Class. Tom. XVII. p. 382.) et Walpolius (Tom. I. p. 467.) ἔγκτασιν legendum docent, quamvis postea (p. 393. et ad Herodian. p. 39.) Boissonadius in textu ἔπασιν stare posse viderit. Böckhius (Tom. II. p. 399.) ἔππασιν (quod in quibusdam marmoribus legitur) Bœotice pro ἔμπασιν positum dicit. Nec dubium quin recte. Hesychius. Ἐμπάσεις. ἐγκτήσεις. Ita enim recte hunc locum correxit Kusterus. Postea idem. πᾶσις. κτῆσις. Dores postremas consonantes præpositionum in compositione hoc modo mutasse vix opus est memorare; ἐττὸν, ἐττὰν leguntur Dorice pro εἰς τὸν, εἰς τὰν Marm. Ox. p. 569. l. 26. l. 35. ἀμμένομεν apud Alcæum. Hesychius ἐττῶν, ἐκτῶν. Cætera vulgaria sunt. κάππεσεν κ. τ. λ. Ἔγκτησις vel κτῆσις in hac re vox propria est. Docet quidem Valesius (Emendatt. p. 110.) κτῆσιν et ἔγκτησιν inter se differre, et, auctore Ammonio, (si fides Walpolio, Valesii enim liber haud ad manus est) κτῆσιν τῆς γῆς possessionem esse in terra propria, ἔγκτησιν in aliena. Ubi, ut mihi videtur, fallitur omnino Valesius. Imprimis enim locus Ammonii quem advocat minime ad hanc rem pertinet. Κτήματα ἐστι (ait Ammonius) τὰ ἐν τῇ οἰκείᾳ· ἐπικτήματα τὰ ἐν ἀλλοτρίᾳ. Ubi Valckenærius docet Cyrillum (in Lex. MS.) ἐγκτήματα eodem modo explicare quo Ammonius ἐπικτηματα i. e. ἃ κέκτηταί τις ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ, τουτέστιν ἐν ξένῃ. Huic loco autem nihil est cum nostra phrasi ἐγκτῆσις. Præterea κτῆσις τῆς γῆς nusquam occurrit; articulus enim semper omittitur. Nec ista verba *possessionem in terra propria* Græce significare posse ego credo. Κτῆσις vel ἐγκτῆσις γῆς est "jus comparandi agros," ut bene Taylorus (ad Demosth. de Coron. p. 503.) vel "Libertas emendi fundos" ut d'Orvillius. Miscell. Obs. II. 355.) Κτῆσις hoc sensu reperitur apud Demosthenem in decreto Byzantinorum (p. 503. ed. Taylor.) sed ἔγκτησις proculdubio magis in usu est, quod in inscriptionibus, quas hic Lectorum gratia exscripsi, notabitur. Infra in decreto sexto ἐγγείων ἐγκτῆσιν idem ac hoc in loco γῆς ἐ. esse puto.

[3] ἀτελίαν καὶ ἀσουλίαν. Ἀτέλεια in his rebus vulgo memoratur; ἀσυλία in decreto Ætolorum apud Chis-

κὴ κάτα γᾶν κὴ κάτα θάλατ
ταν, κὴ πολέμω κὴ (ἰρ)α(να)ς ἰὼ
σας, κὴ τὰ ἄλλα ὅποττα
τῦς ἄλλυς προξένυς κὴ
εὐεργέτης[4].

L. 15. Leakius quem sequitur Böckhius habet κὴ κάτα σιὼ(π)ας. Cockerellius κη . α . . . ας ιω . ας. Sed qui hanc cum aliis inscriptionibus confert, de mea lectione haud dubitabit.

hull. Antiq. p. 100. infra in inscriptione Oropia, et in decreto quodam Delphico. Cum hæc munera et in bello et in pace concedi dicantur, nescio annon ἀτέλεια de rebus venalibus ab Agedico aut in urbem inferendis, aut efferendis dicatur. In inscriptione enim infra posita legimus datam esse Hermio ἀτέλειαν χρημάτων πάντων ὧν ἂν εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσι ἐπὶ κτήσει.

[4] κὴ τὰ ἄλλα κ. τ. λ. Quænam sint hæc munera (hoc in marmore haud memorata) ex aliis marmoribus infra positis Lector discet.

DECRETA QUÆDAM Προξενίας.

1. DECRETUM CORCYRÆUM.

Notizie sulle antichità e delle arti di Roma (1787.) p. 58. Mustoxidi. Illustrazioni Corciresi p. 188. sq. Dodwell. Itin. Tom. II. p. 504. Bramsen. Itin. Tom. I. p. 325.

Ἔδοξε ταῖ ἀλίαι[1] πρό
ξενον εἶμεν Βοίσκον
Λυκόφρονος Δωδω
ναῖον αὔτον καὶ ἐκγό
νους· εἶμεν δε αὔτοις
γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτα
σιν καὶ τὰ ἄλλα τιμί
α ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις
πρόξενοις καὶ εὐεργέ
ταις· τὰνδε προξενί
αν γράψαντας εἰς χαλ
κώματα[2] ἀναθέμεν[3] ὅπει (ὅπη)
κὰ δόκῃ πρόβουλοις, πρό
δικοις, στραταγοῖς, κα
λῶς ἔχειν· τὸν δὲ ταμί
αν δόμεν[3] τὸ γενόμενον

[1] ἁλία. Hesychius. Ἀλιαίαν (ubi lege) Ἀλίαν, ἐκκλησίαν. Ταραντῖνοι. Vox occurrit in Herod. I. 125. in inscr. Corcyr. apud Montf. D. I. c. 28. in inscr. apud Smet. p. LXXII. et in decret. Byzant. apud Demosth. p. 503. (ed. Tayl.)

χαλκώματα. Mos vulgatus. Cf. decretum Melitensium apud Torremuzz. Inscr. Sic. p. 82.

[3] ἀνάθεμεν. θέμεν Od. Λ. 314. Pind. Ol. VI. 50. δόμεν Iliad. Δ.

ἀνάλωμα [1]. Κόρκυρα
Βοίσκον [2] Λυκόφρονος
Δωδωναῖον.

Hoc decretum una cum tribus aliis iisdem prope verbis conceptis in Corcyra repertum est, et quo tempore liber Mustoxydii publici juris factus est, in Museo Francisci Prossalendii servabatur. Omnia in tabulis æneo-cupreis scripta sunt et eidem ætati tribuenda videntur. Cætera exscribere haud opus est.

379. Pind. Ol. VI. 54. Decr. Byz. apud Demosth. ubi supra. Mos erat hujusmodi decreta in publico aliquo loco suspendere. Cf. decretum Agrigent. apud Smet. p. 72. Torrem. p. 79. Decret. Gel. apud Torrem. p. 84.

[1] Cf. infra p. 288.

[2] Βοίσκον. Dodwellus dat et hic et supra, Βοίοκον, sed nomen Thessali cujusdam Βοίσκου occurrit apud Xenoph. Anab. 5. 8. 7; inveni quoque hoc nomen in alio quodam marmore Elginiano in quo recensentur ἀναθήματα in Amphiarai templo. Μελάνος πρόσωπον, ὅλκη ΔΔΓ⊢⊢⊢⊢. Βοίσκου πρόσωπον, ὅλκη ΠΙΙΙΙ. Φιλίας τιτθὸς, ὅλκη Γ⊢⊢⊢Ι. Moris sc. erat Græcorum, si quis oculi, oris, pedis, &c. morbo laboraret, posteaquam refectus sit, partis affectæ imaginem Diis dedicare.

2. DECRETUM ACTIACUM.

Boissonade in Commentatione Holstenianis Epistolis subjecta, et in Eph. Class. XVII. p. 366.

Ἐπὶ ἱεραπόλου τοῖ Ἀπόλλωνι [1] τῶι Ἀκτίωι Φιλήμονος, προμνᾶμ
δὲ Ἀγηταρόχου [2] Νικία Ἀλυζείου, συμπρομναμόνων δὲ Ναυ
σιμάχου τοῦ Ἀριστοκλεοῦς Ἀστάκου, Φιλοξένου τοῦ Ἡρακλεί
του Φοιτίανος, γραμματέος δὲ ταῖ βούλαι Προίτου τοῦ Διο
πειθέος Ματροπολίτα Κουροπου. ω· Ἔδοξε ταῖ βούλαι καὶ
τῶι κοινῶι τῶν Ἀκαρνάνων προξένους εἶμεν καὶ
εὐεργέτας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων κατὰ
τὸν νόμον Ἀγασίαν Ὀλυμπίωνος Πατρῆ, Π
οπλίον, Λευκίον [3], τοὺς Ποπλίου, Ἀκιλίους, Ῥωμαίους,
καὶ εἶμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις ἐν Ἀκαρνανίαι ἀσφαλε
ῖ
ίαν καὶ αὐτος, καὶ χρήμασι, καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ
θάλασσαν, καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, καὶ γᾶς καὶ
οἰκίας ἔγκτησιν, καὶ τὰ ἄλλα τίμια καὶ φιλάνθρωπα
πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ
εὐεργέταις τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων
ὑπάρχει.

[1] Boissonadius hic multa de usu dativi pro genitivo. Heindorfium ad Plat. Theætet. §. 5. et ad Sophist. §. 2. cum pluribus aliis advocans. Τοι aut scriptoris aut exscriptoris negligentiæ tribuendum est. De Apolline Actiæo idem advocat Intpp. ad Sueton. Aug. 17, 18. Dion. Cass. L. l. 1.

[2] Pro Ἀγηταρόχου, —λόχου legi vult Boissonadius. Articulum ante nomen patris sæpe in decretis omitti monet Matthiæus (Gr. Gr. §. 273.) Exempla e scriptoribus congessit Schæferus ad Bos. Ellips. voc. υἱὸς.

[3] Πόπλιον Λεύκιον. Cf. Cic. Parad. I. et Val. Max. VI. 3. 1.

Hæc inscriptio Actii a Ponquevillio reperta, a Barbiæo de Bocagio cum Boissonadio, qui publici juris in Holstenianis epistolis fecit, communicata est. Haud rara sunt marmora quibus *προξενία* pluribus eodem tempore decernitur. Dialectus semi-Dorica est, quod quoque vulgare. Apographum in linea quinta mendosum est, nec ego corrigere possum. Boissonadius in voce Κουροπου..ω nomen mensis cujusdam Acarnensium latere credit. Forsan legendum Κορινθίου, ut sensus sit, *Scriba Præto Diapithis f. e matrice urbe Corintho.*

3. DECRETUM DELPHICUM I.

Muratori, p. DLXXXVIII. Villois. Acad. Inscr. Tom. XLVII. p. 326. Wessel. ad Herod. I. 54.

Θεοῖ(σ).
Δελφοι ἔδωκαν
Φιλίππωι Ἀπολλωνίου Καλυμνίωι
αὐτῶι καὶ ἐκγόνοις
Προξενίαν, προμαντείαν, προεδρίαν, προδικίαν
ἀσυλίαν, ἀτέλειαν πάντων, καὶ
τὰ ἄλλα δ' ὅσα (dele δ) καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις
καὶ εὐεργέταις·
Ἄρχοντος Δαμοκρατέος,
Βουλευόντων
Ἀγίωνος Ἀριστομάχου
Ἐνδώρου Ἀλεξάρχου.

Brevior hic προξενίας decernendæ formula exhibetur, cum merita Proxeni haud recenseantur.

4. DECRETUM DELPHICUM II.

Muratori, p. DLXXXIX.

Ἀγάθᾳ τύχᾳ· Ἄρχοντος Ἐλέων(ος)[1]

Ἐπειδὴ Δημοκράτης καὶ.....[2] ἐξαποσταλέντες || Θεωροὶ[3] ἐπελθόντες τε ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν[4], ἀναγγέλλονται περὶ || Δικαι ἄρχου τοῦ Φιλωνίδα Λαοδικέος ὅτι ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι περὶ || τὸ ἱερὸν[5] καὶ τὰν πόλιν τῶν Δέλφων καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος || τὰν ποτὶ τοὺς Θεοὺς εὐσεβείαν, εὖ πράσσων παρασκευάζει[6] || ἐν πάντι καιρῶι καὶ κοίναι ταῖ πόλει καὶ ἰδίαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν || αὐτῶι εἰς ὅ ἄν τις αὐτὸν παρακάλῃ[7] καὶ τοῖς

[1] Muratorius legit, Ἀροντος Ἐλεων, "i. e." ait, "*Archonte Eleorum*, nomine deperdito!" Archontem summum apud Delphos magistratum esse memorare vix opus. Cf. marmor præcedens.

[2] Muratorius in hoc loco quem ego vacuum reliqui Τιμασνικα Θαμβοποιενς dedit, quæ monstra cum multis aliis nullo negotio concoxit iste vertens, *ac Timasnica Thambopieus.*

[3] Θεωρὸς hic proprio sensu usurpatur. "Qui ad sacra certamina visenda mittitur." Cf. Valcken. ad Ammon. III. p. 92. Duck. ad Thucyd. V. 16. Vales. ad Harpoc. in voce. Van. Dale Diss. VI. p. 468. cum multis aliis.

[4] Muratorius ποτὶ τάττοντες τὰ ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν, vertens, *Primum ordinantes quæ ad concilium spectant!* Quod dedi persæpe in hujusmodi decretis reperitur. Cf. decret. Eleuthern. apud Chish. p. 109. Istron. ibid. p. 111. Sax. ibid. p. 115. παρελθόντες in decreto Rhauc. ibid. p. 117. Arcad. ibid. p. 119. Inscr. Panorm. apud Pocock. p. 27.

[5] Pro ἔστι περὶ τὸ ἱερὸν, Muratorius τε τόπον.

[6] ἐνπράσσων παρασκευάζει. Dubito de hujus loci lectione. Ἐῦ ποιεῖν in hac re vulgatius; et postea τὴν πόλιν, κ. τ. λ. legere vellem. Sed dativus aliquando usurpatur. Cf. quæ Sturzius collegit Lex. Xen. voce πράττω No. 4. et Math. Gr. Gr. §. 409. Zeun. ad Viger. in voce. Fisch. ad Well. III. p. 429. Postea παρασκευάζει mihi displicet, cum verbum hoc sensu positum nunquam viderim. Διατελέω propria vox est.

[7] Muratorius—ἐκ παντι καιρω και κοιναι α ται πολει και ιδιαι τοις ἐντυγχανω τοις κατασκευαζων παρακαλει. Ita vertens. *Qualibet occasione com-*

ἀφικνούμενοις || Δέλφων ποτὶ τὸν βασιλέα Ἀντιόχον συνεργεῖ μετὰ πάσης || προθυμίας, καθ' ὅτι ἂν ᾖσι χρείαν ἔχοντες[1], καὶ λέγει || καὶ πράσσει διάπαντος παρὰ τῷι βασιλεῖ Ἀντιόχωι περὶ || τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δέλφων, ἀγαθαῖ τύχαι || Δεδόχθαι ταῖ πόλει τῶν Δέλφων.....||..... ....[2] ἐπαινέσαι Δικαίαρχον Φιλωνίδα Λαοδικέα ἐπὶ ταῖ || προθυμίαι καὶ ταῖ εὐσεβείαι καὶ ἐπὶ ταῖ λοίπαι προαιρέσει ἃν || ἔχων τυγχάνει[3] ποτὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πόλιν τὰν αὐτῶν, || θεωροδοκίαν[4].....εἶμεν δὲ || αὐτὸν καὶ πρόξενον

moda tam huic civitati, quam propriæ, et illis bene impetrans, istis apparans, utrosque consolatur! Formula loquendi in priori linea adeo vulgaris est, ut nemini ignotam esse posse putaverim. In secunda linea dedi εἰς ὅ ἄν τις αὐτὸν παρακάλῃ e Delio quodam marmore infra posito. Idem valet, ni fallor, formula ἐν πᾶσι τοῖς ἀξιούμενοις in decreto.

[1] Muratorius καὶ τυγχάνων χρείην ἔχοντες legit, vertens; *Compos factus vaticinantium!!*

[2] Muratorius dat post Δέλφων, αγοραι αφ' οις ταις εννομοις. Quid sit αγοραι nescio; postea forsan legendum ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐννόμοις vel ἐμ πᾶσι. κ. τ. λ.

[3] Post Λαοδικέα ita scribit Muratorius — των ποτι θαλασσαι ειται ιενσωσιαι και επταιλοιγαι προ διερεσειαν εχ ων τυγχανει. Ita hæc miranda verba, vel aliqua saltem ex iis vertit; *ab ea quæ primum in mari, deinde ad salutem, et.... ex quibus dignus censetur.* Cum in præcedentibus προθυμία, εὐσέβεια, bonaque officia Dicæarchi erga Delphos laudentur, et eadem in hujusmodi decretis vulgo repetantur, ita hic feci, præsertim quum in ipsis literis aliqua meæ lectionis vestigia maneant. Ultima haud dubito quin recte dederim, e verbis decreti Deliaci infra positi. ἐπὶ τῇ αἱρέσει ἣν ἔχων διατελεῖ.

Θεωροδοκία. Ut Theoriæ rite exciperentur, opus erat magistratu qui id munus obiret, earumque curam haberet. Huic, puto, Θεωροδόκου nomen datum est. Ita quoque sentire Osannum video in Fasc. III. cujus in fine (p. 160.) inscriptionem quandam Elginianam exscribit, in quarto fasciculo forsan emendaturus. Ibi autem scriptum videmus Θεαροδοκίαν et laudatur quidam Ammonius a Teniis quod τῶν Δηλίων θεαροδοκίαν ἀναδέδεκται. En ipsam inscriptionem a me quibusdam in locis facili negotio restitutam. Deest initium. Ἐπειδὴ Ἀμμώνιος Ἀμμωνίου ἀνὴρ ἀγαθ(ὸς) ἐστιν καὶ εὐνοῦς τῶι δήμωι τῶι Τηνίων καὶ διατελεῖ χρεία(ς) παρεχόμενος καὶ κοινεῖ τεῖ πόλ(ει) καὶ καθ' ἰδίαν (sic) τοῖς ἐντυγχάνουσ(ιν) αὐτῶι, ἀναδέδεκται δὲ καὶ (τὴν) Θεαροδοκίαν τῶν Δηλίων· ἀγαθεῖ τύχει· δεδόχθαι τεῖ βόλει κὰ

καὶ εὐεργέταν τοῦ ἱεροῦ καὶ || τᾶς πόλιος τῶν Δέλφων, καὶ

(ι τ)ῶι δήμωι ἐπαινέσαι τε αὐτὸ(ν) καὶ στεφανῶσαι ὀ(...)ν στεφά(νωι ἐν τ)ῶι ἱερῶι το (leg. τῶι) τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Ἀμφιτρίτης, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοιας τῆς εἰς τὸν δήμον τῶν Τηνίων· εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ προξένους καὶ ἐνεργέτας τῆς πόλεως· δεδόχθαι (lege δεδόσθαι) δὲ καὶ προεδρίαν ἐν τοῖς ἄγωσιν οἷς συντελεῖ ἡ πόλις καὶ προσμον (lege πρόσοδον) πρὸς τὴν βούλην καὶ τὸν δῆμον ἐὰν τοῦ δεῆται; ἀναγράψαι δὲ (τόδε) τὸ ψήφισμα εἰς στήλην (λιθίνη)ν καὶ στῆσαι εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος καὶ τῆς Ἀμφιτρίτης. In postrema linea legimus tantum ιαθηντοισιδ . σιν. Jam alteram quoque inscriptionem ubi Θεαροδοκία tangitur, apponam. Fœdissimis mendis corrupta editur a Gorio Class. IV. No. 9. p. 136. Torremutio Inscr. Sic. p. 89. et Murator. p. DCVII. Ex his mendis aliqua saltem emendavi. Inscriptio spectat ad Cereris Chthoniæ sacra de quibus cf. Pausan. II. 35. Quare in linea prima pro τὸν, dedi τὴν.

καὶ σὺμ πομπαῖ εἰσάγειν (συμπομπανειν edd.) τὴν (τὸν edd.)
βοῦν· ὕπως φανερὰ ᾖ ὁιότι τὰν
τε συγγενείαν καὶ φιλίαν θέλει (ωφλει edd.)
ἐπὶ πλεῖον προάγειν· ἔδοξε ταῖ
πόλει ἀποκρῖθμεν τοῖς πρεσβευ
ταῖς ὅτι ἁ πόλις τῶν Ἑρμιονείων
ἀνανεοῦται τε τὰν συγγενείαν καὶ
φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν ταῖ πόλει ποτ
τὰν πόλιν τῶν Ἀσιναίων καὶ ἐπὶ
πλεῖον προάξεται καὶ ὅτι ἀποδέχε
ται ἁ πόλις φιλοφρόνως τάν τε θυσ
ίαν ἃν μέλλει ἄγειν ἁ πόλις τῶν
Ἀσιναίων ταῖ (καὶ edd.) Δαμάτρι ταῖ (καὶ edd.) χθονίαι,
καταστᾶσαι δὲ καὶ Θεαροδόκους, τοὺς (Θεαροδοχους edd.)
τας ὑποδείξεις παρεχομέ (παραγινομέedd.)

---

11. φιλοφρόνως. Propria vox in hujusmodi rebus. Cf. decretum Romanorum apud Chish. p. 103.

14. Nescio an hunc locum recte dederim. Ita interpretor. *Civitas autem constituit eos qui Thearodoci sunt (qui sc. sumptus legatorum accipiendorum suppeditent) sacrorum participes.* Hunc honorem sc. pro impensa quam fecerunt, iis, qui legatos accepere, tribuit civitas. Hesychius. ὑπόδεξιν. ὑποδοχὴν, ἢ ἡ χορηγία πρὸς ὑποδοχήν. Cf. quoque Suid. voc. ὑποδέξη. In decreto (A. C. 158.) apud Chish. p. 147. hæc legimus. Ἐκδεξάμενος τὰς τε παρούσας θεωρίας πράττοντας καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους. Nec vocem Θεαρόδοκος nec συνθύτης Lexica agnoscunt.

δόμεν αὐτῶι προμαντείαν || προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν, προεδ-

νους, συνθύτας ἐπὶ τὰν θυσίαν
τῶν Θεῶν χθονείων· ἐπαινέσαι δὲ καὶ
τοὺς πρεσβευτὰς ἐπί τε τὰν ἐπι (επι τε ται εν edd.)
δαμίαν (δαμιαι edd.) καὶ τὰν ἀναστροφὰν (τελναστροφα edd.) πεποι
ῆσθαι (ἐποηνται. edd.) ἀξιῶς ἑκατέρων πολίων·
δόμεν δὲ καὶ ξένια τοῖς πρεσβευ
ταῖς Ἀπέλλην τὰ μέγιστα ἐκ
τῶν νόμων· τοὺς δὲ νομογράφους
τοὺς κατασταθέντας καταχω
ρίσαι τοῦτο δόγμα εἰς τοὺς
δαμιουργούς· τοὺς δε.....(επι λαιδαι edd.)
δόμεν (γδομεν edd.) στάλαν καὶ ἀναγράψαι (τὸ)
δόγμα καὶ ἀναθέμεν εἰς το ἱερὸν τᾶς
Δαμάτρος τᾶς χθονίας ὅπως ὐ
πομνᾶμα ᾖ ἑκατεραῖς ταῖς πόλε
σιν εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον· καλέ
σαι δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπὶ τὰν
κοινὰν ἑστίαν τοὺς πρεσβευτὰς
ὅσας κὰ (καὶ edd.) ἀμέρας ἐπιδαμῶντι· τὸ
δὲ ἀνάλωμα δότω εἰς ταῦτα Ἀπέ
λλης ὁ ταμίας Θεαροδόκοις· αγορα
σος πραξια.

Quid in nostro loco legendum sit haud omnino expedio; vox ἀναδέ- δεκται optime cum sensu congrueret, et literæ ΔΕ apud Muratorium ex-

18. ἐπὶ τε τὰν, κ. τ. λ. Hunc locum a me bene constitutum esse patet e decreto Arcadum apud Chish. p. 120. Ἐπαινέσομεν δὲ καὶ τὸς πρεσβευτὰς ἐπὶ τῷ σπεύδειν ὑπὲρ τᾶς πατρίδος καὶ τὰν παρεπιδαμίαν πεποιῆσθαι ἀξίως ἀμφοτέρων τᾶς πόλεως. Eadem prope verba occurrunt in decreto apud Pocock. p. 27. Apud Athenæum V. p. 196. memoratur παρεπιδήμων ὑποδόχη. Ἀναστροφὰ quoque legatorum (conversatio sc. vel mores) memoratur in alio ejusmodi decreto apud Chishull. p. 121.

22. Ἀπέλλης. Cum infra in v. 35. ubi pecunia eroganda est, vox Απελ.... occurrat, vix dubito quin Quæstoris nomen hic injici debeat.

23. τοὺς δὲ νομογράφους, κ. τ. λ. Vocem κατασταθέντας e decreto supra advocato apud Chishull. p. 106. restitui. τοὺς κατασταθέντας νομογράφους καταχωρίξαι, ἐπεὶ κὰ αἱ νομογραφίαι γίνωνται, εἰς τοὺς νόμους. Καταχωρίζω propria in his rebus vox. Cf. decret. apud Pocock. ubi supra.

26. Quid hic legendum haud expedio. Si ductus literarum haud prohibuisset, cogitassem de δαμιουργούς.

31. Hæc Torremuzzius miro modo vertit, ut et aliqua præcedentium; "quot et dies XXI. publicam hanc impensam largiatur."

36. ὁ ταμίας. Hujusmodi alias impensas erogant alii publici ministri, et haud raro Quæstores. Cf. decretum apud Chish. p. 148.

ρίαν[1] *ἐμ πᾶσι τοῖς* || *ἄγωσι ἀπραγμοσύνην, καὶ τ' ἄλλα ὅσα καὶ τοῖς* || *ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος.*||

Res quæ in hoc decreto memoratur vulgaris est. Legati sc. domum redeuntes, aliquem in urbe in qua munere suo functi sunt, degentem laudant ob insignia ejus in se suamque civitatem merita. Sed hanc inscriptionem tot mendis tamque fœdis respersam dedit Muratorius ut ex aliis partibus nihil eruere possim, ex aliis nihil nisi longe a literarum ductu recedendo. Tot autem hujusmodi decreta extant, ut in corrigendo vix falli possimus. Quæ hic innuitur Theoria mittebatur nisi fallor ad Antiochum Epiphanem ad Daphnen. Ludos enim cum illic celebraturus esset, legatos ad omnem Græciam misit qui Græcos ad ludos vocarent[4]. Illi autem tam frequentes convenere ut trecentæ pæne theoriæ ad Daphnen concederent[5]. Quod si minus cuivis placebit, forsan cogitabit de Theoris ad Antiochum adulandi gratia missis, eodem modo quo ab Atheniensibus ad Demetrium[6].

tant, sed a cæterarum ductu literarum nimis recedit hæc vox quam ut eam dare audeam. Muratorius legit *Θεωροδοκιαν των δε Πυθιων και σοτηριων*. Proclive est legere *Θεωροδοκία τε τῶν Πυθίων καὶ σωτηρίων*. Sed nescio an ab Antiocho ludi illis nominibus insignes celebrarentur. Quod si scirem, nescirem an phrasis ista bene Græca esset.

[1] *προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσι*. Haud dubito quin ex Herodoti verbis (VI. 57.) hunc locum recte dederim. *Καὶ ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαιρέτους*. Apud Muratorium extat *παναιαν εμπρασεις τοις ἀγωνοις*.

[2] *ἀπραγμοσύνη*. Hanc rem alibi memoratam haud vidi.

[3] Postrema apud Muratorium hoc modo eduntur. *και τ' αλλα τοισωσα και τοις ἀλλοις προξενοις και ἑτεροις καισει παρα τας πολιος*.

[4] Cf. Polyb. apud Athen. V. p. 194. C.

[5] Id. ibid. p. 195. A.

[6] Plutarch. Vit. Demetr. p. 893. A.

5. DECRETUM AGRIGENTINUM.

Gualther. Antiq. Tab. p. 62. Gruter. p. CCCI. Van Dale Diss. Antiq. IX. p. 762. Torremuzz. Inscr. Sicul. p. 79. Taylor. in nott. ad Demosth. de Coron. p. 684. Maffei. Antiq. Gall. Select. Ep. I. p. 13. Burman. ad calc. D'Orvill. Sic.

ΕΠΙ *ἱεροθύτα*[1] || *Νυμφοδώρου τοῦ Φίλωνος* || *παραπροστα*[2] *τᾶς βούλας·* || *προεδρεύουσας τᾶς φιλᾶς*[3] || *τῶν Ὑλλεῶν· προ-αγορούντος*[4] || *Διοκλέους τοῦ Διοκλέους·* || *γραμματεύοντος Ἀδρα-νίωνος Ἀλεξάνδρου·* || *ἀλίασμα ἐκ τᾶς δειμήνου Καρνείου ἐξη-κο . . . . ος πάνται*[5] || *ὑπὲρ προξενίας Δημητρίωι Διοδότου Συρα-*

ἱεροθύτα. Idem magistratus in Melitensium de Diodoto decreto memoratur. Torr. p. 82. Taylor. p. 684. Ἱεράπολος idem a Gelensibus, *ἀμφίπολος* a Syracusanis (cf. Diodor. XVI. c. 70.) appellabatur. Huic summa in republica demandabatur auctoritas.

[2] *παραπροστα.* Legendum cum Vandalio aut *παραπροστάτα*, (quod Maffeius quoque probat, vertens, *Nymphodoro Senatus principe*,) aut *παραπροστασας.*

[3] *φιλᾶς* pro *φυλᾶς.* I pro υ Æoles scripsisse testantur Gregorius de dial. Æol. §. 50. (p. 619. ed. Schæf.) et Johannes Grammaticus p. 385. Sed Maffeius (Mus. Veron. p. 331.) ita de hoc loco loquitur. "Apud Gruterum in nuper memorata, *τᾶς φιλᾶς* vel *φυλᾶς*; utraque nostra."

[4] *προαγορούντος.* Vandalius *προαγωγούντος.* Sed recte de Proagoris Torremutius Ciceronem in Varr. Act. II. Lib. IV. c. 23. et 40. advocat.

[5] Maffeius docet sexies in anno Agrigenti mutationem fieri Magistratus vel tribus publicis decretis scribundis præsidentis, et per bimense tempus ejus jurisdictionem durasse, unde hunc locum ita vertit. *Decretum sexti bimestris Carnei abeuntis.* Gelæ, ut videtur, bis in anno mutabantur magistratus, cum in decreto Gelensi apud Maff. in Mus. Veron. p. 329. hæc legamus. *Δευτέρας ἑξαμήνου Καρνείου τριακάδι.* Cf. quoque decret. Delph. apud Murator. p. DXCI. et Corsin. F. A. I.

κοσίωι. ||Ἔδοξε ταῖ ἀλίαι καθὰ καὶ ταῖ συνκλήτωι· Ἐπειδὴ ἀνά||γγελλον οἱ πρέσβεις οἱ ἐς Ῥώμαν πορευθέντες Πασίων||Πασίωνος Κότητος καὶ Θεόδωρος Θεοδώρου Ξηνιάδα || Δημητρίον Διοδότου Συρακοσίου πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας || παρεισχῆσθαι τῶ ἀμῶ δάμῳ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιον || γεγόνειν[1], τοῖς δὲ Ἀκραγαντίνοις πάτριόν ἐστιν καὶ ἐκ προγόνων || παραδεδόμενον τιμᾶν[2] τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ προισταμέ||νους τοῦ ἀμοῦ δάμου ταῖς καταξίοις τιμαῖς.||

Δεδόχθαι ἐπὶ ἀγαθαὶ τύχαι καὶ σωτηρίαι τοῦ δάμου τοῖ Ἀκραγαντίνων||εἶμεν πρόξενον καὶ εὐεργέταν Δημήτριον Διοδότου Συρακόσι||ον ὅπως πᾶσι φανερὸν ᾖ ὅτι ὁ δάμος τῶν Ἀκραγαντίνων ἐπί||σταται χάριτας ἀπονέμειν καταξίας τοῖς εὐεργετεῖν προ-αι||ρουμένοις αὐτὸν, τόδε δόγμα τόδε κολαψάντας ἐς χαλκώ||ματα δύο τὸ μὲν ἓν ἀναθέμειν εἰς τὸ βουλευτήριον, τὸ δὲ || ἄλλο ἀποδόμειν Δημητρίῳ Διοδότου Συρακοσίῳ ὑπο||μνάματα πὸτὶ τὸν δᾶμον εὐνοίας. τοὺς δὲ ταμίας || ἐξοδιάξαι[3] ἐς τὰ προγεγράμμενα ὅσον χρεία ᾖ καὶ φέ||ρειν τὰν ἔξοδον διὰ τὸν ἀπόλογον[4] || ὁμογνώ-μονες τοῦ συνεδρίου πάντες.||

(p. 421.) In hoc loco pro πανται, πεμπται forsan legendum. De mense Carneo cf. Corsin. Fast. Att. II. p. 421. Gruterus et Vandalius legunt ἐς τᾶς, quo sensu nescio. Sed Gualtherius ἐκ τας. Quod διμήνου attinet, de mense ἐμβολίμῳ (forsan secundo) cogitat.

[1] γεγονειν. De hac voce dubito, cum eandem formam haud alibi viderim.

[2] τιμᾶν. Torremutius τικιειν, Vandalius τιμειν.

[3] Ἐξοδιάξαι. Vandalius appellat e libris S. S. Reg. I. c. xii. v. 12. In decreto Gelensi legimus ἐξοδιάσαι.

[4] τὸν ἀπολόγον. Gruterus τῶν ἀπολόγων.

6. DECRETUM

IGNOTO QUODAM OPPIDO FACTUM.

Gruter. p. CCCXIX. Van Dale Diss. IX. p. 743.

Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ
δήμῳ· Κρατισθένης Ζωίλου
εἶπεν· Ἐπειδὴ Ἑρμίας Ἀσκληπιοδώρου
Ἀντιοχεὺς διατρίβων παρὰ βασιλεῖ
Σκύθων Τρανίτᾳ, εὔνουν καὶ πρόθυμον
ἑαυτὸν τῷ δήμῳ διατελεῖ καὶ κοινῇ
καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ
τῶν πολίτων συμπαρίσταται
σπουδῆς οὐθὲν ἐλλείπων ἐν πᾶσι
τοῖς ἀξιουμένοις· δεδόχθαι τῇ
βούλῃ καὶ τῷ δήμῳ δεδόσθαι
αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις προξενίαν
πολιτείαν, προεδρίαν, ἀτέλειαν
χρημάτων πάντων ὧν ἂν
εἰσάγωσι καὶ ἐξάγωσι ἐπὶ κτήσει,
καὶ ἐγγείων ἔγκτησιν [1], καὶ δίκας
προδίκους, καὶ εἴσπλουν καὶ
ἔκπλουν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης
ἀσυλεὶ καὶ ἀσπονδεί, εἶναι δὲ
αὐτοῖς καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὴν
βούλην καὶ τὸν δῆμον πρώτοις

[1] Cf. supra p. 278.

μετὰ τὰ ἱερὰ[1], τὸν δὲ ἱεροποιὸν
ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα τοῦτο
εἰς τελαμῶνα, καὶ θεῖναι εἰς
τὸ ἱερόν.

[1] Eadem immunitas a Deliis Timoclidi datur. Cf. Decret. apud Reines. VII. No. 23. vel Marm. Oxon. App. No.

Class. IV. Inscr. III.

INSCRIPTIO ORCHOMENIA III.

TAB. XLI.

Clarke Itin. P. II. Sect. III. p. 158. (4to. ed.) Tom. VII. p. 200. (8vo ed.) Böckh. Tom. II. Leake MS.

ΜΝΑΣΙΝΩ ἄρχοντος, ἀγωνο
θετίοντος τῶν Χαριτεισίων
Ἐνάριος τῶ Πάντωνος, τύδε
ἐνίκωσαν τὰ Χαριτείσια·
Σαλπιγκτάς
Φιλῖνος Φιλίνω Ἀθανεῖος·
Κάρυξ
Ἐιρωδίας (Ειρώδας C) Σωκρατίος· Θειβεῖος·
ποειτάς
Μήστωρ Μήστόρος Φωκαιεύς·
ΡαψαFυδός
Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος·
Ἀυλειτάς
Περιγένεις Ἡρακλίδαο Κουζικηνός·
ἈυλαFυδός
Δαμήνετος Γλαύκω Ἀργῖος·
Κιθαριστάς
Ἀγέλοχος (Τελοχος L) Ἀσκλαπιογενίος Ἀιολεὺς ἀπὸ Μουρίνας·
ΚιθαραFυδός
Δαμάτριος Ἀμαλωίω Ἀιολεὺς ἀπὸ Μουρίνας·
ΤραγαFυδός

TAB. XLI. [*To face page* 294.

Class. IV. Inscr. III.

Clarkii apographum.

ΜΝΑΣΙΝΩΑΡΧΟΝΤΟΣΑΓΩΝΟ
ΘΕΤΙΟΝΤΟΣΤΩΝΧΑΡΙΤΕΙΣΙΩΝ
ΕΥΑΡΙΟΣΤΩΠΑΝΤΩΝΟΣΤΥΔΕ
ΕΝΙΚΩΣΑΝΤΑΧΑΡΙΤΕΙΣΙΑ

Ἀσκλαπιόδωρος Πουθέαο Ταραντῖνος·
ΚωμαϜυδός (ΚομαϜυδος C.)
Νικόστρατος Φιλοστράτω Θειβεῖος·
τὰ ἐπινίκια κωμαϜυδός
Ἔναρχος Εἰροδότω Κορωνεύς.

In hac inscriptione memorantur Charitesia ludi Orchomeni in honorem Gratiarum acti, quantum autem ego sciam a nullo auctore memorati. De Gratiarum tamen Orchomeni cultu res nota est. Satis est Pindarum[1] appellare ita canentem.

ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασιλείαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ.

Et Nonni[2] verba.

ὃν Χάρις οὔποτε λείπει.
Ὀρχομενοῦ Μινύαο χοροίτοπον ἄλσος Ἐρώτων.

Adde Theocritea[3] ista,

ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ τὸν Μινύειον
Ὀρχομενὸν φιλέουσαι.

Qui plura vult, ad auctores in nota citatos relegandus est[4]. De ipso Orchomeno optime nuper scripsit Böckhius[5], et recentius adhuc in singulari libro omni doctrina referto Müllerus[6].

Hæc autem inscriptio a Clarkio reperta est in ecclesia monasterii, eo ipso loco exstructi, ut videtur, quo olim Gratiarum templum. Quo tempore marmori

[1] Ol. XIV. 3.
[2] Nonn. XIII. 94.
[3] Theoc. XVI. 104.
[4] Cf. Casaub. ad Strab. IX. p. 602. Kuhn. ad Pausan. IX. 38.
[5] Böckh. II. p. 366. sq.
[6] Müller. Geschichten Hellenischer Stämme und Stadte. B. I. Orchomenos und die Minyer.

commissa sit, dicere nequeo. Aliam eodem tempore atque loco inscriptionem vidit atque exscripsit Clarkius, in qua cum quidam Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Μαιάνδρου memoretur, manifestum est inscriptionem haud Olympiade cxxv^a. vetustiorem esse posse, cum circa id tempus Antiochus ad Mæandrum ædificata sit. In eodem autem marmore Sophocles Sophoclis Atheniensis f. tragœdia vicisse dicitur. Suidas autem Sophoclem quendam tragœdum e clari illius Sophoclis genere ortum post Pleiadem tragicorum (qui sc. Ptolemæo II. Philadelpho floruerint) vixisse testatur. Ptolemæus autem Ol. cxxx. 2. mortuus est. Hæc ergo inscriptio circa Ol. cxl. in marmore scripta est. Nostra autem, ut videtur, paullo antea, cum ibi Digamma legatur et Orchomeniorum propria dialectus nondum negligatur. Lectorum gratia, hic eam inscriptionem de qua supra egi, cum una et altera præterea ad hanc rem facientibus, exscribam.

1. INSCRIPTIO ORCHOMENIA IV.

Ὅιδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαριτησίων.

Σαλπιστής

Μῆνις Ἀπολλωνίου Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Μαιάνδρου·

Κήρυξ

Ζωΐλος Ζωΐλου Πάφιος·

Ῥαψωδός

Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθηναῖος·

Ποητὴς ἐπῶν

Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος·

Ἀυλητής

Ἀπολλοδότος Ἀπολλοδότου Κρησαῖος·

Ἀυλωδός

Ῥοδίππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος·

Κιθαριστής

Φανίας Ἀπολλοδώρου τοῦ Φανίου Ἀιολεὺς ἀπὸ Κύμης·

Κιθαρωδός

Δημήτριος Παρμενίσκου Καλχηδόνιος·

Τραγωδός

Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος·

Κωμωδός

Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος·

Ποητὴς Σατύρων

Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος·

Ὑποκριτής

Δωρόθεος Δωροθέου Ταραντῖνος·

Ποητὴς τραγωδιῶν

Σοφοκλῆς Σοφοκλέους Ἀθηναῖος·
Ὑποκριτής
Καβίριχος Θεοδώρου Θηβαῖος·
Ποητὴς κωμωδιῶν
Ἀλέξανδρος Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος·
Ὑποκριτής
Ἄτταλος Ἀττάλου Ἀθηναῖος·
Οἵδε ἐνίκων τὸν νεμητὸν ἀγῶνα τῶν Ὁμολωΐων[1]·
Παῖδας αὐλητάς
Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος·
Παῖδας ἡγεμόνας
Στρατῖνος Εὐνίκου Θηβαῖος·
Ἄνδρας αὐλητάς
Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος·
Ἄνδρας ἡγεμόνας
Ῥοδίππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος·
Τραγωδός
Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος·
Κωμωδός
Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος·
τὰ ἐπινίκια
Κωμωδιῶν ποητής
Ἀλέξανδρος Ἀριστίωνος Ἀθηναῖος.

[1] Homoloïa Jovi Ὁμολωΐῳ et Cereri celebrasse Thebanos putat Meursius. (Feral. Græc. Lib. V. p. 218. ed. 1619.) Cf. Lexicogg. et Schol. Theoc. VII. 103.

2. INSCRIPTIO ORCHOMENIA V.

Hanc inscriptionem eodem loco quo duæ precedentes repertam primus vulgavit Leakius[1] haud omnino pro solita *ἀκριβείᾳ* sua. Cockerellius mihi apographum emendatius dedit, quod quoque Walpolius[2] edidit. Leakii apographum edidit Müllerus[3].

ΒΟΙΩΤΟΙ *τὸν τρίποδα*[4] *ἀνέθεικαν*
τῆς χαρίτεσσι καττὰμ μάντειαν
τῶ Ἀπόλλωνος· ἄρχοντος
Σαμιάο Ισμεινιάο Θειβήω·
ἀφεδριατενόντων
Μελαννίος Νικοκλεῖος Ἐρχομενίω,
Ἠσχριῶνος Θερσανδρίαο[5] *Κορωνεῖος,*
Ἀρνοκλεῖος[6] *Ἀντιοχίδαο*[7] *Ἀνθαδονίω,*
Ἀρίστωνος Μεννίδαο Θεισπιεῖος,
Πραξιτελίος Ἀριστοκλίδαο Θειβήω,
Θιομνάστω Ἑρμαϊκῶ Ταναγρήω,
Πούθωνος Καλλιγίτονος[8] *Ὡρωπίω·*
Γραμματεύοντος
Διοκλεῖος Διοφάντω Πλαταεῖος[9]*·*
Μαντενομένω[10]

[1] Eph. Class .XIII. p. 336.
[2] Walpol. II. p. 569.
[3] Müller. Geschicht. p. 471.
[4] Βοιωτον . τα . ποδα C. Quod tripodum dedicationes attinet, fuse egit Taylorus ad Marm. Sandv. p. 74.
[5] Θερσανδριχο C.
[6] Ἀνιοκλειος L.
[7] Ἀνιοχίδαο L.
[8] Καλλιπονος L. Sed καλλιγίτων (Bœotice pro Καλλιγείτων cf. supra p. 264.) longe melius est.
[9] Πλαταιος L.
[10] Ἀνερχομενω L.

Δινίαο Ἑρμοτιῶνος (Θεισ)πιεῖος [1].
Θιοπροπίοντος [2]
.....ευ Μεινίαο Ἐρχομενίω [3].
(ἱερ)ατεύοντος
Λαμπρίαο...ότω Ἐρχομενίω.

3. INSCRIPTIO ORCHOMENIA VI.

Melet. Geog. Leak. in Eph. Class. XIII. p. 332. Böckh. I. p. 321. II. p. 377. Walpol. II. p. 573. Cockerell. MS.

ΜΥΡΙΧΟΣ Πολυκράτιος, Ἰαρώνυμος Διογίτονος ἄνδρεσσι [4] χοραγείσαντες, νικάσαντες Διωνύσοι ἀνέθεικαν, Τίμωνος ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο αἴδοντος Ἀλκισθένιος.

[1] Hæc linea deest in Leakii apographo.

[2] οιπροπιωνιος C. προπιοντος L. unde nostram lectionem conflavit Walpolius.

[3] Nil nisi Ἐρχομενίω in hac linea apud Leakium extat et in l. 20. nil nisi eadem vox.

[4] Ἄνδρεισι χοραγείσαντες. Apud Clarkium (Tom. VII. p. 176. 8vo. ed.) hæc e marmore quodam Lebadeæ reperto afferuntur.

Ἄνδρεσσι Χάρονδα
αιχανορ Καφισοδώρω ἰπ...
Ἁρμοδίος πολέμω.

Tacite correxi Καφισ. pro Καιφισ. In ultima voce pro πολέμω legendum πολεμα(ρχοῦντες) vel tale aliquid, quod ex inscriptione infra posita patebit.

4. INSCRIPTIO ORCHOMENIA VII.

Böckh. T. I. p. 321. Mus. Cat. 83.

ΑΛΕΥΑΣ[1] *Νίκωνος, Καφισόδωρος Ἀγλαοφίδαο ἄνδρεσσι χοραγίοντες, νικάσαντες Διωνύσοι ἀνέθεταν*[2], *Ἀθανίαο ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο, αἴδοντος Κράτωνος.*

and Argia, who was with the Greeks at the Trojan war. The hunt, which is here represented is unknown in ancient history. Those which have come down to us are the chase of the Calydonian boar, and that of Parnassos, where Ulysses was wounded[1]. The Cromyon sow, and Erymanthian boar, which were killed by Theseus and Hercules, seem not to have afforded the opportunity of a general hunt, like the two above-mentioned.

The wild boar chase is not an uncommon delineation on fictile vases. There is one of great interest and remote antiquity, in the collection of Sir W. Hamilton, which is at present in the British Museum[2]. It has been supposed that these vases were the Theriklean cups, celebrated in antiquity, and thus named from their maker Therikles[3]. It appears that the manufacture was not confined to any particular material. In Dr. Bentley's dissertation upon Theriklean cups, are cited the authors, who have written on this subject.

These tombs probably did not contain vases of such value as those found in the sepulchres of Corinth; all of which, Strabo[4] says, were opened in the time of Julius Cæsar, when the earthen and bronze vases[5] found in them were sold for high prices, and sent to Rome. That city was thus copiously supplied with the vases that had been interred with the Corinthian dead[6]. The vein of earth being lost, they became scarce; and the value was enhanced, not only by their great rarity, but by their wonderful beauty. This introduction of objects of Corinthian art must have been a source of improvement for Roman artists, by whom elegance was not much known or studied at that period; though it is evident they began to have a taste for it, from the eagerness with which they sought for works of that kind. Corinth was for a long time the great emporium of every thing that was elegant in the arts; and was, according to the observation of Paul Orosius, for many ages, "velut officina omnium artificium, atque artificiorum.[7]"

[1] Homer. Odyss. 19.

[2] See D'Hancarville Vases d'Hamilton, vol. 1. pl. 1, 2, 3, and 4.

[3] See Introduction aux Peintures de Vases Grecques, par I. Millingen. Rome, 1813. Therikles was cotemporary with the comedian Aristophanes, who lived about the 97th Olympiad, 434 years B. C.

[4] B. 8. p. 381.

[5] Ὀστρακινα.

[6] Νεκροκορινθιων.

[7] Hist. b. 5. c. 3.

APPENDIX.

No. VI.

INSCRIPTIO POTIDÆA.

Cf. p. 114.

Thierschii Dissertatio ex Act. Philol. Monac. Tom. II. p. 399.

Cum Londini in Museo Elginiano versarer, et præter marmora, quæ illustrissima artis Phidiacæ documenta ostendunt, etiam lapides literarum versibus obductos curiose inspicerem, inter alios me detinuit cassus unus et truncatus, cujus notitiam jam Parisiis acceperam, quippe qui duodecim versuum elegiacorum fragmentis memoriam Atheniensium ad Potidæam cæsorum celebrabat.

Utar autem hac opportunitate, primum ut de consilio, quo marmor hoc inscriptum fuit, de ætate, quam præ se fert, de loco, quo inventum, de forma, qua fuit priusquam frangeretur, denique de orthographia ejus agam, post vero ut rationem ineam, qua versus truncatos atque laceros restituendos existimem. Ac de consilio quidem, quod in lapide inscribendo sequuti sunt, ipsum epigramma clare loquitur. Habemus versu 6 portas Potidææ ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΛΑΜΦΙ ΠΥΛΑΣ id est Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας, et v. 10. et 11 filios Atheniensium, qui ad Potidæam mortui sunt. ΠΡΟΣΘΕ ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΗΟΙ ΘΑΝΟΝ ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕΝΑΙΟΝ i. e. πρόσθε Ποτειδαίας οἵ θάνον Παῖδες Ἀθηναίων. Adde, quod v. 4. victoria virtute parta ΝΙΚΕΝ ΕΥΠΟΛΕΜΟΜ i. e. Νίκην εὐπόλεμον, quod v. 7. hostes sepultura conditi ΕΧΘΡΟΝ ΔΟΙΜΕΝ ΕΧΟΣΙΤΑΦΟ ΜΕΡΟΣ i. e. Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, denique quod luctus Athenarum de illis viris commemoratur ΑΝΔΡΑΣ ΜΕΜ ΠΟΛΙΣ ΗΕΔΕ ΠΟΘΕΙ i. e. Ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ, nec quicquam erit, quod te incertum teneat. Nimirum hoc marmor

positum fuit Atheniensibus, qui parta victoria ad Potidæam ceciderant.

Potidæa, a Corinthiis in litoribus Macedoniæ fundata, cum reliquis ejus tractus coloniis Atheniensibus tributo obstricta tenebatur, et prima e sociis cum defecisset, signum dedit belli illius Peloponnesii, qua tota Græcia conflagravit. Athenienses enim, postquam audiverant Corinthiorum duo millia auxilio Potidæatis missa, ipsi quoque copias auxerunt, quibus Macedoniæ motibus invigilabant. Quo facto Callias, prætor eorum, exercitum infesto agmine contra junctam Corinthiorum et Potidæatarum manum sub ipsam urbem adduxit. Sequutum est prœlium, quod descripsit Diodorus Sic. XII. c. 34. multo vero accuratius Thucydides I. 62. et 63. In eo Athenienses, quamvis impetu hostium pressi, hos fuga inter urbis munimenta compellunt et victoria potiti tropæum constituunt. Hæc pugna, si numerum hominum, qui occubuerunt, spectas, minoris quidem momenti est. Atheniensium enim centum et quinquaginta cum ipso duce Callia occubuerant, hostium vero trecenti. Fuit tamen illa inprimis celebrata, propterea quod utrimque magnis animis pugnatum est, et Athenienses bono augurio sub ipsius belli initium victores exstitere, unde eam pugnam illustrem Diodorus dixit l. I. c. 37. *Ἀθηναῖοι δὲ περὶ Ποτίδαιαν νενικηκότες περιφανεῖ μάχῃ.* Nec leve ejus memoriæ momentum adtulit, quod inter Athenienses tum Socrates fortissime pugnasse judicatus oblatum decus *ἀριστείας* sibi haud vindicavit, sed in Alcibiadem a se hostium manibus ereptum detulit. Cf. Diog. Laert. II. cap. V. §. 7. ibique interpp.

Ceterum hac victoria potiti partem exercitus Athenienses ad urbem relinquunt, eamque obsidione cingunt. Jam magna utrimque contentio, donec Potidæatæ fame hostibusque pressi Olymp. 87. anno 4. facta deditione patriam cum uxoribus et liberis relinquunt, eamque Atheniensibus habitandam tradunt. Ipsi a Chalcidensibus in societatem urbis recipiuntur, Athenis autem missi mille coloni, qui Potidæam tenerent, Thucyd. II. 70. Diod. Sic. XII. c. 46. p. 509. Wess. unde a Pseudoaristotele in Œconomicis §. 5. *Ἀθηναῖοι οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ οἰκοῦντες* commemorantur. Mos autem erat Atheniensium, civium in bello defunctorum ossa legere et in patriam deportare, ut ea publica sepultura cum honore conderent; idque nec in his, qui ad Potidæam ceciderunt, neglectum est. Nam Thucydides II. p. 34. memorat, hyeme prima illius belli Athenienses patrio instituto

usos publicam sepulturam instituisse τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων, qua occasione Pericles celeberrima oratione funus eorum nobilitavit. Hac ipsa autem celebritate nostrum epitaphium sepulcro eorum publico, qui ad Potidæam ceciderant, fuisse impositum, tum e v. 9. apparet ΑΝΔΡΑΣ ΜΕΜ ΠΟΛΙΣ ΗΕΔΕ ΠΟΘΕΙ i. e. ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ, quo luctus populi de eis tanquam præsens commemoratur, tum ex loco, in quo marmor inventum est. Jacebat enim in campis Academiæ extra viam sacram, quæ Athenis Eleusina ducit. Eam viam Pausanias in Attic. p. 28. Sylb. c. 36. seq. Kuhn. describit repletam sepulcris et monumentis heroum atque clarorum virorum, qui inde a remotissimis temporibus virtute, sapientia, vel quod in literis artibusve excelluissent, patriæ gloriam illustraverant. Erant tumuli, et ad eos aræ, statuæ, nemora atque cippi. Eadem regione, Academiam versus, sepulti erant, quibus contigerat terra marique pro patria pugnantibus mori. P. 28. l. 6. Ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυμαχίαις καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς, πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσταντο. τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι δι' ἀνδραγαθίαν. οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν εἰς Ἀκαδημίαν. Καὶ σφῶν ἑστᾶσι ἐπὶ τὰς τάφας στῆλαι, τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. Nec vero sola defunctorum nomina, sed laudem quoque virtutisque memoriam his cippis, saltem pluribus eorum inscriptam fuisse, id quidem, quamvis in loco, quem exscripsimus, non commemoretur, cerni tamen potest ex his, quæ deinceps Pausanias commemorat. Nam servorum, qui pro dominis pugnantes occubuerant, cippum indicasse dicit ἀγαθοὺς σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ γενέσθαι περὶ τοὺς δεσπότας; et in sepulcro eorum, quos ad Corinthum pugna contra Agesilaum absumserat, describendo ipsa ἐλεγεῖα commemorat p. 29. l. 7. Μετὰ δὲ τοὺς ἀποθανόντας ἐν Κορίνθῳ, στήλην ἐπὶ τοῖσδε ἑστάναι τὴν αὐτὴν σημαίνει τὰ ἐλεγεῖα, τοῖς μὲν ἐν Εὐβοίᾳ τε καὶ Χίῳ τελευτήσασι, τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Ἀσιανῆς διαφθαρῆναι δηλοῖ, τοὺς δὲ ἐν Σικελίᾳ. Post hæc multorum tumulos, et pugnas, in quibus occubuerant, recenset, nulla tamen, quod inprimis exoptatum nobis accidisset, eorum mentione, qui ad Potidæam ceciderant. Horum autem sepulcrum in eodem loco fuisse præter epitaphium ibi inventum docet etiam Thucydides, qui funebria, quæ supra diximus, et honores iis habitos, qui in primo belli

Peloponnesii anno ceciderant, describens l. c. hæc habet: Τιθέασιν οὖν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. Καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκτῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες, αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. Vides cæsos ad Potidæam eodem illo loco conditos, quem monumentis et sepulcris plenum describit Pausanias. Nam Scholiasta Thucyd. ad v. δημόσιον σῆμα observat, id esse τὸ καλούμενον κεραμεικόν. Fuit autem hic idem cum Academia, alter ille Ceramicus extra urbem, de quo cf. Meursius *Ceramicus Geminus* c. xx. in Gronov. Thes. Antiqq. Err. T. IV. p. 1003. ed. Venet.

His ita expositis conjicere licet, qua forma marmor nostrum fuerit, priusquam frangeretur. Erat nimirum ad rationem cipporum, quorum satis multi integri ad nostram memoriam pervenerunt, columna, στήλη, quadrata, eo quidem ambitu, ut nomina centum et quinquaginta Atheniensium, quorum honori erecta erat, in plures ordines disposita, nec non et Calliæ commemorationem caperet.—Huic defunctorum indici subjunctum erat epigramma, quod virtutem eorum commemoraret. Ac pars quidem superior, quæ nomina continebat, tota interiit, nisi quod in fractura anguli sinistri ductus nonnulli ejus nominis, quod extremo loco positum erat, emineant, ita tamen dissoluti, ut nihil inde efficias [1].

Ceterum cujus generis catalogus hic interiit, ejus ex eodem ævo servati sunt duo, alter quem Nointelius Athenis Parisios detulit, de quo conferas Josephi Bimardi dissertat. in Muratorii Novo Thesaur. Inscriptt. Græc. T. I. p. 42. Montfauc. Palæogr. Gr. Lib. II. p. 42. et Maffei Museum Veronens. p. CCCCVI. inscriptus honori eorum, qui in Cypro, Ægypto, Phœnice, in Haliensibus, in Ægina atque Megaris ceciderunt, omnes eo-

[1] Viscontus putat, ductus illos ex literis ΕΛΟΙ pro ...ηγῳ superesse, unde titulum conjecit fuisse:

ΕΙΣΤΟΣ ΕΝΤΕΙ ΜΑΧΕΙΤΕΙΠΕΡΙ
ΠΟΤΕΙΔΑΙ ΑΝΣΥΓΚΑΛΛΙΑΙ ΣΤΡΑΤ
ΕΛΟΙΠΕΠΤ ΟΚΟΤΑΣ,

falsus omnino, siquidem, ut monuimus, nomina defunctorum ex usu solemni in hujusmodi monumentis præcedere debuerunt. Accedit, quod nullus omnino titulus ejus generis ab εἰς τούς, εἰς τήν al. incipiens unquam sepulcro alicui apud Græcos fuit impositus.

dem anno[1], qui secundum Bimardi computationem est tertius Olymp. LXXX., ante ær. nostram 457. Servatur nunc in vestibulo Musei Parisiensis. Alter est Elginianus, inter Inscriptiones Elginian. 23. quem singulari commentario se illustraturum pollicitus est Visconti l. 1. p. 152. Indicat hic nomina eorum, qui ad Delium Bœotiæ ceciderunt anno 1. Olymp. LXXXIX., ante ær. Christian. 424. His accedunt tabulæ, quas Sponius edidit in Miscellan. erudit. antiquit. Sect. x. p. 315. et illæ, quas a Fourmonti inscriptionibus Boeckhius in Dissert. Indici auctum. lectionum Berolinens. hujus anni præmissa publicavit. Ac is quidem ingeniose conjicit, Sponii et Fourmonti catalogos diversas ejusdem lapidis partes, huncque ab Elginiano non esse diversum. Ex temporum autem quam indicavimus ratione patet, marmor Nointelianum nostri ætatem XXV. annis excedere, Elginianum vero alterum VIII. annis esse recentius.

Denique quod ad literaturam carminis attinet, ponitur ubique et in nostro et in reliquis ejusdem ævi marmoribus

E pro H.

2. ΣEMAINE. 4. NIKEN. 5. AIΘEP.

8. ΠΙΣΤΟΤΑΤΕΝ. 9. ΗΕΔΕ. 11. ΑΘΕΝΑΙΟΝ. 12. ΑΡΕΤΕΝ.

O pro Ω.

7. ΕΧΘΡΟΝΔΟΙΜΕΝ. 8. ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕΝΑΙΟΝ.

O pro ΟΥ.

7. ΕΧΟΣΙ ΤΑΦΟ ΜΕΡΟΣ. Idem in Nointeliano vidimus.

ΦΣ, ΧΣ pro Ψ, Ξ.

5. 11. ΦΣΥΧΑΣ. 5. ΥΠΕΔΕΧΣΑΤΟ[2].

[1] Initium inscriptionis minus accurate a Montfaucono reliquisque redditum est. Neque enim lin. 3. habet EN AIΛINEI ⋮ MEΛAPOΣ sed vocibus vetustate adesis EN AIΛINI ⋮ ..MEΛAPO i. e. ἐν Αἰγίνῃ καὶ Μεγάροις neque l. 4. EN TO AYTO ENIAYTO quod volunt esse ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, sed omisso EN, ut TO AYTO ENIAYTO sit τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ.

[1] Falso autem docemur in Grammaticis etiam nuperrimis, antiquitus pro Ψ, ΠΣ, ΒΣ, ΦΣ, et pro Ξ, ΚΣ, ΓΣ, ΧΣ, scripta fuisse. In omnibus enim ejus ævi monumentis nihil nisi ΦΣ pro Ψ, ΧΣ pro Ξ apparet, licet vocis analogia Π, Β, Κ, Γ requirat, una excepta inscriptione Veneta apud Payne Knight in Analytical Essay on the Greek Alphabet, Tab. I. fig. 2. in qua ΔΕΚΣΑΙΤΟ scribitur. Hujus autem tabulæ fidem nondum approbatam esse recte observat Paynius. Mihi quidem eo magis suspecta est, quod antiquissimas literas Φ et Χ, quæ in vetustissima omnium inscriptionum, in Eleatica nimirum, jam apparent (cf. Museum Criticum Cantabrig. N. IV. p. 535.) declinat, quippe quæ ΠΗΑΝΤΟ pro ΦΑΝΤΟ et ΕΠΕΥΚΗΟΜΕΝΟΣ pro ΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ scripta exhibeat.

H pro spiritu aspero
ΗΕΛΠΙΔ. 9. ΗΟΙ.
N mutatum in M
ante Φ v. 5. ΜΕΜΦΣΥΧΑΣ, et Π v. 9. ΜΕΜΠΟΛΙΣ. v. 10. ΕΜΠΡ, item in Catalogo Fourmonti Col. I. l. 40. ΕΜΠΟΤΕΙΔΑΙΑΙ, l. 45. ΕΜΠΥLΟΙ de qua mutatione cf. Hermannum de emend. rat. Græc. Gramm. L. I. c. IV. Cave tamen id ad omnes Græcas gentes pertinuisse credas. Nam ex Elea illa inscriptione cernere licet, Æolenses vel in mediis vocibus N servasse. In hac enim ΣΥΝΜΑΧΙΑ, et ΤΟΙ ΔΙ ΟΛΥΝΠΙΟΙ i. e. *συμμαχία*, *τῷ Διὶ Ὀλυμπίῳ* scribitur.

Denique singularibus formis, quas typis nostris exprimere non potui, sunt Theta, orbis et punctum in centro, Gamma instar Δ sublata linea in basi, Pi truncata linea dextra, Lambda instar Latini L.

Est autem hæc prisca Atticæ literatura, *τὰ παλαιὰ Ἀττικὰ γράμματα*, variis illa modis a Doriensium et Æolensium alphabetis recedens, qua usi sunt Athenienses, velut Miltiades in Epigrammate, quod Olympiæ dedicaverat, cf. Paus. VI. c. 19. o. 498. Kuhn. donec Ionicæ literæ, numero XXIV. receptæ sunt. Dicunt id factum sub finem belli Peloponn. Archonte Euclide Ol. XC. 2. ante ær. nostram 403. anno vicesimo nono post inscriptionem, de qua agimus, conditam. Sed si verum spectas, Ionicæ literaturæ usus sensim introductus est. Apparent enim in mediis Atticis literis ejus vestigia, ut in Fourmonti catalogo, qui bis ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ majoribus literis Col. I. vers. 39. 54. scriptum exhibet; ac vetus tessera hospitalis Musei Borgiani, quam explicuit Heerenius in Bibl. der alten Lit. Fasc. V. p. 1. habet ΑΡΜΟΞΙΔΑΜΟΣ et ΠΡΟΞΕΝΟΙ juxta ΔΙΔΟΤΙ, ΜΙΝΚΟΝ, ΕΠΙΚΟΡΟΣ non Ω, ΟΥ, sed Ξ. Nimirum quæcunque vetusti ævi inscriptiones vasculis, numis, æri atque marmori additæ ad nostram memoriam pervenere, eæ omnes docent, quatuor et viginti literarum scripturam populis subinde natam atque receptam esse, et errare hos, qui Græcarum literarum origines atque progressus ad certa tempora revocare clarisque nominibus adjungere laborent. Statuendum igitur erit, isto Euclidis decreto nihil aliud fuisse contentum, nisi ut Ionicas literas in publicis monumentis inscribendis adhibere liceret. Neque tamen earum usus sic statim apud omnes receptus est, siquidem Pausanias inscriptionem Atticis literis factam commemorat, quæ nomen Praxitelis contineret: *Γέγραπται δὲ ἐπὶ*

τῷ τοίχῳ γράμμασι Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους in Attic. p. 6. l. 9. a fine. Atqui Praxiteles Olymp. CIV. quinquaginta fere post Euclidis Magistratum annos floruit.

Denique in vetustis Atticorum inscriptionibus omnibus observare licet, literas diversorum versuum ita esse dispositas, ut si ab imo ad summum spectes, instar columnarum una supra alteram positæ appareant. Itaque cum v. 6. septem et viginti literæ servatæ sint, quarum ultima est L, omnes literæ, quæ in sequentibus lineis infra hoc L positæ sunt, eundem literarum numerum, quem L sexti versus, ante se habeant, et locum vicesimum septimum occupent necesse est. Non temerarie id factum esse a Visconto observatum memini, sed ut inviolabilis servaretur monumentorum fides, quippe cum inscriptioni hac ratione dispositæ nulla litera neque addi neque eximi posset. Non leve autem hinc adminiculum oritur, si quis lacunas in mediis versibus supplere aggreditur. Nam voces supra positæ certo indicio docent, quot literas in lacunæ loco fractura lapidis absumserit.

Omnes versuum fines cum ipso cippo interierunt, tum major pars quarti, tres vero priores fere toti, ut de genuina totius carminis forma restituenda desperare debeamus. Igitur probabilia sequamur.

Vers. I. ΑΘΑΝΑΙ

Hujus generis Epitaphia, quibus nomina defunctorum supra scripta erant, plerumque in ipso initio aliquam eorum commemorationem cum demonstrativo οἵδε continent. Ex eo genere sunt in Antholog. palatina Sect. VII. n. 252. Antipatri.

Οἵδ' Ἀΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον, οὐχ' ἅπερ ἄλλος,
Στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαχον.

Simonidis ib. n. 258.

Οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἦβην
Μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις.

Cf. ibid. Æschyli n. 255. Platonis n. 256. Simonidis n. 270. Jam prima vox cum casum aliquem vocis ἀθάνατος effecerit, quumque ex eodem conjicere liceat, immortalem defunctorum gloriam hic fuisse commemoratam, non immerito conjicias, versum fuisse ad normam Simonidei in Anthol. Palat. Sect. VII. n. 201.

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θέντες
Κυάνεον θανάτου ἀμφιβάλοντο νέφος.

quem sequutus ita restituam:

ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΛΕΟΣΗΟΙΔΕ ΦΙΛΕΝΠΕΡΙΠΑΤΡΙΔΕΘΕΝΤΟ

i. e. *Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ' ἔθεντο.*

Sequitur

V. 2. ΣΕΜΑΙΝΕΝ.

Duæ postremæ literæ vetustate adesæ sunt, ita tamen, ut dignosci adhuc possint, inprimis E[1].—Est igitur *indicabat*.—*Quis* autem indicabat et *quid?* Pugna, arbitror, vim, virtutem defunctorum hostibus conspiciendam exhibuit. Hanc sententiæ analogiam sequutus restitui

ΣΕΜΑΙΝΕΝ ΔΕ ΜΑΧΕ ΔΥΣΜΕΝΕΕΣΣΙ ΒΙΕΝ

i. e. *Σημαῖνεν δὲ μάχη δυσμενέεσσι βίην.*

V. 3. ΚΑΙΠΡΟΛΟΝΟ.

Post ultimum O ductus nonnulli in marmore apparent, qui tamen, quo pertinuerint, non patet. Fuit autem casus aliquis ex ΠΡΟΛΟΝΟΙ et *majorum* aliquam commemorationem in versu fuisse apparet. Omnium Atheniensium animis inhærebat imago virtutis illius, qua majores ad Marathona, Salamina, atque Platæas pugnaverant. Quavis occasione eorum gloria celebrabatur laudibus et virtute nepotum æmula. Nulla igitur sententia magis huic loco apta, quam illos, qui ad Potidæam victores ceciderant, eodem quo majores animo pugnasse. Itaque restitui

ΚΑΙ ΠΡΟΛΟΝΟΝ ΤΟΝ ΘΥΜΟΝ ΕΝΙ ΣΤΕΘΕΣΣΙ ΦΕΡΟΝΤΕΣ

i. e. *Καὶ προγόνων τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες.*

V. 4. ΝΙΚΕΝ ΕΥ ΠΟΛΕΜΟΜ.

Ultimæ literæ pars tantum, sed ea neque exigua neque dubia in fracto lapide hæret, ut Viscontus non Iota hoc loco debuisset edere. Restitueram

ΝΙΚΕΝ ΕΥ ΠΟΛΕΜΟ ΜΑΡΝΑΜΕΝΟΙ ΚΑΘΕΛΟΝ

i. e. *Νίκην εὖ πολέμῳ μαρνάμενοι κάθελον,*

falsus in ΠΟΛΕΜΟ, quod non *πολέμῳ* sed tantum *πολέμου* esse posset. Exemplum quod ex marmore Nointeliano potuisset afferri

ΕΝ ΤΟ ΑΥΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ

[1] Viscontus ait, ΣΕΜΑΙΝΕΙ, quod edidit, distinctum esse atque integrum. Sed literæ N angulus superior in marmore hæret, lineis ita directis, ut formam N fuisse monstrent. Neque ego in prima editione debebam ΣΕΜΑΙΝΟΝ restituere primumque distichon ita disponere:

Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδα θέντες
Σημαῖνον σφετέρην δυσμενέεσσι βίην.

ipsi supra sustulimus. Meliora invenit Viscontus, legens ille

NIKEN EYΠOLEMON

i. e. *Νίκην εὐπόλεμον*, usus in hanc rem Homeri Hymno in Martem v. 4.

Νίκης εὐπολέμοιο πάτερ, συναρωγὲ θέμιστος.

Idem est in Agathiæ Epigr. XXXVI. Anthol. F. IV. p. 16. (T. III. p. 46.) in Plutarchum v. 3.

παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
Ρώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις.

Neque obstat, neque sequitur M. Fuit enim

NIKEN EYΠOLEMOM MAPNAMENOI

N ante M in M mutato, ut factum in marmore Dorico apud Koenium ad Greg. Corinth. p. 83. ed. pr. ΔAMOM META. Nihil jam superest, nisi ut verbum circumspiciamus, quo victoria potiti esse dicantur. Si ἕλον metro conveniret hoc non cunctanter reponerem. Sed deest syllaba. Neque ἔλαβον, ἔλαχον eligendum ob hiatum, qualis in ejus ætatis monumentis non solet admitti. Restat igitur, ut KAΘELON scribamus, dum melius aliquid inveniatur, ut versus sit:

Νίκην εὐπόλεμον μαρνάμενοι κάθελον.

Scio *καθαιρεῖν* esse *deripere* et de victoria minus apte dictum videri posse. Eadem tamen vi voce usus est Pindarus Ol. XI. (X.) 6. Boeckh.

Τίς δὴ ποταίνιον ἔλαχε στέφανον
χείρεσσι ποσίν τε καὶ ἅρματι,
ἀγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος εὖχος ἔργῳ καθελών,

siquidem *ἀγώνιον εὖχος* de victoria sperata, et ad *καθελών* intelligendum est *αὐτό*. Simplici verbo usus in eadem re. Pyth. v. 20.

Μάκαρ δὲ καὶ νῦν κλεεννᾶς ὅτι
εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος ἵπποις ἑλών
δέξαι τόνδε κῶμον ἀνέρων,

unde simul intelligitur, in priori loco post *στέφανον* interpungendum esse, non vero post *ἅρματι*. Sequentium versuum partes tam amplæ restant, ut in restituendis, quæ deficiunt, nullibi fere dubius hæreas.

V. 3. 6. AIΘEPMEMΦΣYXAΣYΠEΔEXΣATOΣO
TONΔEΠOTEIΔAIΑΣΛAMΦIΠYΛAΣEL

In priore versu vocis postremæ ΣO partem ablatam simul cum fine versus facile restituas, collato AIΘEPMEN ΦΣYXAΣ quod

præcedit. Hoc enim in opposito requirit ΣΟΜΑΤΑ ΔΕ ΧΘΟΝ, quo recepto sequens ΤΟΝΔΕ non erit *τόνδε* sed *τῶνδε*. Cum his autem si jungas ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΑΑΜΦΙ ΠΥΛΑΣ, quibus sententia a ΣΟΜΑΤΑ incipiens continuatur, huic ad finem versus deest verbum, cujus primæ literæ erunt EL. Optio hic datur inter ELABEN et ELAXEN, nec erit quisquam, quin hanc alteram vocem, utpote in tali re solennem, statim arripiat. Jam totum distichon erit

Αἰθὴρ μὲν ψυχάς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών
Τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν[1].

quocum conf. Antholog. Palat. Sect. VII. 6. 1.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος
Ψυχὴ δ' ἀθάνατον τάξιν ἔχει μακάρων.

Præterea duo juvabit observasse, orthographiam nominis *Ποτείδαια*, utroque loco v. 6. et 10. scriptum cum *ει*, quæ scriptura in Catalogo Fourmonti Col. I. l. 40. EM ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΙ recurrit. Præterea firmatur analogia nominis, urbs enim, ut observat Visconti, appellata est a Neptuno, cujus nomen Doricum *Ποτείδάν* conf. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dialecto Dorica not. 86. numinis hujus auspiciis, ut videtur, condita. Templum dicatum Neptuno, *Ποσειδώνιον*, in Potidææ regione commemorat Thucydides IV. c. 129. et cum Persarum, qui Potidæam obsiderent, magna pars fluctibus subito ad insolitam altitudinem elatis absumta esset, id Potidæatæ accidisse dicebant ira Neptuni, *ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων* Herod. VIII. c. 129. Falsa igitur est scriptura *Ποτίδαια*, licet eam omnium scriptorum, qui hujus urbis mentionem fecerunt, Msti omnes sequantur, nec minus reprehendendum, quod *Ποτιδαίαται* brevia dicuntur apud Thucydidem aliosque, scribendi nempe *Ποτει-*

[1] Visconti hæc ita restituit:

Αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δ' ὕπνον
Τόνδε Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας ἔλαχον

omisso *γ'* ante *ἀμφί*, quod in marmore esse spondere possum. Provocat ad Epigrammata Callimachi, in quibus mors dicatur *ἱερὸς ὕπνος* Epigr. 49. *ὕπνος πεπρωμένος* 44. *ὀφειλόμενος* 55. et *νήγρετος ὕπνος* Epigr. Adesp. 666. Nihil sane hac dicendi ratione vulgarius, sed nonnisi cum in universum de morte sermo est. Ea tum *ὕπνος* et mortuum esse *κοιμᾶσθαι* ubivis dicuntur. Cum vero separatio animæ a corpore commemoratur atque illa narratur ad æthera abire, tunc corpus dormire a nemine Græcorum dicitur, nec nisi ab homine christiano dici poterit.

δαιᾶται ad rationem Herodotei Ποτιδαιῆται VIII. c. 129. ἀπεστεῶσι Ποτιδαιήτῃσι, c. 126. ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω cf. c. 128. Ad eandem normam exigenda erunt nomina apud Stephanum de urbb. Ποτιδανία· πόλις Αἰτωλίας τὸ ἐθνικὸν Ποτιδανιάτης et Ποσίδειον· πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Συρίας. Servata est scriptura in nominibus, quæ vulgatam nominis Ποσειδών formam sequuntur.

Alterum, quod observatum velim, est vocula γέ, non temere post Ποτειδαίας illata, cum metri causa abesse posset. Nimirum cum se excipiant Ποτειδαίας ἀμφὶ πύλας ea monentur lectores, ne Ποτειδαίας ad πύλας Adjectivi instar referant. Igitur, quæ vis est huic voculæ, nomini vim addit idque tanquam Substantivum separatim stare juxta πύλας indicat. Eadem prorsus ratione adhibita est apud Pausaniam in Epigrammate, quo Tanagræi pateram Olympiæ dicatam inscripserant in Anth. P. T. II. p. 836.

Ναὸς μὲν φιάλαν χρυσέαν ἔχει, ἐκ δὲ Τανάγρας
τῆς Λακεδαιμονίοις συμμαχίδος γε τιθέν.

Γε h. l. ut efferatur notio τῆς συμμαχίδος, *illius nempe, quæ socia fuit* Lacedæmoniis, et ne συμμαχίς tanquam adjectivum cum Τανάγρας coeat.

V. 7. ΕΧΘΡΟΝΔΟΙΜΕΝΕΧΟΣΙΤΑΦΟΜΕΡΟΣ ΗΟ

Sententia integra est: *Hostium alii quidem nacti sunt sepulcri* honores. Scilicet Athenienses victoria parta τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτειδαιάταις Thucyd. I. 63. Eandem rem indicat circumlocutio τάφου μέρος, nempe permissum fuerat ab Atheniensibus hostes

Τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι
ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς,

ut in re simili ait Sophocles Antigonæ v. 296. quocum conferas *Eurip. Supplic.* 319. Herm. (309.)

Κἀμοὶ παραινεῖν οὐ φόβον φέρει, τέκνον,
ἄνδρας βιαίους καὶ κατείργοντας νεκρούς
Τάφου τε μοίρας καὶ κτερισμάτων λαχεῖν

et quem Viscontus laudat, *Æschyl. Agamemn.* v. 518. ubi Talthybius Troia reversus ait:

Οὐ γάρ ποτ' ἦὐχουν τῆδ' ἐν Ἀργείᾳ πόλει
Θανὼν μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.

Jam prægresso Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, patet literas HO, quarum posterior dimidia tantum parte in marmore superest, alterum sententiæ membrum, priori oppositum incipere

et supplendum esse HOIΔE. Ut reliquam versiculi partem inveniamus, in auxilium vocandus erit, qui sequitur

V. 8. ΤΕΙΧΟΣΠΙΣΤΟΤΑΤΕΝΗΕΛΠΙΔΕΘΕΝΤΟ

quo docemur, quidnam reliqui hostes fecerint, quos illud HOIΔE induxit, scilicet munimenta urbis *tutissimam spem* arbitrati sunt. Cujusnam spem? Nempe salutis sive vitæ. Non igitur dubium, quin in fine posterioris BIO marmor habuerit. Jam superioris versus defectus sua sponte sarcitur. Nam Potidæatæ non intra munimenta urbis se continuerant, quod indicarent verba *τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου*, si sola legerentur, sed egressi, ut exciperent advenientem hostium exercitum et pugna superati, intra ea fuga salutem petierant. *Ποτειδαιᾶται δὲ καὶ οἱ μετὰ Ἀριστέως Πελοποννήσιοι προσδεχόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἐστρατοπεδεύοντο πρὸς Ὀλύνθῳ ἐν τῷ ἰσθμῷ*—mox pugna commissa vincit in cornu suo Aristeas. *Τὸ δὲ ἄλλο στρατόπεδον Ποτειδαιατῶν καὶ Πελοποννησίων ἠσσᾶτο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν* Thucyd. I. 62. Hic ipsam vocem, qua caret versus, historicus nobis offert, nempe scrib.

ΗΟΙΔΕ ΦΥΛΟΝΤΕΣ

ut totum distichon sit

Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱ δὲ φυγόντες
Τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου

qua ratione ante me jam a Visconto fuit constitutum. Ceterum quod epitaphium poëtice eloquitur, hostes fugatos urbis munimenta tutissimam salutis spem habuisse, id ille, sine ornatu, *eos intra muros fugisse* dicit ipso verbo, quod in marmore esse debuit, servato. Jam in priori versu vidimus, epitaphio nostro confirmari, quod ille de traditis ad sepulturam hostibus memoraverat. Idem in his, quæ de fuga intra muros subjunguntur inter ejus historiam et hoc publicum patriæ suæ monumentum concentus cernitur. Nempe Thucydides, ut scimus, priusquam opus scribendum aggrederetur, diligenter collegit atque inter se contulit, quæ ad belli Peloponnesii historiam pertinerent, ut istud *κτῆμα ἐς ἀεί* solido fundamento superstrueret. Ac nostrum quidem epitaphium in Thucydidis patria et velut ante oculos civium expositum latere eum non potuit. Eo igitur tanquam documento, quod rei gestæ memoriam fide publica consignatam posteris traderet, in describenda pugna ad Potidæam commissa usum esse statuere licebit. Ceterum in his quoque versibus nonnulla, quæ ad veterem orthographiam pertinent, observata

velim. Primum est, quod οἱ post δὲ sine aspiratione scribitur, eamque in altero membro, ubi abest illa particula, servat.

ΔΟΙ ΜΕΝ . . . . ΗΟΙΔΕ

Priscianus tradit. p. 546. ed. Putsch. Æolenses digamma interdum pro nihilo habuisse, in cujus rei testimonium versu utitur hoc:

Ἄμμες δ' εἰράναν· τά δέ τ' ἄρ θέτο Μῶα λίγεια.

Hoc si comparatur cum nostro loco, videre licet, voculam ΔΕ ea vi fuisse, ut non solum spiritum asperum, sed etiam digamma in subjecta voce opprimeret.—Idem accidebat in particula ΓΕ, quæ res in gravissima doctrina de digammo nostra ætate majori doctrina, quam intelligentia, tractata, maximi est momenti, simul etiam explicat, quare ΔΕ et ΓΕ, ubi apostrophum habent, sequente aspiratione nunquam aspiratæ Θ' et Χ' fiant, quippe quibus ipsis asper loco cesserit.

Alterum est, quod ΗΕΛΠΙΔ legimus cum aspiratione, igitur *ἑλπίς* pro vulgato *ἐλπίς*. Nempe priscam illam labialem aspirationem initio per Β, Φ, Ϝ, Υ elatam recentiores dialecti in plurimis vocibus mutarunt in spiritum asperum, quem ipsum hæ voces una post alteram exuerunt, donec ex lingua Græcorum et Italorum jam dudum penitus evanesceret. Ita *οἷ, ἅλις* quod apud Homerum ϜΟΙ, ϜΑΛΙΣ esse debuit, post ΗΟΙ, ΗΑΛΙΣ, pronunciatum est, nunc ΟΙ, ΑΛΙΣ, item Latinum FIRCUS, HIRCUS nunc IRCUS et sic voces quam plurimæ. Eadem ratione ϜΕΛΠΙΣ, ΗΕΛΠΙΣ in ΕΛΠΙΣ transformatum est. ϜΕΛΠΙΣ cum digammo est apud Homerum. Asperum ostendunt nomina Visconto laudata *Helpis helpidius* (Helvidius) *Helpidianus*, nostrum *Helfen* Saxonice *helpen, juvare*. Nam primitiva vocis significatio fuit haud dubie *alloquio recreare, juvare* aliquem, unde de Penelope Odyss. β. 92.

Πάντας μέν ῥ' ἔλπει (fuit *μὲν* Ϝέλπει) *καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ,*

et, simul cum nostro marmore, composita ab *ἐλπίζω*, quæ mihi suggessit *Schæferus* meus, *ἀφελπισμένος*, de quo Wagnerus ad Ammian. in Notarr. Vol. I. p. 405. et *ἀφελπέζει* in Glossariis Labb. II. 68. d. Conf. quod Hemsterh. ad Aristoph. Plut. v. 689. affert *ἀφαναίνεσθαι* ab *αὖος* et *αὐαίνεσθαι* et notatum ad Aristoph. Acharn. v. 329. *Εἵρξας δασέως Ἀττικοί.*

V. 9. ΑΝΔΡΑΣ ΜΕΜ ΠΟΛΙΣ ΗΕΔΕ ΠΟΘΕΙ ΚΑΙ ΔΙ

Defectum versus post ΚΑΙ Viscontus supplevit vocibus ΔΑΚΡΥΣΙ ΤΙΜΑΙ et contulit Ennianum illud

Nemo me *lacrumis decoret* nec funera fletu

Faxit
ad quod propius accederet ΔΑΚΡΥΣΙ ΚΟΣΜΕΙ. At vero in marmore post ultimum Δ satis clare linea apparet, neglecta Visconto, eaque non incurvata, ut esse deberet, si A post Δ scriptum fuisset, sed perpendicularis. Statim post eam marmor adesum est. Non dubium autem, quin ea ad E pertinuerit et quin ΔΕΜΟΣ suppleri debeat. Nam πόλις et δῆμος ita necti solent. Tyrtæus III. v. 15.

Ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόλῃ τε παντί τε δ ήμῳ,
Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ,

et mox v. 27.

Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες (id est δῆμος)
Ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.

Hic locus simul ad verbum sententiæ commodum nos duceret, si metrum ὀλοφύρεται, ὀδύρεται aut simile aliquod caperet. Cum Cantabrigiæ Epigramma cum *P. P. Dobræo*, viro præclaræ doctrinæ mihique dilectissimo, communicarem, is in ipso fere legendo supplevit

ΔΕΜΟΣ ΕΡΕΧΘΕΟΣ,

idque eo lubentius amplector, quod apud poëtas Atticos nullis nominibus sæpius Atheniensium terra atque populus dicuntur, quam quæ ab Erechtheo ducta sunt:
Ἐρεχθεῖδαι, γαῖα Ἐρεχθέως, Ἐρεχθειδῶν λεώς, πόλις, alia. Jam pentameter.

V. 10. ΠΡΟΣΘΕ ΠΟΤΕΙΔΑΙΑΣ ΗΟΙ ΘΑΝΟΝ ΕΜ ΠΡ

sine negotio per ΠΡΟΜΑΧΟΙΣ suppletur, conjectura eo certiore, quod post Π e fractura marmoris non linea nuda, quam Visconti dedit, sed simul curvaturæ, qua P efficitur, pars satis ampla eminet.

V. 11. ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕΝΑΙΟΝ ΦΣΥΧΑΣ ΔΑ . . . Τ . . . ΡΡΟ
Ε. . . . ΧΣΑΝΤΑΡΕΤΕΝ ΚΑΙΠΑ Τ. . . . . ΥΚΙ..

Hujus distichi misere affecti promtiorem spondeo medelam, quam quis post Visconti conatus expectet. Etenim hic vir egregius, cui Londini brevi tempore multa agenda multæque inscriptiones describendæ erant, cum singulos nostri epitaphii ductus atque apices repetitis vicibus examinare non posset, prætervidit, versu 11. vocis postremæ, quæ a ΔΑ incipit, post lacunam tres literas PPO non quidem integras superesse, sed ita tamen comparatas, ut cum aliis confundi non possint, porro in lacuna inter ΔΑ et PPO, si literas præcedentis versus supra eam positas

computes, ablatas esse tantum literas tres. Quæ cum ita sint, vox lacera necessario erat ex adjectivo ΑΝΤΙΡΡΟΠΟΣ. Hoc ita vindicato, videre licet, quo vergat sententia, cujus particulæ in marmore hærent. Ῥέπειν de trutina dicitur, cujus altera lanx pondere gravata descendit, Ἰσόῤῥοπον de pondere, quod lances ἐν ἴσῳ suspensas tenet, sive de æquilibrio, denique ἀντίῤῥοπον de omni, quod in lancem injicitur, ut alteram ducat, et usu metaphorico ap. Sophocl. Electr. 119.

Μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λυπῆς ἀντίῤῥοπον ἄχθος.

Neque in verbis inveniendis diu errabimus. Nam filios Atheniensium, qui commemorantur, et animas eorum velut in altera trutinæ lance, denique vocem ἀρετή, quæ tanquam ἆθλον in sequenti versu inest, si inter se conferas, patebit, quæ hic sententia emergat. Nempe *viros illos vita tradita, proposita, virtutis gloriam parasse*, seu *vita virtutem redemisse*. Jam memineris Homerici Ψυχὰς παρθέμενοι dicti de iis, qui cum vitæ suæ periculo aliquid suscipiunt, et versum integrum constitues legendo

ΦΣΥΧΑΣ ΔΑΝΤΙΡΡΟΠΑ ΘΕΝΤΟ

seu potius ΘΕΝΤΕΣ, nam in seq. versus initio finis temporis aoristi ΣΑΝΤΟ eminet, qui verbi, quod invenimus, non nisi Participium prægredi patitur. Hujus autem ΣΑΝΤΟ etiam prima litera discerni potest. Apparet enim superior pars literæ Ε, hinc Ε. . . .ΣΑΝΤΟ, apparent præterea ante Σ apices duo, quorum lineæ ita directæ sunt, ut si literas ΑΧ applices, toti ab his obtegantur. Erui igitur ex ipso marmore potest Ε. . ΑΧΣΑΝΤ. Jam vox versus 11. supra lacunam posita docet addendas insuper duas esse literas. Hinc edideram ΕΠΡΑΧΣΑΝΤ, male omnino. Nam πράσσεσθαί ἀρετὴν esset *exigere* virtutem, tanquam rem debitam. Hoc enim sensu πράσσεσθαι ἀρετὴν apud prosæ scriptores dicitur, et vero etiam apud poëtas. Pind. Olymp. XI. (X.) 29. (34.)

Πέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Λυγέαν λάτριον
ἀέκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον Πράσσοιτο

Verum quid sit, primus vidit *Adolphus Lange*, vir æque doctrina ac judicio pollens, nempe Ε . . . ΑΧΣΑΝΤ supplendum esse ΕLLΑΧΣΑΝΤ ut sit ἠλλάξαντο ab ἀλλάσσομαι, quæ vox de rebus permutandis usu fere solemni adhibetur. In idem statim incidit Schæferus, cum ei apographum epitaphii ostenderem.

Aderant tum apud eum mecum *Seidlerus* noster, *Spohnius* atque *Reisigius*, qui utrique nuper exquisitam doctrinam egregiis documentis testati sunt, quorum criticorum communi consensu cum Ἠλλάξαντο exciperetur, eo minus de admittenda voce dubitare licet. Habemus igitur, quod disjecta versuum et sententiæ membra flagitabant:

Ψυχὰς δ' ἀντίῤῥοπα θέντες Ἠλλάξαντ' ἀρετήν,

ita ut Παῖδες Ἀθηναίων, quod præcedit, appositionis loco ad οἳ θάνον ἐν προμάχοις referatur. Cave autem ἀντίῤῥοπα dictum putes pro ἀντιῤῥόπως. Est enim prædicatum ad Ψυχάς, non ad θεῖναι referendum, i. q. ψυχὰς θέντες ὥστε ἀντίῤῥοπα εἶναι. Mutuata videtur dicendi ratio ad Homero, qui de Achille Patrocli funus ἄθλοις propositis ornante ita Il. ψ. 751.

Ἡμιτάλαντον δὲ χρυσοῦ λοισθήϊ ἔθηκεν

seu λοισθῆια θῆκεν, ubi cave, ne ad alteram lectionem λοισθῆι aberres. Ibi Ἡμιτάλαντον λοισθήϊα θεῖναι nostro ψυχὰς ἀντίῤῥοπα θεῖναι exacte respondet [1].

[1] Viscontus Παῖδες Ἀθηναίων Vocativum putavit et reliqua ita constituit:

Ψυχὰς δ' ἀπομάξατ' ἀρείους
Αἳ πρᾶξαν τ' ἀρετήν.

Prius vel ob particulas literarum ex lacuna eminentes admitti non posse jam monitum, posterius undecim literas infert marmori pro novem literis, quæ, monstrante versu supra posito aderant

ΠΑΙΔΕΣ ΑΘΕ
ΙΑ ΙΠΡΑΧΣ ΑΝΤ

Accedit, quod πρᾶξαι ἀρετήν non est Græcum. Nam πρᾶξαι ἀγαθόν, a nemine ita dicitur, licet ille phrasin bene notam dicat, nimirum deceptus gallico *faire du bien*, aut Italico *far del bene*. Porro quod ex Æschinis Orat. contra Timarch. p. 6. ed. Taylor. p. 64. ed. Reiske affert πράττειν ἐπιτηδεύματα contra Timarchum ab Æschine dictum, si nexum loci spectas, est *quæstum e corpore facere*, nec ullo modo cum ἀρετὴν πράττειν conferendum. Denique laudat ex Aristoph. Ranis v. 1040.

Ὅθεν ἡ 'μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη,
πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν (scr. ἐπόησεν)
Πατρόκλων, Τεύκρων θυμολεόντων,

ut nempe ἀρετὰς ποιεῖν cum ἀρετὴν πράττειν conferat. Sed vide, quid in scena illa agatur. Nempe Æschylus loquitur, ut suum contra Euripidem decus defendat. Itaque exempla Orphei, Musæi, Hesiodi Homeri affert, quæ imitanda sumserit: v. 1056.

σκέψαι γὰρ ἀπ' ἀρχῆς
ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένηνται.

Hos igitur sequutus (ὅθεν ἡ μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη) dicit se fecisse multas Teucrorum, Patroclorum virtutes. Quidnam hac a poëta dictum aliud significabit, nisi eum carminibus eorum mores et res præclare gestas velut imaginem

Reliquum quod est sine negotio suppleri poterit. Nam ante literas ΥΚL paullum affectas apparet etiam particula literæ Ε. Jam ΕΥΚL initium est verbi ΕΥΚLΕΙΣΑΝ, quo scripto ΠΑΤ supplendum erit ΠΑΤΡΙΔ. Confirmatur id computatione literarum in præcedentibus versibus, quæ inter ΠΑΤ et ΕΥΚL tres literas excidisse testantur, quas reducas scripto ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΔ ΕΥΚLΕΙΣΑΝ, ut fecit jam Viscontus. — Ad sententiam cf. Tyrtæum III. 23.

Αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμόν
Ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατρίδ' εὐκλείσας.

Hæc habui, quæ de epitaphio dissererem, haud dubie pretiosissimis literarum monumentis marmori inscriptis, quæ ex antiquitate ad nos delata sunt, adnumerando. Ejus enim est antiquitatis, ut a paucis sui generis superetur, et vetustam Atticorum literaturam atque orthographiam plenius exhibet omnibus, quæ hucusque ad notitiam nostram pervenerunt. Præterea memorabile est, tanquam monumentum, quod publica cura viris pro patriæ gloria mortuis positum, et quod solum fere ex magno illo sepulcrorum agro supersit, qui imaginibus et versibus seculorum gloriam testaretur, omniumque nomina posteritati traderet, quibus contigerat pro patria pugnantibus mori. Auget insuper veteris elegiæ reliquias, dictione conspicuum simplici et ad Tyrtæi, Theognidis atque Solonis indolem conformata, quæ versus finem prisca nobilitate insurgat. Denique in eo habemus rerum illo tempore gestarum documentum, incorruptum suique generis unicum, quippe ad cujus argumentum Thucydidis historiam exigere indeque egregiam ejus fidem comprobare licet.

Restat, ut ipsum subjungamus ea forma, ad quam communi amicorum, Visconti atque nostra opera revocari potuit:

Ἀθάνατον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ' ἔθεντο,
Σημαῖνεν δὲ μάχη δυσμενέεσι βίην·

aliquam expressisse? Addit enim, id factum

ἵν' ἐπαίροιμ' ἄνδρα πολίτην ἀντεκτείνειν αὐτὸν τούτοις, ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ.

Ceterum quod h. l. Æschylus dicit, sc. *πολλὰς ἀρετὰς Πατρόκλων καὶ Τεύκρων ποιήσαι*, id antea Euripides de se removet his verbis v. 988.

οὐδ' ἐξέπλητ̣τον αὐτοὺς Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

Καὶ προγόνων τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες
Νίκην εὐπόλεμον μαρνάμενοι κάθελον
Αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών
Τῶνδε Ποτειδαίας γ' ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν·
Ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱ δὲ φυγόντες
Τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου
Ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆμος Ἐρεχθέως,
Πρόσθε Ποτειδαίας οἵ θάνον ἐμ προμάχοις,
Παῖδες Ἀθηναίων· ψυχὰς δ' ἀντίῤῥοπα θέντες
Ἠλλάξαντ' ἀρετὴν καὶ πατρίδ' εὐκλεΐσαν.

Digitized by Google

3 8o

d by Google



Scale of Feet 1 to a Foot

R. B. Harraden Del
Cambridge

Printed by Nicks and Son 351 Strand

APPENDIX.

No. VII.

GREEK INSCRIPTIONS

FROM THE

MARBLES IN THE LIBRARY OF TRINITY COLLEGE.

I.

THE Sandwich Marble published by Dr. Taylor.

II.

.....ΟΥΚΡΙΤΟΣΗΛΙΑΙΟΣ
ΕΝΘΑΔΕΤΟΝΓΑΣΗΣΑΡΕΤΗΣΕΓΙΤ
ΕΡΜΑΜΟΛΟΝΤΑ
.ΥΘΥΚΡΙΤΟΝΓΑΤΡΙΑΧΘΩΝ
ΕΚΑΛΥΨΕΤΑΦΩΙ
ΜΗΤΡΙΦΙΛΟΝΚΑΙΓΑΤΡΙΚΑΣΙ
.ΝΗΤΑΙΣΤΕΓΟΘΕΙΝΟΝ
ΓΑΣ.ΤΕΕΤΑΙΡΟΙΣΙΝΣΥΝΤΡΟΦΟΝ
ΗΛΙΚΙΑΣ

III.

ΔΗΝΙΕΝ∠Ι . ΛΙΙΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΕΓΑΙΝΕΣΑΙΔΕ . ΑΙ
ΞΗΝΟΔΟΤΟΝΒΑΥΚΙΔΕΩΣΕΓΕΙΔΗΤΡΟΞΗΝΙΟΙ &c.

IV.

1 ΕΠΙΜΗΝΙΕΥΟΝΤΟΣΝΥΜΦΙΟΥΤΟΥΔΙΟΤΡΕΦΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΑΤΟΥΝΤΟΣΔΕΔΙΟΝΥΣΙΟΥΤΟΥ

2 ΙΓΓΟΜΕΔΟΝΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΣΔΙΟΥΣΕΙΓΕΝΕ
ΓΕΙΔΗΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΙΟΧΟΣ . ΑΣΙΛΕΩ .
3 ΣΕΛΕΥΚΟΥΕΝΑΡΧΗΙΤΕΓΑΡΑΛΑΒΩΝΤΗΜΒΑΣΙ
ΛΕΙΑΝΚΑΙΓΡΟΣΤΑΣΕΝ
4 ΔΟΞΟΥΚΑΙΚΑΛΗΣΑΙΡΕΣΕΩΣΕΞΗΤΗΣΕΤΑΣΜΕΝ
ΓΟΛΕΙΣΤΑΣΚΑΤΗΝΣΕ
5 ΛΕΥΚΙΔΑΓΕΡΙΕΧΟΜΕΝΑΣΥΓΟΚΑΙΡΩΝΔΥΣΧΕ
ΡΩΝΔΙΑΤΟΥΣΑΓΟΣΤΑΝΤΑΣ
6 ΤΩΜΓΡΑΓΜΑΤΩΝΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗΝΑΡΧΑΙΑΝ
ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ
7 ΤΟΥΣΔΕΓΙΘΕΜΕΝΟΥΣΤΟΙΣΓΡΑΤΜΑΣΙΝΕΓΕΞ
ΕΛΘΩΝΚΑΘΑΓΕΡΗΝΔΙΚΑΙΟΝΑΝΑ
8 ΚΤΗΣΑΣΘΑΙΤΗΜΠΑΤΡΩΙΑΝΑΡΧΗΝΔΙΟΚΑΙΧΡΗ
ΣΑΜΕΝΟΣΕΓΙΒΟΛΗΙΚΑΛΗΙΚΑΙΔΙΚΑΙΑ
9 ΚΑΙΑΑΒΩΝΟΥΜΟΝΟΝΤΟΥΣΦΙΛΟΥΣΚΑΙΤΑΣΔΥ
ΝΑΜΕΙΣΕΙΣΤΟΔΙΑΓΩΝΙΣΑΣΘΑΙΓΕΡΙ
10 ΤΩΜΓΡΑΓΜΑΤΩΝΑΥΤΩΙΓΡΟΘΥΜΩΣΑΛΛΑΚΑΙ
ΤΟΔΑΙΜΟΝΙΟΝΕΥΝΟΥΝΚΑΙΣΥΝ
11 ΕΡΓΟΝΤΑΣΤΕΓΟΛΕΙΣΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗΜΒΑ
ΣΙΛΕΙΑΝΕΙΣΤΗΝΑΡΧΑΙΑΝΔΙΑΘΕΣΙΝ
12 ΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΝΥΝΤΕΓΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΕΓΙ
ΤΟΥΣΤΟΓΟΥΣΤΟΥΣΕΓΙΤΑΔΕΤΟΥΤΑΥΡΟΥ
13 ΜΕΤΑΓΑΣΗΣΣΓΟΥΔΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΑΜΑΚΑΙ
ΤΑΙΣΓ . ΛΕΣΙΝΤΗΝΕΙΡΗΝΗΝΚΑΤΕΣΚΕ
14 ΑΣΕΝΚΑΙΤΑΓΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΙΣ
ΜΕΙΞΩΚΑΙΛΑΜΓΡΟΤΕΡΑΝΔΙΑΘΕΣΙΝ
15 ΑΓΗΓΟΧΕΜΑΛΙΣΤΑΜΕΝΔΙΑΤΗΝΙΔΙΑΝΑΡΕΤΗΝ
ΕΙΤΑΚΑΙΔΙΑΤΗΝΤΩΜΦΙΛΩΝΚΑΙΤΩΝ
16 ΔΥΝΑΜΕΩΝΕΥΝΟΙΑΝΟΓΩΣΟΥΝΟΔΗΜΟΣΕΓΕΙ
ΔΗΚΑΙΓΡΟΤΕΡΟΝΤΕΚΑΘΟΝΚΑΙΡΟΝ

17 ΓΑΡΕΛΑΒΕΝΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΥΧΑΣΚΑΙΘΥΣΙΑΣ
ΥΓΕΡΑΥΤΟΥΓΑΣΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣ
18 ΔΙΕΤΕΛΕΙΓΟΙΟΥΜΕΝΟΣΚΑΙΝΥΝΕΥΝΟΥΣΩΝΚΑΙ
ΤΗΝΑΥΤ . . ΑΙΡΕΣΙΝΕΧΩΝ
19 ΦΑΝΕΡΟΣΗΙΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΤΥΧΗΙΤΗΙΑΓΑΘΗΙΔΕ
ΔΟΧΘΑΙΤΗΙΒ . . ΛΗΙΚΑΙΤΩ .
20 ΔΗΜΩΙΤΗΜΜΕΝΙΕΡΕΙΑΝΚΑΙΤΟΥΣΙΕΡΟΝΟΜΟΥΣ
ΚΑΙΤΟΥΣΓΡΥΤΑΝΕΙΣΕΥΞΑΣ
21 ΘΑΙΤΗΙΑΘΗΝΑΙΤΗΙΙΛΙΑΔΙΜΕΤΑΤΩΜΓΡΕΣΒΕΥ
ΤΩΝΤΗΝΤΕΠΑΡΟΥΣΙΑΝΓΕΓΟ
22 ΝΕΝΑΙΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΗΣΑΔΕΛΦΗΣΑΥΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΚΑΙΤΩΜΦΙΛΩΝ
23 ΚΑΙΤΩΝΔΥΝΑΜΕΩΝΚΑΙΓΙΝΕΣΘΑΙΤΑΤΕΑΛΛΑΑΓ
ΑΘΑΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΚΑΙΤΗΙΒΑΣΙ
24 ΛΙΣΣΗΙΓΑΝΤΑΚΑΙΤΑΓΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙ
ΛΕΙΑΝΑΥΤΟΙΣΔΙΑΜΕΝΕΙΝΛΑΜΒΑΝΟ
25 ΣΑΝΕΓΙΔΟΣΙΝΚΑΘΑΓΕΡΑΥΤΟΙΓΡΟΑΙΡΟΥΝΤΑΙ
ΕΥΞΑΣΘΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣΙΕΡΕΙΣΚΑΙ
26 ΙΕΡΕΙΑΣΜΕΤΑΤΟΥΙΕΡΕΩΣΤΟΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥΤΩΙΤΕΑΓΟΛΛΩΝΙΤΩΙΑΡΧΗΓ (desunt litt. 2.) .
27 ΤΟΥΓΕΝΟΥΣΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΙΝΙΚΗΙΚΑΙΤΩΙΔΙΙΚΑΙ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΓΑΣΙΚΑΙΓΑΣΑΙΣΓ (desunt fere 5 litt.)
28 ΤΑΙΣΕΥΧΑΙΣΤΗΙΜΕΝΑΘΗΝΑΙΣΥΝΤΕΛΕΣΑΤΩ
ΣΑΝΤΗΝΝΟΜΙΞΟΜΕΝΗΝΚΑΙΓΑΤΙ (desunt fere 5 litt.)
29 ΣΙΑΝΟΙΤΕΙΕΡΟΝΟΜΟΙΚΑΙΟΙΓΡΥΤΑΝΕΙΣΜΕΤΑ
ΤΗΣΙΕΡΕΙΑΣΚΑΙΤΩΜΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝΤ (6 litt.)

30 ΛΩΝΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΟΙΣΤΡΑΤΗΓΟΙ
ΜΕΤΑΤΩΝΑΛΛΩΙΕΡΕΙΩΝΟΤΑΝΔΕΓΟΙΩ (7 litt.)

31 ΣΙΑΣΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕΙΤΩΣΑΝΟΙΤΕΓΟΛΙΤΑΙΚΑΙ
ΟΙΓΑΡΟΙΚΟΙΓΑΝΤΕΣΚΑΙΣΥΝΙΟΝ (9 litt.)

32 ΑΣΣΥΝΤΕΑΕΙΤΩΣΑΝΘΥΣΙΑΣΤΟΙΣΘΕΟΙΣΥΓΕΡ
ΓΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟ (10 litt.)

33 ΕΙΣΤΗΝΤΙΜΗΝΚΑΙΔΟΞΑΝΑΝΗΚΟΝΤΑΣΥΓΚΑΤΑ
ΣΚΕΥΑΞΩΝΟΔΗΜΟΣΦΑΝΕΡΟΣ (11 litt.)

34 ΝΕΣΑΙΜΕΝΑΥΤΟΝΕΓΙΤΕΤΗΙΑΡΕΤΗΙΚΑΙΤΗΙΑΝ
ΔΡΑΓΑΘΙΑΙΗΙΕΧΩΝ . . . ΙΕΛΕΙ (13 litt.)

35 ΚΟΝΑΧΡΥΣΗΝΕΦΙΓΓΟΥΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΗΣΑΘΗ
ΝΑΣΕΝ . ΩΙΕΓΙΦΑ (14 litt.)

36 ΕΓΙΒΗΜΑΤΟΣΤΟΥΛΕΥΚΟΥΛΙΘΟΥΚΑΙΕΓΙΓΡΑ
ΨΑΙΟΔΗΜΟΣΟ (15 litt.)

37 ΟΧΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝ
ΤΗΣΕΙΣΤΟΙΕΡ (17 litt.)

38 ΤΗΡΑΓΕΓΟΝΟΤΑΤΟΥΔΗΜΟΥΑΝΑΓΟΡΕΥΣΑΙΔΕ
ΚΑΙΕΛ (18 litt.)

39 ΓΥΜΝΙΚΩΙΑΓΩΝΙΤΟΝΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΚΑΙΤΟΥΣΣ
(19 litt.)

40 ΛΙΣΚΑΙΑΙΛΟΙΓΑΙΓΟΛΕΙΣΣΤΕΦΑΝΩΣΙΝΤΩΙΛΓ
(21 litt.)

41 ΙΛΙΛΔΑΤΗΝΑΝΑΓΓΕΛΙΑΝΓΟΙΟΥΜΕΝΟΥΣ (23 litt.)

42 ΕΛΕΣΘΑΙΔΕΚΑΙΓΡΕΣΒΕΥΤΑΣΕΚΓΑΝ (27 litt.)

43 ΑΣΠΑΣΑΜΕΝΟΙΑΥΤΟΝΓΑΡΑΤ (31 litt.)

44 ΓΙΑΙΝΕΙΝΑΥΤΟΝΤΕΚΑΙΤΗ (35 litt.)

45 ΚΑΙΤΟΥΣΦΙΛΟΥΣΚΑΙΤΑΣ (36 litt.)

46 ΜΗΝΚΑΙΑΓΟΛΟΓΙΣΑΜ (38 litt.)

47 ΤΕΡΑΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΑΣ (39 litt.)

48 ΤΕΤΕΛΕΚΕΝΓΑΡΑΚΑΛΟΥΣ (40 litt.)

49 .....ΝΣΥΜΒΑΙΝ.....

V.

ΕΠΙΘΕΟΚΟΛΟΥΛΕΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕ
ΟΣΤΟΥΣΥΝΕΔΡΙΟΥΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΣ
ΚΟΙΝΤΟΣΦΑΒΙΟΣΚΟΙΝΤΟΥΜΑΞΙΜΟΣΑΝΘΥΠΑ
ΤΟΣΡΩΜΑΙΩΝΔΥΜΑΙ
ΩΝΤΟΙΣΑΡΧΟΥΣΙΚΑΙΣΥΝΕΔΡΟΙΣΚΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙ
ΧΑΙΡΕΙΝΤΩΝΠΕΡΙ
ΚΥΛΛΑΝΙΟΝΣΥΝΕΔΡΩΝΕΜΦΑΝΙΣΑΝΤΩΝΜΟΙ
ΠΕΡΙΤΩΝΣΥΝΤΕΛΕ
ΣΘΕΝΤΩΝΠΑΡΥΜΙΝΑΔΙΚΗΜ·ΤΩΝΛΕΓΩΔΕΥΠΕΡ
ΤΗΣΕΜΠΡΗΣΕ
ΩΣΚΑΙΦΘΟΡΑΣΤΩΝΑΡΧΩΝΚΑΙΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΩΝΩΝΕΓΕ
ΓΟΝΕΙΑΡΧΗΓΟΣΤΗΣΟΛΗΣΣΥΓΧΥΣΕΩΣΣΩΣΟΣ
ΤΑΥΡΩΜΕΝΕΟΣΟ
ΚΑΙΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΓΡΑΨΑΣΥΠΕΝΑΝΤΙΟΥΣΤΗΙΑ
ΠΟΔΟΘΕΙΣΗΙΤΟΙΣ
. ΧΑΙΟΙΣΥΠΟΡΩΜΑΙΩΝΠΟΛΙΤ . . . ΙΠΕΡΙΩΝΤΑ
ΚΑΤΑΜΕΡΟΣΔΙΗ . Ο
(desunt 7 vel 8 litt.) ΤΡΑΙΣΜΕΤΑΤΟΥΠΑ·ΟΝ . . ΣΣΥΜ
ΒΟΥΛΙΟΥΕΠΕΙΟΥΝΟΙΔΙΑΠΡΑ
. . ΜΕΝΟΙΤΑΥΤΑΕΦΑΙΝΟΝΤΟΜΟΙΤΗΣΧΕΙΡΙΣΤΗΣ
ΚΑ . . . ΤΑΣΕΩΣ
. ΑΙΤΑΡΑΧΗΣΚΑ (desunt fere 8 litt.) ΠΟΙΟΥΜΕΝΟ
(desunt fere 14 litt.) ΙΝΟΥΜΟ
. . . . . ΤΗΣΠΡ . . . ΛΛΗ∠ΟΥ . ΑΣΥΝΑΛΛ . . . . ΚΑΙ
ΧΡ∟ (desunt fere 10 litt.)
. . . . ΑΛΛΑΚΑΙ . ΗΣΑΠΟΔΕΔΟΜΕΝΗΣΚΑΤΑ . ΟΙ
ΝΟΝΤΟΙΣ∟Λ/ . . . . .

ΛΕΥΘΕΡΙΑΣΑΛΛΟΤΡΙΑΚΑΙΤΗ . ΗΜΕΤΕ .. ΣΠΡΟ
ΑΙΡΕΣΕΩΣΕΙ . . .
ΡΑΣΧΟΜΕΝΩΝΤΩΝΚΑΤΗΓΟΡΩΝΑΛΗΘΙΝΑΣΑ
ΠΟΔΕΙΞΕΙΣΣΩ
ΣΟΝΜΕΝΤΟΝΓΕΓΟΝΟΤΑΑΡΧΗΓΟΝ . ΩΝΠΡΑΧ
ΘΕΝΤΩΝΚΑΙΝΟ
ΜΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑΕΠΙΚΑΤΑΛΥΣΕΙΤΗΣΑΠΟΔΟ
ΘΕΙΣΗΣΠΟΛΙΤΕΙ
. ΣΚΡΙΝΑΣΕΝΟΧΟΝΕΙΝΑΙΘΑΝΑΤΩΙΠΑΡΕΧΩΡΙΣΑ
ΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙ
. . . ΜΙΣΚΟΝΕΧΕΣΘΕΝΕΟΣΤΩΝΔΑΜΙΟΡΓΩΝΤΟΝ
ΣΥΜΠΡΑΞΑΝΤΑ
. . . ΕΜΠΡΗΣΑΣΙΤΑΑΡΧΕΙΑΚΑΙΤΑΔΗΜΟΣΙΑΓΡΑΜ
ΜΑΤΑΕΠΕΙΚΑΙ
. . . . . ΩΜΟΛΟΓΗΣΕΝΤΙΜΟΘΕΟΝΔΕΝΙΚΙΑΤΟΜ
ΜΕΤΑΤΟΥΣΩΣΟΥ
. . . . . ΤΑΝΟΜΟΓΡΑΦΟΝΕΠΕΙΕΛΑΣΣΟΝΕΦΑΙΝΕ
ΤΟΗΔΙΚΗΚΩΣΕ
. . . . . ΠΡΟΑΓΕΙΝΕΙΣΡΩΜΗΝΟΡΚΙΣΑΣΕΦ . ΙΤΗΙ
ΝΟΥΜΗΝΙΑΙΤΟΥΕΝ
. . . . . ΣΕΣΤΑ . ΕΚΕΙΚΑΙΕΜΦΑΝΙΣΑΣΤ . . . ΙΙΤΩΝ
ΞΕΝΩΝΣΤΡΑΤΗ
. . . . . ¯ΛΛ . . . ΡΟΤΕΡΟΝΕΠΑΛΓΙΣ . . . . ΣΟΙΚΟ
ΝΕΛ . . ΗΑΙ

VI.

ΠΟΜΠΑΙ
ΔΗΜΟΣΙΑ
ΠΡΟΣΟΔΟ
ΔΝΞΚΠΩΛ

ΤΕΘΗΘΗΣ
ΥΠΟΛΟΓΟΝ
ΚΑΤΑΤΕΤΩ
ΓΑΙΟΣΚΛΛ

VII.

1 . . . . . ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΠΡΥΤΑΝΕΩΝ
ΓΝΩΜΗΕΠΕΙ . .
2 ΚΙΟΣΑΥΦΙΔΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΣΒΑΣΣΟΣΔΙΑΠΑΝ
ΤΟΣΕΥΝΟΥΣΩ
3 ΔΙΑΤΕΛΕΙΚΑΙΚΑΤΑΚΟΙΝΟΝΤΗΠΟΛΕΙΚΑΙΚΑΘΙ
ΔΙΑΝΕΚΑΣΤΩΤΩ
4 ΠΟΛΙΤΩΝΠΑΤΡΟΠΑΡΑΔΟΤΟΝΠΑΡΕΙΛΗΦΩΣ
ΤΗΝΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜΟ .
5 ΗΜΩΝΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΠΟΛΛΑΣΚΑΙΜΕΓΑΛΑΣΤΗ
ΠΟΛΕΙΠΑΡΕΣΧΗΤΑ .
6 ΧΡΕΙΑΣΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΩΣΤΕΚΑΙΦΙΛΑΓΑΘΩΣΠΟΛ
ΛΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΑΦΕ
7 ΣΙΝΠΕΠΟΙΗΤΑΙΟΤΕΠΑΤΗΡΑΥΤΟΥΚΑΘΟΝΚΑΙ
ΡΟΝΕΠΙΓΕΝΟΜΕΝΟΣΟ
8 ΚΟΙΝΟΣΠΟΛΕΜΟΣΚΑΙΣΥΝΕΧΕΙΣΠΕΙΡΑΤΩΝΕΠΙ
ΠΛΟΙΤΗΝΝΗΣΟΝΟΥ
9 ΧΩΣΕΤΥΧΕΝΣΥΝΗΝΑΓΚΑΣΑΝΥΠΟΤΩΝΔΑΝΕΙ
ΩΝΕΠΙΒΑΡΗΘΗ
10 ΝΑΙΜΟΝΟΣΚΑΙΠΡΩΤΟΣΤΩΝΣΥΝΗΛΑΧΟΤΩΝ
ΠΡΟΠΛΕΙΟΝΟΣΗΓΗ
11 ΣΑΜΕΝΟΣΤΗΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΣΩΤΕΡΙΑΝΗΤΟ
ΠΕΡΙΤΟΝΙΔΙΟΝΒΙΟΝ
12 ΛΥΣΙΤΕΛΕΣΧΡΗΜΑΤΩΝΠΛΗΘΟΣΟΣΟΝΠΡΟΗ
ΡΟΥΜΕΘΑΠΡΟΘΥΜΟ

13 ΤΑΤΑΕΔΩΚΕΝΕΞΕΤΟΙΜΟΥΤΟΚΩΝΠΟΛΥΚΟΥΦΟ
ΤΕΡΩΝΠΑΡΑΤΟΥΣΥ
14 ΠΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΤΕΤΟΥΤΩΝΤΕΣΥΝΠΕΡΙΦΟΡΑΝ
ΕΠΟΙΗΣΑΤΟΠΑΝ
15 ΤΑΤΟΝΤΗΣΖΩΗΣΧΡΟΝΟΝΔΙΕΤΕΛΕΙΤΕΛΕΓΩΝ
ΚΑΙΠΡΑΤΤΩΝ
16 ΔΙΑΠΑΝΤΟΣΤΑΒΕΛΤΙΣΤΑΚΑΙΣΥΝΦΕΡΟΝΤΑΤΗ
ΠΟΛΕΙΕΦΟΙΣΟΔΗ
17 ΜΟΣΗΜΩΝΕΡΓΩΛΑΒΩΝΠΕΙΡΑΝΤΩΝΥΠΑΥΤΟΥ
ΓΕΓΟΝΥΙΩΝΕΥΕ.
18 ΓΕΣΙΩΝΠΑΡΑΧΡΗΜΑΤΑΣΚΑΘΗΚΟΥΣΑΣΕΨΗΦΙ
ΣΑΤΟΤΙΜΑΣΑΥΤ
19 ΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟΣΤΑΥΤΟΣΕΠΗΓΩΝΙΣΑΤΟΤΗΙ
ΠΡΟΣΤΗΝΠΟΛΙΝΕ.
20 ΝΟΙΑΚΑΙΔΥΟΜΕΝΣΥΝΓΡΑΦΑΣΚΑΤΑΛΕΛΕΙΜΜΕ
ΝΑΣΥΠΟΤΟΥΠΑ
21 ΤΡΟΣΑΥΤΩΙΚΑΤΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕΚΤΩΝΤΟΚΩΝ
ΤΗΝΜΕΝΜΙΑΝΔΡΑ
22 ΧΜΩΝΑΤΤΙΚΩΝΜΥΡΙΩΝΧΙΛΙΩΝΤΗΝΔΕΤΕΡΑΝ
ΑΤΤΙΚΩΝΜΥΡΙΩΝΕ
23 ΝΑΚΙΣΧΙΛΙΩΝΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝΕΛΟΙΠΟΓΡΑΦΗΣΕΝ
ΧΩΡΙΣΑΡΓΥΡΙΟΥΚΟΜΙ
24 ΔΗΣΠΑΡΑΚΛΗΘΕΙΣΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΙΣΔΕΛΛ
